


Bequest of
Rev. H. C. Scadding, D.D.
to the Library
of the
University of Toronto
1901

BEQUEST OF
REV. CANON SCADDING, D. D.
TORONTO. 1901.







Educa.
Univ.
O.

22

STATUTES

OF THE

COLLEGES OF OXFORD;

WITH

ROYAL PATENTS OF FOUNDATION
INJUNCTIONS OF VISITORS,

AND

CATALOGUES OF DOCUMENTS RELATING TO THE UNIVERSITY,
PRESERVED IN THE PUBLIC RECORD OFFICE.



PRINTED BY DESIRE OF

HER MAJESTY'S COMMISSIONERS

FOR INQUIRING INTO THE

STATE OF THE UNIVERSITY OF OXFORD.

VOL. I.


52791
2/1/02

PRINTED BY W. CLOWES AND SONS, STAMFORD STREET,
FOR HER MAJESTY'S STATIONERY OFFICE.

PUBLISHED BY

J. H. PARKER, OXFORD; AND
LONGMAN, BROWN, GREEN, AND LONGMANS, LONDON.

1853.



THE following Collection of the Statutes of the Colleges of Oxford has been published by order of Her Majesty's Commissioners for inquiring into the State, Discipline, Studies and Revenues, of the University and Colleges of Oxford. It comprises the Statutes of Balliol, Merton, Queen's, New College, Lincoln, All Souls, Magdalen, Brasenose, Corpus Christi, St. John's, Jesus, Pembroke, and Worcester. With these are incorporated the original Code of Oriel, and the Statutes of Cardinal College and King Henry VIII.'s College (Christchurch), which serve to illustrate the nature of the foundations, although they are not actually in force.

In some instances, selections from the Injunctions of the Visitor of a College have been appended to the Statutes.

In preparing the Texts, the orthography has been corrected and punctuation has been introduced. Marginal headings in English, and Indexes of these headings, have also been added.

Catalogues of documents in the National Archives, relating to the University and Colleges of Oxford, furnished to Her Majesty's Commissioners by the several branches of the Public Record Office, will be found appended to the series of Statutes.

The Collection has been revised for publication by Mr. E. A. Bond, of the British Museum.

Digitized by the Internet Archive
in 2007 with funding from
Microsoft Corporation

CONTENTS OF VOL. I.

PREFACE.]	Page
[1.] BALLIOL COLLEGE	i—69
Statutes of Devorguilla	v
Sir Philip Somerville's Statutes	viii
Statute of Robert Fitzhugh	xx
Statutes (1507)	1
Injunctions of Visitors, &c.	25
Foundations of Fellowships, &c.	40
[2.] MERTON COLLEGE	1—70
Confirmations	1
Statutes of the House of Scholars of Merton in Maldon (1264)	5
Statutes of Merton House (1270)	10
Statutes of Merton College (1274)	23
Injunctions of Visitors	40
[3.] ORIEL COLLEGE	1—40
Royal Patent	5
Statutes (May, 1326, and 1329)	6
Ordinances of Provost and Scholars	18
Composition of Thomas Wilcottes	31
Injunctions of Visitors	35
[4.] QUEEN'S COLLEGE	1—39
Royal Patent	4
Statutes	5
[5.] NEW COLLEGE	i—121
Royal Patent	iii
Liber Statutorum	1

	Page
[6.] LINCOLN COLLEGE	1—39
Royal Patent	4
Preface of Fleming, Bishop of Lincoln	7
Statutes	11
Composition of Edward Darby	33
[7.] ALL SOULS' COLLEGE	1—122
Royal Patent	4
Statutes	11
Injunctions of Visitors	71



STATE OF NEW YORK

1870

**STATUTES OF BALLIOL COLLEGE,
OXFORD.**

The earliest statute...
Devoignilla, widow of John Balliol, the fourth son of
of John Balliol, King of Scotland. This statute was made
The next act of Sir Philip...
six scholars to the...
body of statutes was...
Scotland, and passed in 1310.
Sir Philip...
code given...
Simon Sudbury, Bishop of London...
to a statute...
end to the...
disparities of...
power was...
have or...
years 1438 and 1477...
in the...
entitled 'Balliol...'
The...
of Winchester...
Latin...
They are...
The text...
belonging to the...

P R E F A C E.

THE earliest statutes of Balliol College are those given by Devorguilla, widow of John Balliol, the Founder, and mother of John Balliol, King of Scotland. Their date is A.D. 1282.

The next are those of Sir Philip Somerville, who added six scholars to the ancient number of sixteen Fellows. This body of statutes was confirmed by Edward Balliol, King of Scotland, and bears date A.D. 1340.

Sir Philip Somerville's statutes were soon superseded by a code given, under the authority of the Apostolic See, by Simon Sudbury, Bishop of London, A.D. 1364; and, according to a statement in the present statutes, c. ii., designed to put an end to the confusion into which the College was thrown by the discrepancies of the first and second codes. In these statutes power was reserved as a right to the Bishops of London to relieve or reform grievances. This right was exercised in the years 1433 and 1477, by Robert Fitzhugh and Thomas Kemp, in the statutes of which copies are given by Savage in the work entitled 'Balliofergus,' p. 66. Bishop Sudbury's code is lost.

The statutes at present in force were framed by the Bishops of Winchester and Carlisle, in pursuance of letters from Pope Julius II., given at the request of the Master and Fellows. They are dated A.D. 1507.

The texts now printed are derived from a manuscript copy belonging to the College.

Devotio...
 Christo...
 Scholasticus...
 Provocatus...
 damus...
 tem...
 Maria...
 thianus...
 Dominus...
 non...
 nai...
 sitatem...
 scholas...
 vilitate...
 Ordinar...
 curat...
 concess...
 timere...
 semel...
 obedi...
 statuta...
 Prædica...
 nostris...
 exercet...
 fuerit...
 current...
 affecti...
 pædecess...
 neque...
 missa...
 quida...
 mada...
 Spiritu...
 ratione...
 quam...
 local...
 dilecti...
 pædecess...
 pro...

I.—STATUTES OF DEVORGUILLÁ.

Devorgulla de Galweda, domina de Balliolo, dilectis in Christo fratri Hugoni de Hertilpoll et Magistro Willhelmo de Menyl salutem in Domino sempiternam. Utilitati filiorum et Scholarium nostrorum Oxoniæ commorantium affectu materno providere cupientes, omnia inferius annotata volumus, mandamus et præcipimus, ab eis inviolabiliter observari; ad honorem scilicet Domini nostri Jesu Christi et gloriosæ matris suæ Mariæ, necnon et Sanctorum omnium. Imprimis, volumus et ordinamus quod Scholares nostri omnes et singuli teneantur, diebus Dominicis et festis principalioribus, divino interesse officio, necnon sermonibus seu prædicationibus in eisdem festis et diebus; nisi contigerit aliquem ex eis impediri propter urgentem necessitatem vel evidentem utilitatem: cæteris vero diebus diligenter scholas exerceant et studio intendant, secundum statuta Universitatis Oxoniæ, et secundum formam inferius annotatam. Ordinamus etiam quod Scholares nostri teneantur nostris Procuratoribus obedire in omnibus quæ ex nostra ordinatione, concessione, commissione, ad eorum regimen et utilitatem pertinere noscuntur. Item, volumus quod Scholares nostri ex semetipsis eligant unum Principalem, cui cæteri omnes humiliter obediant in his quæ officium Principalis contingunt, secundum statuta et consuetudines inter ipsos usitata et approbata. Prædictus autem Principalis, postquam legitime fuerit electus, nostris Procuratoribus præsentetur, nec aliquid de suo officio exerceat, antequam ab eis auctoritate nostra in præfato officio fuerit institutus. Cæterum, statuimus quod Scholares nostri procurent tres missas celebrari singulis annis solenniter, pro anima dilecti mariti nostri domini Johannis de Balliol, et pro animabus prædecessorum nostrorum omniumque fidelium defunctorum, necnon et pro nostra salute et incolumitate. Ita quod prima missa celebretur in prima hebdomada Adventus Domini, et secunda in hebdomada Septuagesimæ, et tertia in prima hebdomada post octavas Paschæ: et fiant prædictæ missæ de Sancto Spiritu, vel de Beata Virgine, vel pro defunctis, secundum dispositionem Procuratorum. Singulis etiam diebus, tam in prandio quam in cœna, dicant benedictionem antequam comedant, et post refectionem gratias agant: et orent specialiter pro anima dilecti mariti nostri superius nominati, et pro animabus omnium prædecessorum nostrorum necnon et liberorum defunctorum; pro incolumitate etiam nostra et liberorum, cæterorumque ami-

corum nostrorum vivorum : item et pro nostris Procuratoribus, secundum formam antiquitus usitatam. Et ut melius provideatur sustentationi pauperum, ad quorum utilitatem intendimus laborare, volumus quod ditiores in societate Scholarium nostrorum ita temperate studeant vivere ut pauperes nullo modo graventur propter expensas onerosas; et si contigerit totam communitatem Scholarium nostrorum in expensis communibus aliqua septimana excedere portionem a nobis eis impersam, volumus et præcipimus districte quod, ad solutionem illarum expensarum excedentium, nihil omnino recipiatur ultra unum denarium in una septimana ab eis qui, secundum discretionem et arbitrium Procuratorum nostrorum, judicantur impotentes et insufficientes ad totalem illarum expensarum solutionem faciendam. Si æqualis portio deberet ab omnibus Sociis exhiberi, prædicta tamen nolumus extendi ad magnam vacationem, quæ durat a Translatione Beati Thomæ Martyris, usque ad festum Beati Lucæ, nec etiam ad septimanas in quibus occurrunt festa Nativitatis Dominicæ, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschæ et Pentecostes, nec in aliis casibus in quibus Procuratores nostri judicaverint illud omittendum. Volumus etiam Procuratores nostros diligentem habere examinationem super præfata Scholarium nostrorum impotentia, et quod Scholares ipsi ad Procuratores accedant cum omni confidentia, pro eorum necessitate intimanda. Et si contigerit aliquem vel aliquos de Scholaribus nostris contra ordinationem illam murmurare, aut occasione istius ordinationis pauperiores verbo vel signo aliquo provocare, volumus quod Scholares nostri teneantur sub juramento nobis præstito nominaliter murmurantium aut provocantium nostris Procuratoribus revelare: qui quidem Procuratores, habita super hoc sufficienti probatione, auctoritate præsentium, sine spe redeundi, ipsum vel ipsos ejiciant indilate. Statuimus etiam, quod Scholares nostri communiter loquantur Latinum, et qui passim contra fecerit, a Principali corripitur; et si, bis aut ter correptus, se non emendaverit, a communione mensæ separetur, per se comedens, et ultimus omnium serviator: et, si incorrigibilis manserit per hebdomadam, a Procuratoribus nostris ejiciatur. Volumus etiam quod qualibet altera hebdomada inter Scholares nostros in eorum domo disputetur unum sophisma et determinetur; et hoc fiat circulariter, ita ut sophistæ opponant et respondeant, et qui in scholis determinaverint determinent. Si vero aliquis sophista ita proventus fuerit quod merito possit in brevi in scholis determinare, tunc ei dicatur a Principali quod prius determinet domi inter socios suos. In fine autem cujuslibet disputationis præfigat Principalis diem disputationis sequentis, et disputationem regat et garrulos cohibeat, et assignet sophisma proxime disputandum, opponentem, respondentem et determinatorem, ut sic melius valeant providere. Consimili modo fiat qualibet altera hebdomada de quæstione. Præcipimus etiam

Scholaribus nostris, firmiter injungentes, ut portatorium, quod eis pro anima dilecti mariti nostri concessimus, diligenter custodiant, nec aliquo modo permittant illud impignorari, vel quocunque titulo alienari. Habeant etiam Scholares nostri unum pauperem Scholarem per Procuratores nostros assignatum, cui singulis diebus reliquias mensæ suæ teneantur erogare, nisi Procuratores nostri illud decreverint omittendum. Ut autem omnia et singula prædicta a nostris Scholaribus tempore Procuratorum quorumcunque inviolabiliter observentur, præsens scriptum sigilli nostri munimine roboravimus. Datum apud Botel, in octavis Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ, anno Gratiae MCC. octogesimo secundo.

II.—SIR PHILIP SOMERVILLE'S STATUTES.

Edwardus, Dei gratia Scotorum Rex, ex primæva fundatione. Magistri et Scholarium aulæ sive domus de Balliolo in Oxonia Fundator, universis et singulis ad quos præsentēs pervenerint, salutem in amplexibus Salvatoris. Cartam domini Philippi de Somervyle domini de Wichnore, militis, et statuta in eadem carta contenta, Magistrum et Scholares aulæ sive domus de Balliolo in Oxonia concernentia, sigillis bonæ memoriæ domini Ricardi dudum Dunelmensis Episcopi, et venerabilium virorum religiosorum dominorum Prioris et Capituli Dunelmia, reverendi viri et discreti domini Cancellarii Universitatis Oxonia, et Magistri et Scholarium aulæ sive domus de Balliolo in Oxonia, una cum sigillo dicti domini Philippi de Somervyle, consignata, inspeximus, et in nostra præsentia perlegi fecimus in forma quæ sequitur verborum :

In nomine sanctissimæ et individua Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et gloriosæ virginis Mariæ, et beatæ Catherinæ virginis et martyris, omniumque Sanctorum. Ego Philippus de Somervyle, de summi rerum et bonorum opificis bonitate confisus, ejusdemque gratiæ qui vota hominum pro sua voluntate ad bonum disponit et dirigit fidenter innisus, animique revolutione sæpe sollicitus si quid sui nominis honori retribuamus, pro his quæ mihi in hac vita tribuit abundanter, advectionem ecclesiæ de Micklebenton, in comitatu Northumbria et in diocesi Dunelmensi, cum duabus carrucatis terræ arabilis et viginti acris prati in campis ejusdem villæ, Magistro et Scholaribus domus de Balliolo in Oxonia et eorum successoribus, in augmentationem numeri Scholarium et ad sustentationem eorundem, in perpetuum, pro salute animæ meæ et dilectæ sponsæ meæ Margaretæ, et ad honorem et gloriam Domini nostri Jesu Christi et Sanctæ Katherinæ virginis ac martyris, contuli caritative. Quam quidem collationem spontanea et libera voluntate ac deliberato consilio approbo, ratifico et confirmo, et apud eosdem Magistrum et Scholares manere in perpetuum dispono, sub forma et conditionibus infra scriptis, tam quoad personas quam ad regulas earundem, annuente Domino, sine contradictione integre observandas. Hanc igitur formam, quoad omnia infra scripta, de communi consensu Magistri et Scholarium prædictorum statuendam dispono. Quod, ultra numerum sexdecim Sociorum, secundum antiquas observantias a Sociis dictæ domus usitatas, secundum facultatum sufficientiam, dictæ domui pertinentium, sex Scholares facultati artium intendentes per Socios dictæ domus de novo sint electi ; in quorum

electione, necnon in sustentationis gratia admissione, illi qui de locis propinquiorebus illi loco ubi beneficia antedicta, dictæ domui per me collata, situantur oriundi fuerint, (dum tamen in eis vel eorum aliquo tres conditiones in antiquis ordinationibus nominatæ, videlicet "magis pauperes magis proficientes et magis morigerati" inveniuntur) præcipui sint et primi. Sit autem in dicta domo superior perpetuus in eadem domo commorans, qui Magistri nomine perpetuo nuncupetur; vir in spiritualibus et temporalibus circumspectus, qui Scholaribus in ipsa domo commorantibus ac ministris altaris, aliisque omnibus officariis seu famulis, quocunque nomine censeantur, qui ad exteriorum seu interiorum administrationem seu regimen fuerint deputati, præmineat et præsit; omnesque ei, tam Scholares quam altaris ministri, officarii et quicunque alii famuli, tanquam suo superiori, in his quæ effectum suum contingunt, pareant et intendant. De conditionibus [vero ejusdem] quoad ejus institutionem, electionem seu destitutionem, et alia ipsum tangentia, ea firmiter observentur quæ super hoc inferius sunt annotata. Volo autem et ordino quod, de numero Scholarium domus supradictæ, eligantur secundum formam subscriptam sex Socii, dummodo in facultate artium fuerint regentes, qui sacræ theologiæ facultatem audiant; quibus etiam in vacationibus aliis facultatibus liceat intendere, et Decreta et Decretales per biennium duntaxat audire. Dispono etiam quod electio Magistri perpetui secundum formam inferius annotatam celebretur. Convocatis omnibus Sociis præsentibus et absentibus justa causa et necessaria, dummodo sine notabili difficultate venire poterint, injungat Principalis vel locum ejus tenens omnibus et singulis in fide præstita domui quod fideliter duas eligant artistas, qui cum Principali domus prædictæ seu cum ejus locum tenente in scrutinio sedebunt; qui per communitatem electi coram seniore, secundum ejus statum in domo, juramentum præstent corporale; et idem juramentum in propria persona coram eodem seniore præstet Principalis; quod non per se, alium vel alios, aliquem vel aliquos ad dicendum pro aliquo in Magistrum eligendo induxerit vel inducet quovismodo contra voluntatem propriam et spontaneam. Et ad id juramentum observandum quilibet Socius domus supradictæ virtute sui juramenti per eundem seniore firmiter astringatur. Jurent etiam omnes et singuli, tactis Sacrosanctis in præsentia omnium Sociorum, quod fideliter, et absque personali acceptatione et spe remunerationis factæ vel in futurum faciendæ, pro tali dicant quem melius scientem, magis potentem et majorem zelum habentem, sciverint ad domus negotia expedienda. Quo facto, Principalis et alii duo per communitatem electi vota singulorum fideliter sedendo audiant in secretis et scribant, et ipsum [electum in] Magistrum fideliter denuntient in quem major pars communitatis consenserit. Et si contingat ali-

quos vocum paritatem obtinere, per sanio rem partem comunitatis nominatus in Magistrum sit electus. Sanio rem vero partem ex prærogativis in scientia et prioritate domus aliisque consimilibus, ex quibus unus alio vel una pars altera in collegiis sanior solet numerari, vocari decerno. Electione quidem Magistri celebrata, faciat eum Principalis vel senior, secundum statum suum in domo, coram communitate jurare quod statuta et ordinationes per me editas fideliter observabit. Item, volo et dispono quod Magister sub forma prædicta electus, cum licentia comitatus, ad manerium meum de Wichenore ante officii sui executionem mittatur, et domino ejusdem manerii, qui pro tempore fuerit, se offerat, si quis fuerit de sanguine meo dominus dicti manerii pro tempore illo, et causam sui adventus exponat; qui, sine exceptione contra formam electionis seu contra personam electam, et absque omni contradictione per prædictum dominum illius manerii, in Magistrum dictæ domus sit receptus. Si autem dominus ad dictum manerium præsens non extiterit, sufficiat si custodi dicti manerii se præsentet et causam sui adventus exponat. Si autem contingat hæreditatem meam inter sorores esse divisam, seniori sorori vel ejus hæredibus, dum de sanguine meo fuerint, ad dictum manerium de Wichenore dicti Magistri sub forma præscripta fiat præsentatio. Dictus vero Magister, cum de prædicto manerio Oxoniam redierit, Cancellario vel ejus Commissario Universitatis, qui pro tum fuerit, Priori seu custodi monachorum Dunelmensium Oxoniæ studentium ibidem pro voluntate domini Prioris Dunelmia deputato, et duobus Magistris extrinsecis assidentibus, per Principalem et unum de senioribus, vel per duos seniores, præsentetur: a quibus sine contradictione omnimoda confirmetur. Coram quibus præstet juramentum corporale, ordinationes et constitutiones per dictum dominum Philippum de consensu prædictorum Scholarium editas fideliter observare: et idem juramentum præstet ad manerium de Wichenore coram domino prædicti manerii, si tempore suæ præsentationis dominus dictus præsens extiterit. Cancellario vero vel ejus Commissario, Priore seu Custode monachorum prædicto, aut dictis duobus Magistris extrinsecis, in hac parte negligentibus, vel alias qualitercunque prædictam confirmationem expedire nolentibus, hoc ipso quod eisdem ut prædicatur sic electus præsentatus fuerit, pro confirmato habeatur. Et consimilis forma quoad admissionem cujuslibet dictæ domus electi ad intendendum sacrae theologiae, et quoad ejus receptionem coram memorato Cancellario vel ejus Commissario, [et] Priore seu Custode monachorum prædicto, ac dictis duobus Magistris extrinsecis, punctim observetur. Hoc etiam in eadem domo specialiter observetur, ut circa eos qui ad theologiam fuerint eligendi diligenti sollicitudine caveatur ne qui vel quis, præter honestum vel honestos, castos, pacificos et

humiles, ad scientiam habiles ac proficere volentes, admittantur : quos per communitatem de Sociis dictæ domus, dum tamen in artibus rexerint, eligendos esse dispono sub hac forma. Convocet Magister domus supradictæ communitatem, omnibus et singulis, in Sacramento Domini præstito, firmiter injungendo, quod fideliter et sine personarum acceptatione, favore omnimodo et affectione quacunque postpositis, alium vel alios ad facultatem prædictam eligant, quos verisimiliter per experientiam probabilem ad proficiendum in facultate prædicta magis habiles et morigeratos sciverint ; et ille vel illi in quem vel in quos pars major communitatis consenserit ad theologiæ auditionem sint electi. Si autem contingat aliquos de eligendis paritatem vocum obtinere, senior secundum ejus statum in domo præferatur. Electus vero vel electi ad intendendum sacræ theologiæ in sexto anno suæ auditionis [theologiæ] opponat, et per unum annum vel duos, si videatur communitati expedire, opponat, et in nono vel decimo anno librum Sententiarum legat, et in duodecimo vel tertio decimo anno in eadem facultate incipere teneatur, nisi ex causa legitima vel honesta impediatur. Audiatur et Magister dictæ domus quæcumque facultatem voluerit. Sit etiam numerus Scholarium pro redditibus meis dictæ domui eligendorum [sex?] ut prædicitur ; quorum quilibet undecim denarios per manus sui Magistri, vel eorum qui ad proventus dictæ domus recipiendos vel reservandos fuerint deputati, percipiat ; ita tamen quod singulorum Sociorum communæ, in dicta domo ex aliis redditibus venientium, ad undecim denarios per redditus meos prædictos augeantur. Si autem victualium caritiam accidere contingat, singulorum Sociorum dictæ domus communæ, secundum arbitrium Magistri et communitatis, ad quindecim denarios inclusive septimanatim accrescant. Volo autem quod quilibet dictorum Scholarium quatuor denarios percipiat pro septimanis maxime festivis, sicut in septimana Natalis Domini et Paschæ, et aliis consimilibus, ultra id quod solebat per septimanam prædictam percipere. Magister siquidem cameram sibi soli habeat deputatam, et garcionem sibi ministrantem, qui, secundum ordinationem dictæ communitatis, suam sustentationem percipiat de communi. Quia vero extraneos ad dictam domum pro negotiis ejusdem accedentes sæpius a Magistro recipi oportebit, dispono quod, propter sic accedentes et communitatis honestatem, pro se et suis commensalibus, si sibi videbitur expediens, in camera propria, prout aliis Sociis ministratur, mensam minime excessivam habeat de communi, et eo tempore duntaxat ; nisi ægritudinis vel alterius causæ rationabilis necessitas eum urgeat et compellat. Dicitur autem Magister quadraginta solidos pro suis necessariis annuatim de communi percipiat, cum facultates reddituum meorum ad hoc suffecerint ; quousque per me vel per alios seu per com-

munitatem pro eo commodius fuerit ordinatum. Dispono etiam quod idem Magister juramentum præstet corporale, ut de sua administratione et de omnibus bonis dictæ domui spectantibus, coram communitate vel aliquibus ad sua ratiocinia audienda per communitatem deputatis, annis singulis, die Sanctæ Margaretae, seu tempore aliquo per communitatem assignando, fidelem reddat rationem; qui suo similiter ministerio interius et exterius, prout rei qualitas et temporis seu loci necessitas aut utilitas poposcerit, sollicite intendat; qui etiam, annis singulis, omnia bona ad dictam domum spectantia per se vel per alium de Sociis discretum ad hoc per communitatem electum, si communitati expediens visum fuerit, visitet diligenter, necnon et quantitatem honorum in locis singulis æstimet et taxet, ipsamque æstimationem et taxationem fideliter in scriptis redigat, et redacta in scriptis Scholaribus dictæ domus deferat et assignet, ut deinde, cum sua ratiocinia fuerint audienda, fidelitas ipsorum ratiociniorum ex collectione ipsius scripturæ certius valeat apparere. Et computo dicti Magistri plenarie soluto, si quid de bonis dictæ domus ultra expensas per communitatem allocatas residuum fuerit, infra mensem a die solutionis sui computi thesaurariorum custodiæ reddere, seu cautionem realem exponere, aut alio modo communitati satisfacere, teneatur. Quorum si qua fuerint residua, partem in usum Sociorum et partem pro oneribus domus supportandis, prout Magister et communitas decreverint, dispono converti. Si autem contingat dictum Magistrum brevi ægritudine infirmari, plena sibi portio sua pro rata portione temporis, vel alia sustentatio competens et minime excessiva, ministretur de communi. Aliis vero Scholaribus prædictis in prædicta domo infirmantibus extra, dummodo pro necessitate vel utilitate domus fuerint destinati, exhibitio consimilis fiat de communi. Si autem dicti Magistri incurabilis fuerit ægritudo, nec de ejus convalescentia spes extiterit, ratione cujus ipsum Magistrum circa domus negotia laborare non posse, nec ut decet Magistratus officium exercere, communitas decreverit, eo ipso suo cedere officio teneatur, et secundum formam electionis Magistri præscriptam loco ejus alius eligatur, et sustentationem secundum arbitrium communitatis competentem pro suo perpetuo habeat de communi. Si autem alicujus prædictorum Scholarium incurabilis fuerit ægritudo, propter quod ad victum [suum] alias consequendum aptus non fuerit, novem denarios extra domum septimanatim pro suo perpetuo de communi, si quicquam uberius alibi non obtinuerit, ratione reddituum dictæ domus per me collatorum, percipiat caritative; dum tamen ad hoc domus sufficienter facultates. Item, ordino et dispono quod quilibet Socius in sua admissione præstet juramentum corporale, quod non procurabit per se nec per alios, nec scienter faciet, quominus ad collegium aliud uberius exhibitionis in dicta Universitate

eligatur; quod si ipsum ad collegium aliud hujusmodi eligi contigerit, eo ipso in ejus persona cesset domus exhibitio supradictæ. Magister tamen ipse ad hujus articuli observationem se noscat non astringi. Juret etiam quilibet Socius, in sua ad dictam domum admissione, quod jura et possessiones dictæ domus ubique terrarum pro suis viribus defendet et conservabit, et ad eorum meliorationem fideliter laborabit, et, cum ad meliorem fortunam Deo dante pervenerit, in licitis et honestis promovebit, et maxime in consiliis et auxiliis pro defensione et conservatione jurium dictæ domus et eorum melioratione semper adhibendis, et, quoties opus fuerit, fidele consilium dictæ domui si ab eo requiratur constanter adhibebit. Si autem dictus Magister de patrimonio aut spiritualitate, seu quovis alio modo, de certo, ad valorem quadraginta librarum promotus fuerit, sui officii regimine ex tunc non utatur, et a beneficio dictæ domus penitus excludatur: eandem et formam pro quolibet alio Socio, si quovismodo prædicto ad valorem centum solidorum promotus fuerit, ordine observari. Item, cum dicti Magistri industria, honestas et diligentia, præ cæteris necessaria sit et opportuna, ne per ejus negligentiam, quod absit! vel insolentiam, dictæ domui eveniant dispendia aut pericula graviora, præmissis adjicio et dispono ut, cum Magister dictæ domus, qui pro tempore fuerit, per dilapidationem bonorum domus prædictæ, inutilis, aut sui officii negligens executor, seu luxuriosus vel notabiliter vitiosus, ut inferius de Sociis notatur, repertus fuerit, trina monitione per Principalem de consensu communitatis legitime moneatur, ut ab his insolentiis et negligentibus se omnino compescat; qui, si post trinam monitionem incorrigibilis appareat aut a prædictis se abstinere neglexerit, de eo Cancellario vel ejus Commissario, et Priori seu Custodi, et Magistris extrinsecis supradictis, fiat denuntiatio; qui, de ejus excessibus et processibus contra eum factis summarie informati, ipsum sine dilatione qualibet ab officio Magistratus amoveant. Qui si ad prædicta facienda venire recusaverint, vel quorum si quis [venire] noluerit, infra triduum post legitimam denuntiationem eis factam, Principali et dictæ domus communitati liceat Magistrum hujusmodi ab officio Magistratus deponere, et, ipso deposito, alium loco illius, forma vero prædicta, in Magistrum eligere. Si autem aliquis Sociorum prædictorum homicidium aut adulterium, furtum, rapinam, perjurium, sacrilegium vel simoniam, vel aliquod grave delictum, committat, seu gravem lapsum carnis vel notam turpitudinis aliquam incurrat, quod absit! per quæ grave scandalum in dicta domo poterit suscitare; aut quisquam eorum rixosus seu jurgiorum inter Socios suscitator creber extiterit, vel eorundem Sociorum atrox percussor, aut, quod plus est, Magistro vel Principali seu aliis intolerabilis in societate prædicta; cum de aliquo præmissorum per facti notorietatem seu alias legitime fuerit convictus, trans-

gressor hujusmodi a domo et exhibitione ejusdem penitus excludatur. Insuper, Magister dictæ domus, associatis sibi duobus de antiquioribus et discretioribus Scholaribus dictæ communitatis, omnes discordias inter eosdem Scholares exortas, et omnia jurgia sive delicta levia inter eosdem existentia, absque strepitu vel dilatione, infra domum propriam eorundem, prout Magistro et illis antiquioribus videbitur, audiant, pacificent et decident. Si quis etiam disputationibus suæ facultatis sive scholis, diebus legibilibus, vel officiis divinis debito modo non intendat, vel si in villa vel extra villam in tempore non debito fuerit vagabundus, vel si modo minus honeste in disputationibus, mensa, vel aliis actibus contra Magistrum vel Socium se habeat, ratione cujus scandalum vel incommodum domui prædictæ vel Sociis notabiliter eveniat, volo quod Magister prædictus cum illis duobus sibi associatis quemcunque in aliquo præmissorum delinquentem invenerint puniat, corrigat et remedium imponat, prout qualitas delicti secundum eorum æstimationem rationabiliter id exposcat. Et si quis eorum ordinationi parere noluerit, per subtractionem communæ suæ per quindenam puniatur. Si quis autem hujusmodi transgressor, pro suis forsitan demeritis, per Magistrum et sibi assidentes tertia vice legitime correctus, et per suarum communarum subtractionem toties punitus, se ab hujusmodi maleficiis refrænare noluerit, tanquam incorrigibilis et rebellis a dicta societate finaliter expellatur. Ejectis autem a domo præfata omne beneficium dictæ domus et participatio bonorum ipsius penitus denegetur: nec eis, ratione amotionis seu ejectionis hujusmodi, contra Magistrum domus dictæ aut Scholares, seu quoscunque alios de dicta domo, aliqua actio competat vel regressus, sive agendo, sive appellando, sive querimoniam deponendo, sive in integrum restitutionem petendo, sive cujuscunque curiæ sive sæcularis sive ecclesiasticæ literas obtinendo, seu literis a quibuscunque vel per quoscunque obtentis utendo, contra suam amotionem memoratam; quantumcunque sibi alias probitatis et vitæ merita suffragentur; ne bona dictæ domus in litibus inaniter expendantur. Idem in amotione dicti Magistri, cum ex causis superius annotatis fuerit amotus, censeo observandum; et istud in admissione sua a quolibet sit juratum. Ne autem ob crimina leviora, ut superius expressum est, vel offensas leves ejectis, aut studium deserentibus, omnis denegetur humanitas, si in posterum dignos poenitiæ fructus egerint, et Magistrum seu Scholares domus supradictæ agendo vel appellando, aut per modos alios superius nominatos, occasione suæ objectionis, nequaquam procuraverint molestari, seque ad loca et beneficia ipsius domus humiliter petierint de novo admitti, ea ex speciali gratia, præmissis non obstantibus, sibi poterint concedi; si hoc Magistro et Scholaribus videatur expediens. Ordino etiam quod per preces vel literas alicujus domini nullus in Socium prædictæ domus admittatur, nec pensio alicui per

preces vel literas alicujus magnatum ratione reddituum meorum penitus conferatur. Capellanum siquidem in domo supradicta esse decerno et censeo, tempore perpetuo moraturum; qui per me et hæredes meos dictæ domui præsentetur, et a Magistro et Sociis absque contradictione aliqua admittatur, dum tamen idoneus fuerit et honestus, pro me et sponsa mea, pro anima domini Rogeri de Somervyle, pro venerabili patre domino Ricardo Dunelmensi Episcopo, hæredibus meis et parentibus, necnon et dictæ domus benefactoribus, in perpetuum celebraturus; qui si inter Scholares dictæ domus tolerabiliter, honeste et modeste, se gesserit, ac dicto ministerio diligenter vacaverit, in dicta domo [pro suo] perpetuo si voluerit conversetur; omnem domus exhibitionem, quoad victum et cameram, quam aliquis de Scholaribus prædictis, ut superius decretum est, perceperit, pro tempore moræ suæ in dicta domo integraliter percepturus. Quem si publica turpitudinis nota innotuerit, prout de aliquo Sociorum quoad ejus correptionem et correctionem, et a dicta domo finalem expulsionem, necnon occasione suæ amotionis actionem, statuta de Socio vel de Sociis ejiciendo vel ejiciendis præscripta, sine contradictione mei, hæredum meorum seu cujuscunque alterius, titulo vel nomine, strictius observentur. Quo ejecto vel decedente, si nec per hæredes meos alius dictæ domui loco illius, intra mensem postquam nobis de ejus recessu constiterit, præsentetur, ad prædictos Magistrum et Scholares dictæ domus Capellani electionem, quotiescunque sic contingentem, solummodo spectare dispono. Qui electus sic ut prædicitur celebrabit: et si quem Capellanum, per me præsentatum vel per me vel hæredes meos præsentandum, seu per prædictos Magistrum et Scholares eligendum, ad servitia dicta ei incumbentia adimplenda ex causa quacunque aptus non fuerit, a dicta domo et exhibitione ejusdem amoveri dispono, et alium loco ejus forma ut prædicitur subrogari. Capellanus vero pro me et sponsa mea, quamdiu vixerimus, in omni die trium lectionum, præterquam a Pascha usque ad festum Sanctæ Trinitatis, utendo illo officio "Salus Populi" cum propria collecta secreta et postilla eidem officio pertinentibus, celebret. In aliis vero festis novem lectionum et duplicibus, necnon in festis prius exceptis de aliis Sanctis, prout sibi videbitur opportunum, eidem liceat celebrare; in quibus nisi magnum duplex festum fuerit, post primam collectam, collectam specialem dicat, et in suo operimento pro nobis specialiter et devote exoret. Si autem me viam universæ carnis ingredi contingat, sponsa mea vivente, missam de "Requiem" cum propriis collectis et "Placebo" et "Dirige" cum Commendatione, omni die trium lectionum, pro salute animæ meæ, forma ut prædicitur, et omnium fidelium defunctorum, celebret devote; aliquam collectam pro salute sponsæ meæ, quamdiu ipsa vixerit, jugiter dicendo. Utroque autem

nostrum viam universæ carnis ingresso, missa de "Requiem" pro nobis et personis prædictis ac pro omnibus benefactoribus domus supradictæ, forma ut prædicitur, per prædictum capellanum devotius celebretur. Insuper, singulis annis, die anniversarii obitus mei, missa de "Requiem" cum nota et "Placebo" et "Dirige" præcedentibus, pro salute animæ meæ et omnium fidelium defunctorum celebretur. Cui missæ et exequiis singuli Socii, qui pro tempore fuerint, teneantur personaliter interesse. Consimilis autem forma, quoad anniversariam sponsæ meæ dilectæ Margaretæ, penitus observetur. Ad hæc quidem omnia et singula præscripta fideliter observanda, quilibet capellanus per me et hæredes meos dictæ domui præsentatus vel præsentandus, seu per communitatem electus vel eligendus, dicta officia forma ut prædicitur celebraturus, tactis Sacrosanctis, corporale præstet juramentum. Juret etiam capellanus, in sua ad domum admissione, secreta domus clam vel palam nemini revelare, unde damnum vel scandalum dictæ domui, Socio vel Sociis, poterit evenire. Qui etiam, in sua ad domum admissione, renuntiet per verba expressa omni futuræ actioni, juris remedio cujuscunque, tam canonici quam consuetudinarii et civilis, si forsitan ob sua demerita a dicta domo ipsum ejici contingat in futurum. Juret etiam omnes ordinationes per me pro profectu dictæ domus et honestate ordinatas, et quæcunque alia privilegia dictæ domus, quantum in eo fuerit observare. Item, habeant dicti Scholares qualibet die Sabbati missam cum nota de Beata Virgine, quando aliam missam cum nota celebrare, seu in ecclesia parochiali vel alibi in missis Universitatis interesse, non teneantur. Cui missæ in honorem gloriosæ Virginis celebratæ omnes capellani intrinseci, nisi ex causa legitima fuerint impediti, cæterique Socii dictæ domus, quos propter actus scholasticos, seu propter aliam causam legitimam, coram Magistro vel locum ejus tenente approbatam, minime impediri contigerit, interesse teneantur. Quam quidem missam capellanus celebraturus et quilibet alius capellanus domus prædictæ in capella eorum celebraturus, pro me et sponsa mea teneantur specialiter exorare. Cæterum, omni die Veneris, quando illam antiphonam antedictam in dicta capella cantari contigerit, et in gratiis in mensa dicendis, nomen meum et sponsæ meæ per capellanum seu aliquem Socium dictæ domus inter nomina præcipuorum benefactorum recitentur, pro nobis specialiter exorando. Illud insuper est attendendum, quod si locus habitationis seu Scholarium prædictorum studio vacantium congregatio, causis aliquibus emergentibus quæ facile numerari non poterunt, ad locum alium transferatur, nihil eis commodi, juris vel possessionis, deperat in prædictis redditibus vel rebus aliis sibi assignatis, vel deinceps ex pia largitione fidelium assignandis, sed omnia eis nihilominus integra remaneant; du-rentque hæ ordinationes, hæ et aliæ in posterum promulgandæ,

atque privilegia ipsi domui concessa et futuris temporibus concedenda; dum tamen hanc ordinationem tam re quam nomine teneant et observent, sic tamen quod nomen foundationis antiquum collegium non admittat, sed sicut prius domus de Balliolo nominetur. Nec est intentionis meæ eorum foundationem antiquam aut regulas vel statuta tollere, sed ea potius præsentibus confirmare: et si quid contrarium legibus dictorum Scholarium, statutis vel consuetudinibus antiquis, ad quas vel quæ dicti Scholares fuerint jurati, in hac ordinatione mea compertum fuerit, nolo dictos Scholares ad illud observandum aliquatenus obligari, sed antiqua eo non obstante firmiter observentur. Licet autem in præmissis sex Socios eligi ratione reddituum per me dictæ domui collatorum ordinaverim, et quemlibet Socium et capellanum undecim denarios septimanatim, et Magistrum quadraginta solidos, ultra communas suas, pro suis necessariis, de bonis dictæ domus, ratione reddituum prædictorum, una cum augmento communarum, forma ut prædicitur percipere ordinaverim; volo tamen et ordino quod omnia et singula in præmissis ordinata observentur, sicut et quatenus ad hoc domus supradictæ per me caritative collatæ sufficiant facultates. Præmissis etiam adjiciendo decerno quod, si redditus in præsentem dictæ domui assignati, aut in posterum ex pia largitione fidelium assignandi, excreverint, numerus Scholarium in dicta domo studio theologiæ vacantium, quatenus augeri poterit, augeatur; nisi de conferendis in futurum per donatores ipsos aliter contigerit ordinari. Et ne aliqui de Scholaribus prædictis ignorantiam horum futuris temporibus quovismodo prætereundum possint, statuo quod singulis annis, in festo Sanctæ Margaretæ, præsens scriptum coram omnibus publice recitetur. Item statuo, ordino et ad præmissa adjicio, quod Prior seu Custos monachorum Dunelmensium Oxoniæ studentium, per Priorem Dunelmensem præfectus, collega sit in omnibus Cancellario prædicto vel ejus commissario, tam in admissione quam confirmatione electi in Magistrum dictæ domus de Balliolo, et præstatione juramenti de amotione ejusdem Magistri, in casu quo fuerit amovendus, de quibus supra fit mentio, necnon et illorum quos continget eligi ad insistentem theologiæ facultati. Ipse, quoque Prior seu Custos, cum dicto Cancellario vel ejus commissario, exerceat omnia quæ circa dictos electos fuerint exercenda: sic autem idem Prior seu Custos una cum Magistris extrinsecis, quibus dicti sex Scholares, vel plures si bona excreverint, præsentari debent cum eligantur: plenam quoque potestatem cum aliis Magistris habeat ad eosdem Scholares examinandos, admittendos vel etiam repellendos, et ad omnia alia exercenda circa eosdem quæ circa alios Scholares in eadem aula existentes per dictos Magistros extrinsecos exerceri consueverint tempore retroacto. Volo, insuper, statuo et dispono quod Episcopi Dunelmenses, qui pro tempore fuerint, præfatos Magistrum et Scholares, ad denuntiationem dicti

11d. per week then,
18s. now.
40s. then,
above 40l. now: which two things made the Master's place above 60l. per annum, besides chambers and all perquisites.

Prioris seu Custodis monachorum Dunelmensium, ad observantiam præmissorum, quoad electionem sex Scholarium et cappellani, ratione reddituum per me collatorum ad præsens, nec non ad numerum studentium, in casu exerescentiæ reddituum eorundem cum acciderint, ut præmittitur, ampliandum, ac quoad omnia alia et singula superius expressata, possint compellere viis et modis canonicis, prout sibi magis videbitur expedire. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem, tria instrumenta tenoris consimilis sunt confecta. Quorum cuilibet sigilla reverendi patris domini Ricardi Dei gratia Dunelmensis episcopi, religiosorum virorum dominorum Prioris et capituli Dunelmia, venerabilis viri domini Cancellarii Universitatis Oxonia, et Magistri et Scholarium aulae de Balliolo prædictorum, una cum sigillo meo, appendi procuravi. Quorum etiam instrumentorum unum penes dictos Priorem et conventum, aliud penes præfatos Magistrum et Scholares, tertium vero penes me, hæredes et assignatos meos, volo, ordino et dispono perpetuo remanere. Et nos Ricardus, permissione divina Dunelmensis Episcopus, ad rogatum domini Philippi ac Magistri et Scholarium prædictorum, ad corroborationem statutorum seu ordinationum prædictorum, quantum rite et canonice sunt edita, quatenus ad nos pertinet, sigillum nostrum, decimo octavo die mensis Octobris, anno Domini millesimo CCC^{mo} quadragesimo, in manerio nostro de Dukeland, præsentibus duxinus apponendum; jure, consuetudine et dignitate, nostris et ecclesiæ nostræ Dunelmensis in omnibus semper salvis. Et nos, Prior ecclesiæ Dunelmensis et ejusdem loci conventus, omnia et singula suprascripta rationabiliter statuta, ordinata et decreta, per dominum Philippum memoratum, ac auctoritate pontificali dicti reverendi patris ut præmittitur roborata, ad instantiam dicti domini Philippi, Magistri et Scholarium præfatorum, quantum in nobis est, de nostro consensu unanimi ac appositione sigilli nostri communis capituli Dunelmensis, approbamus, ratificamus et etiam confirmamus. Datum in domo nostra capitulari Dunelmensi, vicesimo quarto die mensis Octobris, anno Domini suprascripto. Et nos Cancellarius Universitatis antedictæ, ad rogatum dictorum domini Philippi, Magistri et Scholarium domus suprascriptæ, in testimonium præmissorum, quatenus rite et legitime sunt ordinata, in crastino Purificationis Beatæ Mariæ, anno suprascripto, sigillum officii nostri præsentibus apposuimus. Et nos Magister et Scholares domus suprascriptæ, submittentibus nos et domum nostram de Balliolo prædictam, ex certa scientia, pure, sponte, jurisdictioni et correctioni venerabilis in Christo patris domini Dei gratia Dunelmensis Episcopi, qui pro tempore fuerit, quoad ecclesiam de Micklebenton, et quoad omnia alia et singula suprascripta nos et dictam ecclesiam contingentia, jurisdictionem prædicti venerabilis patris scienter prorogando, in corroborationem, confirmationem et perpetuæ rei firmitatem, omnium et singulorum

superius expressorum, sigillum nostrum commune præsentibus duximus apponendum. Datum Oxonia, in aula de Balliolo, in crastino Purificationis Beatæ Mariæ, anno Domini supradicto.

Nos igitur Edwardus Rex Scotorum antedictus, ac Magistri et Scholarium aulæ sive domus de Balliolo in Oxonia ab antiquo Fundator, dictam cartam, atque statuta in eadem contenta, omnia et singula, tanquam juri congrua et rationi consona, approbamus, ratificamus et, quantum in nobis est, pro nobis et successoribus nostris confirmamus: non obstantibus quibuscunque statutis contrariis, privilegiis seu consuetudinibus, ab antecessoribus nostris ante hæc tempora editis, concessis, approbatis seu confirmatis. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum præsentibus fecimus appendi.

III.—STATUTE OF ROBERT FITZHUGH, BISHOP OF LONDON.

Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentem literæ pervenerint, Robertus permissione divina Londinensis Episcopus salutem, gratiam et benedictionem. Cum inter statuta collegii, aulæ sive domus, Ballioli Oxoniæ Lincolnensis dioceseos, inter cætera reperiatur quoddam statutum in quo sic cavetur: “Quod si contingat quod aliquod statutum præmissum videatur Sociis nimis grave vel nimis remissum, secundum iudicium Rectorum, Magistri et majoris partis comitivæ, habeat tunc Episcopus Londinensis potestatem dictum statutum corrigendi, mitigandi, diminuendi, addendi, mutandi, nec non aliud statutum faciendi, quod sibi ad honorem Dei et utilitatem dicti collegii videbitur expedire:” ac insuper cum inter statuta reperiatur quoddam aliud, sub hac forma: “Imprimis, statutum est quod in domo de Balliolo semper sint tot Scholares quot commode ex fructibus, redditibus, proventibus ejusdem domus, secundum limitationem expensarum infra in statutis annotatam, poterunt sustentari. Qui de seipsis habeant unum Magistrum, cujus officium duret quamdiu se bene gesserit in officio; propter tamen defectum notabilem amoveatur sub forma inferius annotanda, vel si beneficiatus fuerit ad verum valorem decem librarum annuatim, vel qualitercunque sibi fuerit provisum perpetuo aliunde ad tantam summam, quo casu, post tres menses a tempore pacifico possessionis adeptæ, dictarum decem librarum ipso facto noverit [ab officio] se amotum:” quod quidem statutum, prout sufficienter informamur, videtur Rectoribus, Magistro et majori parti comitivæ dicti collegii, fuisse et esse nimis grave atque damnosum, propter nonnulla pericula et incommoda quæ occasione ejusdem statuti præfato collegio sæpius evenerunt, et verisimiliter amplius evenient in futurum, nisi celerius de opportuno remedio sit provisum. Nos, igitur, volentes hujusmodi periculis et incommodis obviare, ac utilitati et quieti dicti collegii, Magistri, Sociorum et Scholarium, ejusdem cum favore prospicere, ad instantiam, rogatum et supplicationem, præfatorum Rectorum, Magistri, Sociorum et Scholarium, prædictum statutum sub forma subscripta duximus corrigendum, mutandum et emendandum, et sub forma subscripta corrigimus, mutamus et emendamus. et in loco illius statuti inseri volumus subscriptum statutum, videlicet: Imprimis, statutum est quod in

domode Balliolo semper sint tot Scholares quod commode ex fructibus, redditibus et proventibus, ejusdem domus, secundum limitationem expensarum infra in statutis annotatam, poterunt sustentari. Qui de seipsis habeant unum Magistrum, cujus officium duret quamdiu se bene gesserit in officio, licet ad quancunque summam promotus fuerit, aut aliunde sibi perpetuo ad summam hujusmodi sit provisum; propter tamen defectum notabilem amoveatur sub forma inferius annotanda. Et quicunque, vacante officio Magistri, ibidem fuerit eligendus, liceat Sociis sive Scholaribus ipsius domus de aliis quam de seipsis, si hoc eis videatur expediens, beneficiatum vel non beneficiatum, eligere in Magistrum; dum tamen sic electus Socius juratus ejusdem domus prius extiterit. Cujus officium duret, sicut prius, quamdiu bene se gesserit in officio, licet ad quancunque summam promotus fuerit, vel aliunde perpetuo ad summam hujusmodi provisio sibi fiat; propter tamen defectum notabilem amoveatur, sub forma in statutis plenius annotata. Quod quidem statutum nostrum hujusmodi sic denuo factum in loco prioris statuti de cætero præcipimus et mandamus firmiter observari, juramentis prædictorum Magistri et Sociorum sive Scholarium prius præstitis, et aliis, si quæ visa fuerint huic statuto contraria, non obstantibus quibuscunque. Quæ omnia et singula Universitati vestræ innotescere volumus per præsentem. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum fecimus his apponi. Datum in manerio nostro de Stebbenhith, octavo die Augusti, anno Domini cccccxxxiii. et nostræ consecrationis anno secundo.

This statute concerning the Master, and that concerning Disputations. were both amended afterwards by Thomas Kemp, Bishop of London. That concerning the Master was amended by the insertion of this clause, viz. :—

Vel aliquis olim capellanus ejusdem domus qui, in dicta domo continuo steterit per annum et amplius, et postea beneficiatus fuerit competenter.

By which clause inserted, was given a liberty of choosing one who had been formerly Chaplain, as well as one that had been formerly Fellow, into the Master's place. That which concerned Disputations was much like that still in force, and ends thus, viz. :—

Proviso semper, quod si placuerit Magistro dictæ domus disputare, respondere, replicare, interesse aut regulare prædictas disputationes. tam logicas quam philosophicas, quin etiam theologicas, quod hæc poterit exequi ad ejus libertatem; et in Magistri absentia regat vicem gerens, et in eorum absentia senior Socius præsens, qui non est arguens vel respondens. Quæ quidem statuta nostra hujusmodi sic denuo facta in locis prio-

rum statutorum de cætero præcipimus et mandamus firmiter observari, juramentis prædictorum Magistri et Sociorum sive Scholarium prius præstitis, et aliis, si quæ visa fuerint his statutis contraria, in aliquo non obstantibus quibuscunque. Quæ omnia et singula Universitati innotescere volumus per præsentem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum apposuimus. Datum in manerio nostro de la Wykh, anno Domini MCCCCLXXVII, Augusti XXVII., et consecrationis nostræ XXVIII.

STATUTES OF BALLIOL COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

	PAGE
De statutorum corpore	1
De horum statutorum editionis causa, et conditorum auctoritate	1
De hujus corpusculi in membra partitione	2
De Magistri qualitate	3
De auctoritate Magistri, et officio	3
De ejusdem electione	3
De Magistri juramento et confirmatione	4
De Magistri residentia	5
De Magistri Vicario	6
De numero Sociorum	6
De qualitate Sociorum	6
De eligibilis et probandi circumstantiis	7
De electione Socii probandi	7
De electi et probandi juramento	8
De electi et probati admissione	8
De Scholasticis	9
De cultu Dei	9
De duobus Sociis sacerdotibus	10
De duobus Decanis	11
De disceptationibus et exercitamentis scholasticis	11
De disceptatione in theologia	13
De Thesaurariorum officiis	13
De ratione reddenda	13
De emolumentis et stipendiis	14
De emolumentis in infirmitatibus	14
De officialium electione	15
De conversatione honesta	15
De lectione Bibliæ	16
De lectione statutorum	16
De Sociorum et Scholasticorum residentia	16
De gradus in Universitate susceptione	17
De promotione ad sacerdotium	17
De improborum correctione	18
De quibusdam gravibus vetitis	18
De locationibus et alienationibus	19
De cubiculis et hortis	19
De famulis	19
De portis claudendis et aperiendis	20
De extraneis ad convictum et cohabitationem recipiendis	20
De Visitatore	21
De ejusdem auctoritate	21

100

101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

De herma...

1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
1010
1011
1012
1013
1014
1015
1016
1017
1018
1019
1020
1021
1022
1023
1024
1025
1026
1027
1028
1029
1030
1031
1032
1033
1034
1035
1036
1037
1038
1039
1040
1041
1042
1043
1044
1045
1046
1047
1048
1049
1050
1051
1052
1053
1054
1055
1056
1057
1058
1059
1060
1061
1062
1063
1064
1065
1066
1067
1068
1069
1070
1071
1072
1073
1074
1075
1076
1077
1078
1079
1080
1081
1082
1083
1084
1085
1086
1087
1088
1089
1090
1091
1092
1093
1094
1095
1096
1097
1098
1099
1100
1101
1102
1103
1104
1105
1106
1107
1108
1109
1110
1111
1112
1113
1114
1115
1116
1117
1118
1119
1120
1121
1122
1123
1124
1125
1126
1127
1128
1129
1130
1131
1132
1133
1134
1135
1136
1137
1138
1139
1140
1141
1142
1143
1144
1145
1146
1147
1148
1149
1150
1151
1152
1153
1154
1155
1156
1157
1158
1159
1160
1161
1162
1163
1164
1165
1166
1167
1168
1169
1170
1171
1172
1173
1174
1175
1176
1177
1178
1179
1180
1181
1182
1183
1184
1185
1186
1187
1188
1189
1190
1191
1192
1193
1194
1195
1196
1197
1198
1199
1200

STATUTES OF BALLIOL COLLEGE, OXFORD.

1507.

De statutorum corpore.

NON minori præconio, imo longe majori, extollendi sunt qui statuta et leges humanarum rerum moderatores condiderunt, quam qui urbes et oppida cæteraque ejus generis; quandoquidem sine his vitam peragere erat concessum, at sine illis non recte; multoque esse præclarius bene vivere quam vivere solum, sine ulla controversia fatetur humanum genus universum. Sunt etenim leges et statuta suo corpori vita quædam, sicut anima suo; quippe sicut omnia membra, movente et regente anima, suum exercent ministerium, eaque cessante aut discedente opus relinquunt, ita leges et statuta unicuique membro aut sua tribuunt, aut adimunt officia. Ne igitur in longum protrahamus orationem, decrevimus quædam explicare statuta quibus hoc regatur corpusculum, quod antiquo nomine Collegium de Balliolo nuncupatur; nec supervacancam congeremus multitudinem, ne et ignorantia et oblivio subrepan, nec procedemus prolixè nimis aut obscure, sed succincte et trito stilo, ut delectet brevitatis, primo aspectu se offerat facilitas.

Advantages of laws and statutes.

De horum statutorum editionis causa, et conditorum auctoritate.

Verum ne quis existimet nos temere incitatos, nullaque auctoritate fretos, falces in alienam supposuisse messem, hujusmodi de nobis suspicionem refellemus facile, etsi causam et auctoritatem in medium proferamus. Non hæc edimus statuta quia nulla antea edita sunt; est etenim hæc editio quarta: sed quoniam huc usque quæ condita fuerunt, varietate hominum et temporum, ut pleraque humana, eo processere, ut quæ in initio conditoribus præferebant utilitatem et commoditatem, postea curriculis temporum damnum afferebant et incommoda maxima. Et, ne longius evagetur oratio, sed verbis astipuletur probatio, olim post mortem Johannis de Balliolo, felicitis memoriæ, domina Deverguilla, domina de Galawich, ejus relicta, Collegii de Balliolo pia fundatrix, quædam edidit statuta; sed postea processu temporum quidam Philippus Somervel, eques auratus, dominus de Wychnor, benefactor

Defects in former statutes.

Collegii prædicti, alia edidit statuta, quæ prioribus adeo adversabantur, ut inde inter Socios non modica oriretur contentio; ad quam omnino tollendam Reverendus in Christo pater Simon tunc episcopus Londinensis, virtute literarum ab Urbano papa sibi directarum, mutatis multis, additis nonnullis, nova inchoavit et consummavit: Quæ, in quibusdam observata articulis, neglecta in plurimis, tam diu valere, quoad Visitator quidam ex fumo exiguo eam excitavit flammam, quæ et Magistrum et Socios profugavit, Collegii bona profuse effudit, unumquodque a suo removit ordine, ut Collegii salus in ruinam perpetuam et supremum exitium esset ruitura, ni maturius quisquam salutiferas adhibuisset manus. Magister igitur et Scholares sive Socii Collegii, aulæ sive domus, de Balliolo, Universitatis Oxoniensis, Lincolnensis dioceseos, ad hoc extinguendum incendium elaborantes, a sanctissimo domino nostro domino Julio impetrarunt literas, nobis et Reverendo in Christo patri Carliolensi episcopo directas, quibus liceat nobis aut nostrum alteri ea condere statuta, quæ, abrogatis aliis, robur habeant et firmamentum, non a prioribus omnino recedentes, sed ea involventes, usi etiam prudentum consilio, inania et quæ erant contraria abrasimus, commodissima quoque congressimus, adjicientes quæ nobis visa fuerint commodiora, virtutis et doctrinæ incrementa inhiantes et optantes, errori delicto et ignaviæ, quantum possit humana fragilitas, occurrentes. Deus igitur, a quo omne bonum, penam dirigat; ut ea scribamur, quæ sibi placitura sunt, quæque sine conscientiæ offensa complere poterunt observatores. Rem itaque in nomine Domini aggrediamur.

Power from
Pope Julius
to enact
new sta-
tutes.

De hujus corpusculi in membra partitione.

Professi sumus corpus hujusmodi a naturali corpore haud esse dissimile, quod explanabimus magis si similia membra membris comparemus similibus. Integretur hoc corpusculum e Magistro, decem Sociis, quibusdam Scholasticis, paucisque ministris. Sit Magister caput in quo omnes vigeant sensus, videat clare, audiat discrete, odoret sagaciter, gustet moderate, tangat congrue et decenter: deinde post eum sit magister senior collum, duo decani duo humeri, duo sacerdotes (pro benefactoribus oraturi) duo latera, quæ spiritualia includant membra; sint brachia et manus duo thesaurarii, quos nostri appellant bur-sarios; sint reliqui Socii venter et femora, tibiæ scholastici; pedes ministri, ut discurrant illi, libris operam navent reliqui. Et ne aliquando laboret hoc corpus aut membrum aliquod ad desperationem præficiatur Visitator, qui morbo ingravescenti medicas apponat manus, eaque præstent concordia ut quod suum est quisque alii tribuat, non deneget manus cibum ori, nec claudatur os, ut non cætera alantur membra.

Members
of the Col-
lege and
their
duties.

De Magistri qualitate.

A Magistro ut a præcipuo membro, id est capite, exordien-
 dum duximus; quod si validum est et forte, validiora erunt
 reliqua membra, sin autem languescat, ut imbecille, cætera
 erunt debilia. Statuimus igitur ut Magister quadragenarius sit,
 aut saltem supra tricessimum annum, probis moribus, integra
 vita, fama inviolata. ordine sacerdotii constitutus, Magister
 saltem Artium in Universitate Oxoniensi, theologia doctus,
 cultui divino, virtuti et studio, deditus, horumque nutritor et
 incitator, in re familiari providus, in iis quæ ad externa et
 temporalia, ut proventus, redditus, ædificia, possessiones, loca-
 tiones, conductiones, jura, privilegia et cætera hujusmodi, atti-
 nent, peritus et expertus, ut veluti bonus paterfamilias quid
 bene, quidve male factum sit, facile decernat.

Age and
 qualifica-
 tions of the
 Master.

De auctoritate Magistri et officio.

Et quoniam caput cæteris præsidere membris oportet, mem-
 braque subesse, volumus huic Magistro reliquos, unumquemque
 suo ordine, Socios, Scholasticos, ministrosque, tanquam subditos
 et subjectos parere et obedire, ut eum timeant ut principem,
 colant ut patrem; ei in licitis sine murmuratione parentes;
 querelas, accusationes, discordias, si quæ ortæ fuerint, ad eum
 deferentes, ut discrete audiat, prudenter judicet, dissidium
 tollat, ad virtutem et bonos mores Sociorum et Scholasticorum
 advertat, incrementa studii quantum in se est, hortationibus,
 incitamentis, et, cum opus fuerit, increpationibus punitio-
 nisque ampliet et augeat. In criminibus autem quæ Collegii
 privationem exigant, aut quæ gravitatem a delicto vel a per-
 sona assument delinquentis, Decanum suum, unum Thesaurari-
 um, et duos alios seniores Socios a culpa immunes, sibi adesse
 et assentire volumus, ut perpensa gravitate respondeat punitio.
 In quo quidem officio eum perstare volumus, quamdiu se bene
 et morate gerat secundum statutorum ordinem, in nullumque
 notabile aut grave incidat crimen; qualia sunt usura, simonia,
 voluntarium homicidium, perjurium manifestum, incontinentia,
 bonorum Collegii superflua profusio, et cætera enormia; nec
 eum privari officio volumus sine Visitoris autoritate et con-
 sensu, nec ob beneficia quæ per privilegia apostolica obtinere
 poterit, dummodo ea perficiat, quæ nostra jubeant statuta.

His power
 and duties.

Cases of
 expulsion.

De ejusdem electione.

Et quoniam truncato capite jacet reliquum corpus informe
 et mutilum, statuimus ut Magistro, capite nostro, aut per
 mortem abscisso, aut aliam ob causam decedente, intra duos
 menses eligatur alius, citatione prius facta per duodecim dies a
 seniore Socio, quem volumus ubique interpretari secundum

Election of
 the Master.

Fellow to
be prefer-
red to a
stranger.

Mode of
voting in
the Elec-
tion.

gradum, in sacelli ostio affixa, ut Socii tunc absentes ad electionem convenire possint tertio decimo die. Idem senior, convocatis omnibus in sacellum, omnes et singulos hortetur, ut omni cæco favore excluso, sine patriæ et personæ fallaci affectione, eum eligant, quem dictante conscientia magis utilem, aptum et idoneum ad dictum Collegium intus forisque regendum, gubernandum ordinandumque, crediderint, et in quo omnes illas prædictas qualitates magis relucere perspexerint; eumque extraneo præferant, cæteris paribus, qui in dicto Collegio Socius nutritus et exercitatus fuerit, ut tanquam grata proles in matrem, id est Collegium, tanquam studiosus frater in fratres, id est Socios, et subditos, majorem exhibeat charitatem, majorem diligentiam, majorem industriam. Nec auferemus tamen a Visitatore et majore parte Sociorum, cæteris, uti diximus, paribus, potestatem eligendi extraneum, si id requirat commoditas. Postea quidem lectis prius a seniore Magistro capitulis de Magistri qualitate et electione Socios præsentés hujusmodi juramento astringi volumus; Ego N. hæc sacrosancta Dei evangelia tangens et inspiciens Deum testor, me hæc statuta jampridem coram omnibus lecta in nulla particula violaturum, sed illum in Magistrum nominaturum quem hæc statuta jam lecta significare et describere mea conscientia judicabit. Quod quidem juramentum præstent et alii quotquot sunt suffragaturi. Deinde dictus senior et alter secundum gradum post eum senior primo sua vota et suffragia præscribant secreto; deinde singulorum scrutentur vota, et scrutatos perscribere faciant sua suffragia, incipientes a minori Socio sic ascendendo, nullius nomen verbo, scripto, signo aut nutu exprimentes; quo facto statimque publicato scrutinio. ille pro electo habeatur in quem omnes aut major pars consenserint Sociorum; si autem dissenserint in nominando, nominetur aliquis ab uno solo, consentiat ille sic nominans in quendam alium ab aliis nominatum; sin vero sint plures a pluribus nominati descendat primo junior secundum gradum in numero pauciori ad aliquem alium expresse nominatum, et postea alius ejusdem numeri, et sic continue fiat descensus, quousque eligendus habeat majorem partem Sociorum. Et si contingat omnes nominatos æquales habere voces, descendat tunc junior Socio ad aliquem alium expressè nominatum; et sic continue fiat descensus secundum modum prædictum quousque eligendus habeat majorem partem suffragiorum.

De Magistri juramento et confirmatione.

Tametsi optimus quisque ad subeundam curam fideliterque exequendum officium sua sponte esset incitatus, ut tamen magis sit memor suæ salutis, omnem pellens negligentiam, ignorantiam et ignaviam, cum arctiori vinculo astringendum censemus. Volumus itaque ut electus quam primum commode poterit, priusquam officii executionem suscipiat vel quicquam

administret. una cum Socio ejusdem Collegii sacerdote, literisque formam electionis continentibus Collegii sigillo obsignatis, Visitatorem adeat, coramque eo ac notario et testibus hoc sancto, firmo et inviolando, in hunc modum se astringat juramento: Ego N. M. sive Custos Collegii de Balliolo Oxoniæ legitime electus, hoc sacrosanctum evangelium tangens et inspiciens, juro quod verus et fidelis ero Collegio de Balliolo, et tibi domino N. Visitatori et alii quicumque futurus est in hoc Collegio Visitator; in licitis omnibus et honestis ero obediens: Collegium prædictum, terras et tenementa, possessiones, redditus ecclesiasticos et sæculares, juraque, libertates et privilegia, ac bona quæcunque mobilia sive immobilia Collegii prædicti, bene et fideliter pro virili regam, custodiam, dirigam, defendam, administrabo et gubernabo, seu per alios regi, dirigi, custodiri, administrari et gubernari curabo; omnia et singula statuta ac ordinationes ejusdem Collegii de Balliolo, per reverendum in Christo patrem Richardum Wintoniensem episcopum autoritate apostolica edita, necnon ejusdem Collegii consuetudines eisdem statutis non contrarias, firmiter observabo et a Sociis, Scholasticis, cohabitatoribus, convictoribus, et famulis ejusdem Collegii, quantum in me fuerit, observari faciam, sicuti Deus me adjuvet et sancta Dei evangelia. Super cujus quidem juramenti præstatione publicum sibi tradi et fieri instrumentum per notarium prædictum faciet et obtinebit; obtentumque, in primo reditu suo ad Collegium prædictum, in capella ejusdem coram Sociis tunc præsentibus, publicari faciet, in archivis publicis postea in perpetuum remansurum.

The Master's oath.

De Magistri residentia.

In custode nihil esse præstabilius vigilante oculo satis est exploratum, ut virtutem, studia et benefacta. utilitatem Collegii aspiciens, probet et laudet, vitia autem, errores, torporem, ignorantiam, incommoda intuens, in initio emendet, dirigat, corrigat, ne alius radicem emittant: quod efficere non potest absens, visa etenim movent maxime. Quamobrem decernimus ut Magister dicti Collegii, quicumque fuerit, in eodem resideat continue, aut maxima ex parte si commode poterit. Sin autem id non poterit, aliis quam Collegii negotiis occupatus aut in suo sacerdotio residens, volumus saltem ut in quocunque anni termino actibus et exercitamentis scholasticis diffinito et assignato, per quadraginta continuos resideat dies, nisi, causa coram majore parte Sociorum tunc præsentium probata et postea per Visitatorem approbata, longius sibi ab eodem impetraverit spatium quo abesse poterit. Atque ipsis iisdem quadraginta diebus, si amplius in termino non valeat, ita residere volumus, non ut se recipiat ad quietem animi, ad relaxationem laborum, ad voluptatem corporis, sed adeo diligenter inspiciat singula, clare, limpide, ut tempus quo abfuerit compensare videatur: ut

Residence of the Master.

tamen ad laborem alliciatur facilius, volumus ut cum vacaverit sacerdotium aliquod ad donationem Collegii pertinens, offeratur primo Magistro ut præferatur aliis, ita tamen ut uno ex Collegii donatione sit contentus, et si unum ex Collegii donatione possideat, illud resignet, priusquam aliud ex ejusdem donatione recipiat.

De Magistri Vicario.

The Master's deputy during his absence.

Verum quoniam adesse Custos semper non poterit neque eum adeo stricte colligamus; ne tamen eo absente cætera languescant membra, ruantque in deterius intus forisque Collegii bona; decrevimus ut decedens quendam e tribus secundum gradum senioribus in suo loco substituatur, quem diligentius et fidelius suum gerere officium plane intellexerit: quem senioreni sic substitutum omnia et singula, bene, recte, et diligenter exequi volumus, quæ Magister præsens exequeretur, aliosque universos Socios, Scholasticos, ministros huic obedire: sin vero ita decedens nullum præfecerit, tunc senior secundum gradum Socius ejus suppleat vicem, cui et cæteri obedire teneantur.

De numero Sociorum.

Number of Fellows.

May be increased or diminished.

Capite, id est, Custode, suo loco et ordine disposito, ad reliqui corporis ordinem et dispositionem transeundum duximus, ut ex ordine totius singulorumque membrorum formosa delectet concordia. Et primo ad ipsa pervenimus solidiora membra, id est, Socios; quos licet in initio in ipsius corpusculi partitione denario complexi sumus numero, id tamen hoc in loco interpretamur, ut hoc numero jam contenti sumus, majorem tamen adendum esse decernentes, si et quando plures commode ex fructibus, redditibus et proventibus Collegii poterunt sustentari: sin autem decrescant vehementer et graviter redditus, secundum eam mensuram decrescere volumus et numerum; sed horum utrumque Visitatoris, Magistri triumque seniorum, judicio et conscientiis relinquimus.

De qualitate Sociorum.

Character and behaviour of Fellows.

Venustas omnis et spectabilis corporis pulchritudo ex decore progengeratur membrorum: cupientes itaque ornata membra, decernimus ut in hoc Collegio Socii qui in posterum eligentur sint, de legitimo thoro nati, bonis moribus præditi, modesti, sobrii, nullo crimine notabili irretiti vel infames, studiis et disciplinis dediti, nulli facultati dantes operam nisi logicæ, philosophiæ et theologiæ, prout gradus et status in Universitate postulabit; permittimus tamen theologis in magnis vacationibus jura canonica audire et ediscere; statuta et consuetudines observent, aut eadem violantes punitioni et correctioni, ut eadem caverent, se modeste et sine contentione et murmuratione subdant, concordiam servent, discordes ad concordiam reducant, in scholis

Universitatis legant, audiant, disputent, respondeant, ut eorum gradus postulabit. Disputationibus, lecturis in Universitate ad suum statum pertinentibus et ex quibus proficere possint, intersint; ad gradus suscipiendos secundum statuta et consuetudines Universitatis et Collegii se præparent; utilitati Collegii, in omnibus quibus poterunt, consulant.

De eligibilis et probandi circumstantiis.

Ut neque eligentes neque eligendus vanam excusent ignorantiam, apponentes quas inspiciant condiciones, statuimus ut omni patriæ aut personæ acceptatione, odio, affectione carnali, corruptione, favore, postpositis, eum nominent et eligant Socium qui in Artibus duntaxat Bacchalauriatus gradum suscepit; quem sciunt magis aptum et idoneum secundum has tres condiciones, videlicet magis pauperem, magis morigeratum, magis proficientem, vel talem in quo hæc tria crediderint saltem cumulatius invenire; eum vero ut ineligibilem respicientes qui ullum sacerdotium habet curatum, quique ex certa et perpetua exhibitione vel provisione, patrimonio, capella, cantaria vel præbenda, deductis sine fraude expensis, ultra quadraginta solidos annuatim expendere valeat. Illud præterea addimus ut nullum eligendus corrumpat munere, nullius utatur precibus aut literis; si vero literas hujusmodi a quocunque impetraverit aut ab alio impetratis (ipso conscio) usus fuerit, eo ipso ineligibilem esse decernimus. Hoc tamen adjicientes ut si quisquam e Collegii Scholasticis moribus et scientia æquari extraneo poterit, is in electione præponatur, etiam quamvis idem Scholasticus in Artibus Bacchalauriatus gradum non suscepit.

Qualifications for a Fellow.

Preference of scholars of the College.

De electione Socii probandi.

Quoniam amputato membro deforme redditur corpus, statuimus ut quoties a numero Sociorum a nobis definito desit unus pluresve, alium aliosve, prout res postulabit, substitui mandamus, ita ut intra quatrimum post divæ Katherinæ festum singulis annis, cum locus vacaverit ullus, celebretur electio, ut dies certus eligentes convocet: qua in electione hunc observari modum volumus, ut Magister sive ejus vicem gerens, ter, id est, singulis tribus diebus continuis dictum festum immediate sequentibus, semel convocet in sacellum Socios tunc præsentibus, lectisque statutis de Sociorum qualitate et circumstantiis eligibilis et electione Socii probandi, admoneat et hortetur ut, jurisjurandi in admissione positi memores, se ad electionem præparent; quarto autem die ad electionem procedatur, Magistro aut ejus vicem gerente senioreque Socio vota singulorum scrutantibus, incipiendo a se ipsis et deinde a juniore et cætera peragendo, ut in electione Magistri prædiximus. Quibus rite, juste et sine fraude peractis, pronuncietur electus in quem omnis majorve pars consenserint. Inter dissentientes autem quoad

Period and mode of election of a Fellow.

reducantur ad concordiam, observetur forma in electione Magistri, proviso semper, ut in numero suffragiorum Magistri suffragium pro duobus computetur.

De electi et probandi juramento.

Oath and
probation
of a Fellow
elect.

Cæterum ne fraus ulla latitet in electo sive eligendo quæ ignorantes facile occæcarent, statuimus ut electus statutum antecedens de eligibilis circumstantiis perlegat, juramentoque affirmet se conscientia pura et inviolata nulli ex eo particulæ quæ ad eum pertinebit adversari, sed a minima quaque tali particula esse immunem et liberum: hoc autem observandum adjicimus, ut electus quisque per integrum annum probetur; quo completo, per eosdem a quibus eligebatur et eodem modo aut admittatur vel repellatur. Volumus quoque ut electus juret se secreta Collegii non revelaturum, statuta eum concernentia observaturum, Visitatori et Magistro et superioribus obtemperaturum.

De electi et probati admissione.

His oath on
admission.

Quoniam sicuti rejicitur improbus jure, ita merito admittitur probus; ante ejus tamen admissionem hujusmodi juramento eum astringi volumus: Ego N. Socius Collegii de Balliolo legitime electus, hæc sacrosancta Dei evangelia tangens et inspiciens, juro me omnia statuta et ordinationes Collegii de Balliolo, edita per reverendum in Christo patrem Richardum Wintoniensem episcopum, ac consuetudines ejusdem Collegii prædictis statutis non contrarias, quatenus me concernunt, pro viribus meis firmiter observaturum, et quantum in me est ut ab aliis, Magistro, Consociis, Scholasticis observentur, elaboraturum; Visitatori et Magistro dicti Collegii, quicumque fuerint, in omnibus mandatis licitis canonicis et honestis obtemperaturum; secreta dicti Collegii, Magistri vel Socii ejusdem, quæ Collegio, Magistro vel Sociis, detrimentum aut infamiam inferre videantur, nisi illi illisve qui interesse habent, non publicaturum nec revelaturum; Collegio, Magistro aut Socio damnum vel malum ex proposito et industria non procuraturum; jura, possessiones, redditus, proventus, privilegia, dicti Collegii pro virili conservaturum et defensurum, et ut ad meliorem perveniant statum diligentem adhibiturum: et quamvis de Collegio decedam, quamcunque ob causam, nunquam tamen meum consilium, favorem, studium, operam, auxilium, si a me petantur, dicto Collegio negabo, sed fideliter et constanter præstabo, ejus negotia ut mea semper existimans: ac si fortasse aliquando contigerit me ob crimina et flagitia per Magistrum aut Visitatorem aut alium ad quem pertinebit punitio, corrigi, puniri, aut a dicto Collegio amoveri, nulla utar provocatione, appellatione, aut cujuscunque alterius juris civilis, canonici vel usitati, remedio, quibus in his scriptis in vim pacti expresse renuntio.

De Scholasticis.

Superioribus membris in suis collocatis locis, ad inferiora, uti cum his quadrent, descendemus; statuentes ut Magister et unusquisque Sociorum graduatorum singulos habeat Scholasticos sive servitores in sua receptione, decimum octavum ætatis non excedentes annum; qui, in plano cantu et grammatica eruditi satis, logicalibus diligentem et continuam dent operam, Magistro aut ejus vicem gerenti obediant, Sociis in mensa ministrent, et de reliquiis mensæ Magistri et Sociorum vivant, erga Socios honeste se gerant, habitu et tonsura, prout clericos decet, utantur. Insuper pellicis propriis in choro, cum Magistro et Sociis, in divinis officiis modeste, devote et suppliciter, deserviant: quos, si virtus, modestia, in studio profectus et in iisdem augmenti spes, Magistro et Sociis clarescant, ut cum extraneis in electione Sociorum probandorum æquari poterint, præferri volumus et mandamus. Sin vero tanquam furus aliena devoret, nihil proficiens aut parum, in aliquo se inquinat delicto quod assuetudine futurum est crimen, ante a Magistro aut ejus vicario cum suo Decano monitus, tertio offendens expellatur. Ac in horum Scholasticorum loco vacante, volumus ut, a Socio cui serviturus est coram Magistro et duobus senioribus præsentatus, si dignus inveniatur admittatur, posito juramento ut non revelet secreta, non dissipet bona Collegii, statuta eum concernentia observet: hoc adjicientes, ut vicesimum quartum complens annum eum locum amplius occupare non præsumat: neque volumus eorum Magistros eos ita in Universitate vel extra exercere et opprimere negotiis, ut eorum impediatur studium.

Studies and
behaviour
of the
Scholars.

Right of
presenting
to a
Vacancy.

De cultu Dei.

Divisuri jam membrorum officia, neque enim ordinem membrorum sequi volumus, a divino cultu divinisque officiis exordium duximus, ut, his rite et decenter peractis, feliciter succedant reliqua. Statuimus igitur ut singulis diebus Dominicis et festis, Magister, Socii et Scholastici, in propriis superpellicis et capicis secundum suum gradum, intersint matutinis cum suis laudibus, missæ et vespers et completorio, cum invicem plano saltem cantu pro numero devote et solemniter celebrantes; ingredienti chorum ad matutinas ante primum hymnum ad officium missæ, ante inceptionem Gloria Patri, vel eo non dicto ante collectam ad vespertina officia ante finem primi psalmi, ad exitum permansuri: quod si minus fecerint, Socios, honesta causa non impediante coram Magistro et tribus senioribus approbata, ob negligentiam aut contemptum pœna duorum denariorum Scholasticos, verberibus aliave ex arbitrio Magistri et sui Decani, puniendos censemus: nec liceat cuiquam Sociorum aut Scholasticorum a prædictis officiis vel eorum aliquo abesse, nisi honesta probata causa, et potestate petita et ob-

Religious
offices.

Mass of the
Virgin.

tenta, aut causa saltem approbata coram Magistro et duobus aliis senioribus et suo Decano, qua probatione si succumbat, pœna graviore quam paulo supra mulctandum decernimus. Et sit executor officii unus Sociorum sacerdotum per vices, incipiente seniore; in festis vero principalibus et majoribus duplicibus Magister si præsens fuerit, alioquin ejus vicarius, divinum exequatur officium. Statuimus præterea in singulis septimanis, in Sabbato aliove die quo visum fuerit Magistro aut ejus vicem gerenti commodius, Magister, Socii et Scholastici, superpellicis induti, missam de beata Maria Virgine decantent inter se, exequatore officii per Magistrum aut ejus vicarium assignato, quam quidem missam celebrans piis animabus Philippi Sommerwell suæque conjugis orare teneatur. Decernimus etiam ut prædicti omnes eodem ornatu omni sexta feria in sacello intersint, hanc antiphonam, "Beata es regina cælorum," quinta in vespera decantantes. A quibus missa et antiphona absentes, quotiescunque contigerit, mulctandos censemus, Socium videlicet duobus denariis, Scholasticum verberibus aliave pœna ex Magistri vicariive et sui Decani prudentia, nisi antea ab iisdem fuerit impetrata potestas, aut causa acciderit honesta coram Magistro et duobus senioribus ac suo Decano approbanda. Illud propterea adjicimus ut omni sexta feria cantata antiphona "Beata es regina cælorum," a minori Socio, statim recitentur nomina fundatorum ab initio et benefactorum viventium et mortuorum, nec omittatur nomen Visitoris tunc instantis, dicaturque pro vivis psalmus "Deus misereatur," nonnisi cum versiculo et collecta consuetis: pro defunctis autem psalmus "De profundis," cum precibus consuetis et collecta "Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animas fundatorum, benefactorum, Visitoris et ejusvis fidelium defunctorum," etc.; nec omittantur exequiæ, cum missis ad quas se obligaverunt pro fundatoribus aliisque benefactoribus certis diebus celebrandis.

Prayers for
Benefactors.

De duobus Sociis sacerdotibus.

Two of the
Fellows to
be priests.

Ne hujus Collegii fundatorum et aliorum benefactorum videamur immemores, injuste ab iis auferentes quas et optarunt et meruerunt preces; statuimus ut ex dictis Sociis sint duo sacerdotes ad hoc officium designati, quorum alter vicissim, ut inter se convenerint, quotidie celebret missam, vel ad celebrandum se disponat et præparet pro animabus domini Johannis de Balliolo et dominæ Deworguillæ de Balliolo piæ fundatrici ejusdem domus: et dominæ Elæ Longæ Spei pro cujus anima in duplicibus festis dicatur canteturve hæc collecta "Quæsumus Domine," cum duabus adjunctis; alter vero pro animabus Philippi Sommerwill et Margaritæ sponsæ ejus, magistri domini [Richardi] Humsingore, domini Willielmi de Helton, magistri Hugonis de Wienna, ac aliorum dicti Collegii bene-

factorum. Quos dictos Socios nullo alio labore, onere, officio vel emolumento a cæteris Sociis distinctos esse volumus; hoc adjicientes ut quoties utrorumque aut alterius locus vacaverit, eligatur alius sacerdos, secundum formam et modum de electione Sociorum prædicta, proviso semper ut intra mensem eligatur alius in locum decedentis.

De duobus Decanis.

Ut validius sit corpus firmissimum sustentetur caput duos præponimus humeros, id est, duos Decanos, qui festo divi Lucae aut intra triduum eligantur: eritque eorum officium Sociorum, Scholasticorum doctrinæ providere, virtutis et studii incrementa augere, Magistro aut ejus vicario in correctionibus vel puniti-
Duties of the two Deans.
 onibus assistere, et quandoque sua autoritate, ut res et tempus postulabunt, corrigere et punire. Sed ut in quibusdam eorum discernantur officia, volumus ut eorum senior Biblio-
The senior.
 thecæ præponatur diligenterque advertat ut claudantur libri et quantum possit tractentur pure et decenter, obseretur ostium, non intrent hospites et extranei, nisi inducti a Magistro aut aliquo Socio qui pro iis rationem est relaturus, disputationibus logicalibus in feria quarta faciendis quantum ad initium, finem, ordinem et tempus, præsit, negligentiam disputantium coarguat, cæteraque peragat quibus alantur virtus et doctrina. Quo
The second Dean.
 absente, succedat in ejus locum et auctoritatem Decanus secundus, cui officium privatum erit Sacello et ejus curæ præesse, ut ostium seretur, sacratæ vestes, libri, vasa et alia ornamenta ad divinum assignata ministerium, in tuto collocentur; quæ omnia a Magistro tribusque senioribus Sociis per syngrapham id est indenturam assumat, de iisdem intra divi Lucae triduum rationem redditurus priusquam officio se exonerat, uti intelligatur qui sit eorum status; absentes aut tarde aut segniter ad divina officia accedentes notet, Magistroque aut ejus vicario denuntiet si Socii fuerint, Scholasticos vero omni die Sabbati verberibus aliave pœna ex suo arbitrio puniat.

De disceptationibus et exercitamentis scholasticis.

Post virtutem bonosque mores nihil esse magis jure expetendum quam scientiam assentit ratio, fatetur hominum universitas, nihilque doctrinam tantum alit et nutrit quantum exercitatio: statuimus igitur ut unusquisque in his quibus incumbit se exerceat, ac disciplinis hoc est logica et philosophia tanquam ancillis, et theologia quæ recte domina nuncupatur; fiant ergo
Disputations to be held twice a week.
 bis in singulis hebdomadis in integro termino disputationes, viz. in feria quarta et Sabbato, præterquam in Quadragesima, qua solum in Sabbatis disputetur, incipiendo quolibet anno primo die Mercurii vel sabbati, postquam magistri lecturas inchoarint ordinarias, inclusive, continuando usque ad diem cessationis ipsius termini exclusive; et si ipsa feria quarta aut Sabbato inceperint

eodem die disputationes esse volumus. Verum in magna vacatione fiat solum disputatio in die Sabbati usque ad vigiliam Nativitatis beatæ Mariæ exclusive, quod sic intelligi volumus ut in Sabbato quo ceciderit illa solemnitas nulla fiat disputatio. Ac in omni disceptatione quæstionem cum articulis per triduum ante disceptationem in aula publice proponi volumus, ut unusquisque accedat paratior; mandantes insuper, ut omnes et singulæ disceptationes cum omni fiant modestia, sine rumore, sine contentione vana; quæ si exorta fuerit, coerceatur et reprehendatur a Magistro aut ejus vicario aut suo Decano delinquens. Verum ne qua oriatur dissensio modum præferemus et ordinem; statuentes, ut in Sabbato quæstionem philosophicam in tres articulis divisam inter se studiose disputent omnes Socii, Doctoribus et Bacchalaureis theologiæ et Bacchalaureis qui determinaturi sunt exceptis; ita ut vicissim seniores opponant descendendo, respondeant juniores ascendendo. Volumus autem astringere Magistros Artium ut respondeant, si præsentés sint, Bachalarei sed ut opponant. Ac his disputationibus omnes Socios interesse volumus, nisi potestate a Magistro aut ejus vicario impetrata, aut causa honesta coram Magistro et tribus senioribus approbanda. His disputationibus quantum ad initium, finem, ordinem et tempus, absente Magistro aut ejus vicario, præsit senior quicumque fuerit; absentem autem, aut in suis disceptationibus minus diligentem remissum nimis, communis unius septimanæ mulctet. In disputationibus vero diebus Mercurialibus faciendis, quantum ad incipiendi et cessandi tempus observetur ordo prædictus; in his disputetur problema logicale incipiente seniore Bacchalaureo, aliis vicissim sequentibus; respondens autem assignetur per Magistrum aut ejus vicarium si adsint, aut per eorum Decanum qui his præesse habet. His disputationibus interesse volumus Bacchalaureos et Scholasticos qui logicam inchoarunt, Magistrosque qui gubernationem publicam, id est, regentiam, non compleverint, quos etiam opponere non respondere volumus; si vero Bacchalaurei binarium non excedant numerum, neque adsint Scholastici qui eruditi satis Bacchalaureis respondere valeant, vel si nulli fuerint Bacchalaurei in domo, hanc disputationem relaxandam fer duximus; in quibus delinquens ut paulo superius notavimus puniatur. Verum quoties determinatores adessee contigerit binarium excedentes numerum, ante Michaelia gradum suscipientes, eos nostra auctoritate astringimus, ut bis in hebdomada, viz. feria tertia et quinta, sua disputent problemata eodem modo quo sunt determinaturi, incipiendo in initio termini post Michaelia, continuando quamdiu fuerit terminus, ad diem Jovis ante Quinquagesimam; si vero solum duo fuerint aut unus solus, arctare eos nolimus, ut ante initium termini post Natalem Dominicum incipiant. In his disputationibus respondeant Scholastici vicissim aut per suum Decanum assignati. Neque eos qui saltem aggressi

Mode of
conducting
the Satur-
day dispu-
tations in
Philoso-
phy.

The Wed-
nesday dis-
putations
in Logic.

sunt logicam neque Bacchalaureos sine Magistri et sui Decani potestate abesse volumus: absentes autem, siquidem Bacchalaurei sint, vel minus diligentes, vel nimis remissos, communis unius septimanæ mulctandos, Scholasticos vero verberibus aliave pœna ex sui Decani arbitrio corrigendos adjudicamus.

De disceptatione in theologia.

Ne laborantibus ancillis, id est, logica et philosophia, torpescat domina theologia, decernimus ut si tres Socii theologi pluresve in Collegio fuerint qui integrum annum in ea doctrina consumpserint, semel in hebdomada pleni termini aut saltem semel in duabus hebdomadibus in die Veneris inter se disputent, seniore opponente, respondente juniore; Bacchalaureos autem in ea facultate ut opponant astringere volumus, non ut respondeant. Theologos omnes his interesse volumus; regimen autem quantum ad initium, finem, modum, ordinem et tempus, seniori theologo mandamus.

Disputations in Theology.

De Thesaurariorum officiis.

Thesaurarios brachiis et manibus recte comparavimus, quoniam in labore et negotiis intus et foris versantur semper. Quocirca statuimus ut torpescant parum sed opere vigilent; ad Collegii emolumenta advertant; sua cuique ut statuta caverint partiantur; quæ ad victum attinent curent; terras, ædificia, possessiones cum summa industria disponant et ordinent; claves cistarum in thesaurario apud se custodiant, duas ex tribus clavibus de ostio thesaurarii et totidem de cistis in eodem collatis apud se retineant, tertia vero de dictis ostio et cistis apud Magistrum aut ejus vicarium remanente; reparaciones in tempore opportuno faciant magna providentia nisi repentinus acciderit casus; pecuniam, redditus, proventus et reliqua Collegii bona recipiant et exponant, rationem de utrisque juste et fideliter relaturi, nihil sibi asservantes, non sua lucra sed Collegii affectantes; curam et custodiam habeant de pecuniis superioribus annis et temporibus relictis; locationes pro suo duntaxat anno faciant; et si Magister ullusve Socius in eorum absentia aliove casu pecuniam ullam e Collegii redditibus accepit, eam quam primum poterit commode Thesaurariis reddat, neque apud se diem integrum retineat post quam eis reddendi commodum dabitur tempus.

Duties of the Treasurers or Bursars.

De ratione reddenda.

Ut cunctis liquido et manifeste appareat qui sit Collegii status et in re familiari et externa, statuimus ut in duobus anni temporibus, viz. in festo S. Lucae evangelistæ et in sexto die Julii aut intra triduum, convocatis Magistro aut ejus vicario et Sociis præsentibus, rationem reddant thesaurarii quæ ab eis recepta fuerunt, quæque ab eis exposita diligenti examina-

To render an account twice a year.

tione Magistri et Sociorum præponentes, ut sic eorum aut laudetur diligentia, donenturque ex eis quæ relicta fuerint ex eorum industria VI^s VIII^d, aut eorum palam arguatur ignavia et negligentia; neque ab his, quæ Magistro aut ejus vicario et majori parti Sociorum visa erunt superflua et temere et inconsiderate gesta, eos exonerare volumus.

De emolumentis et stipendiis.

Of commons.

Cum nihil magis invitat ad laborem quam merces et præmiun, statuimus ut Magister et Socii qui præsentés fuerint convictum, quas communas appellant, ex Collegii recipiant sumptibus, ita tamen ut in hebdomada communæ sedecem denariorum non excedant summam. Thesaurarii, id est Bursarii, deductis ministrorum communis ad eam summam quam prope valeant accedant; in septimanis vero Natalis Domini, Epiphaniæ, Quinquagesimæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, et Assumptionis beatæ Mariæ, et beatæ Katherinæ, viginti concedimus denarios. Permittimus tamen ut in divæ Katherinæ solemnitate, ob præcones aliosque ad dicti Collegii decus invitatos, ultra communas viginti denariorum, expendant tres decem solidos et quatuor denarios. Ministrorum communis modum exhibentes, statuimus ne in hebdomada octo excedant denarios, aut decem quando Socii excedunt sedecem. Adjicimus præterea ut in die S. Lucæ ante officia vespertina, aut intra triduum, a thesaurariis id est Bursariis Magister et Socii, quotquot Magistri fuerint, pro annuis salariis viginti solidos et octo denarios excipiant, singuli autem Bacchalaurei decem et octo solidos cum duobus denariis: verum ut Magister et Socii excitentur magis ad gradus susceptionem, neve desistant ob paupertatem, concedimus ut determinator anno quo determinet dono recipiat a Collegio quatuor solidos; inceptor in artibus unam quam nostri appellant marcham; Bacchalaureus in theologia cum aggreditur lecturam Magistri Sententiarum viginti solidos; Professor theologiæ in sua inceptioe duas marchas. Et quoniam de suscipientibus gradus mentionem fecimus, prohibemus hic onerosas et sumptuosas expensas, nisi potestate a Magistro et majori parte Sociorum impetrata; sumptuosas interpretantes cum determinator decem solidos, inceptor in artibus viginti, Bacchalaureus in theologia triginta, Professor quadraginta, in communis assuetis excedant.

Annual salaries.

Prohibition of excessive expense.

De emolumentis in infirmitatibus.

Commons and salary continued in sickness.

Et ne afflictio addatur afflicto, non omittendum duximus ut si Magister Sociusve aliquis in gravem aliquam ægritudinem morbumve incurabilem inciderit, et communas et salarium percipiat ut Socius; si vero hujusmodi sit morbus ut intra Collegium honeste, jure et quiete, sine aliorum turba et infectione,

vitam agere nequeat, ex Collegio recedat, et alium sibi manendi locum provideat, communas et salarium nihilominus integre percepturus.

De officialium electione.

Ne quisquam sibi officium invitis aliis usurpet aut ex sua libidine rejiciat, statuimus ut in festo S. Lucae evangelistae aut intra triduum, coram Magistro et omnibus Sociis tunc praesentibus, cedant officiis superioris anni officarii omnes, et eligantur novi vel iidem si videantur Magistro et eligentibus magis apti et idonei, viz. duo thesaurarii id est Bursarii, duo Decani, servatis in his eligendis modo et forma in Sociorum electione praescriptis; proviso semper ut in suffragiorum aequalitate praerferatur Magister; nec quemquam sic electum obstare aut contradicere volumus, sed cum modestia et sine murmuratione admittere officium et exercere, nisi causa honesta et rationabili coram Magistro et majori parte Sociorum approbata ab eo decedere concedatur. Quod idem in quocunque negotio Collegii perficiendo observandum praecipimus et mandamus: si vero contingat quemquam ex justa causa approbata vel approbanda, aut morte aut discessu a Collegio, officium ante anni exitum deponere, convocatis omnibus Sociis domi existentibus, alius in ejus locum electus substituatur, ejus vicem usque ad finem illius anni gesturus.

Of the retirement and election of officers.

De conversatione honesta.

Qualis est chordarum in cithara congrue sonantium concentus, talis esse debet vita clericorum et conversatio; statuimus igitur ut intus forisque honeste se Socii gerant, Magistrum nullumve Sociorum voluntarie aut ex industria dicto seu facto ad iram provocent; discordantes ad concordiam aut per se aut per alios reducant; factiones, dissensiones, contentiones discordiarum seminatrices evitent; virtuti et libris incumbant; alios ad hoc idem incitent, et qua ratione possunt juvent. In aula et mensa honeste sine clamore et immoderato risu se gerant; Scripturam Sacram, dum legatur, diligenter audientes, fabulas et inania vitantes, de his inter se conferentes quae virtutem et doctrinam nutriant; Latino sermone utentes solum, nisi ad eum dirigatur sermo qui Latinae linguae est ignarus. Permittimus tamen Magistrum aut ejus vicarium in solemnitatibus concedere libertatem ut nostra vernacula utantur lingua; delinquens autem quotiescunque coram Magistro et suo Decano convictus fuerit, quadrante mulctetur. Verum ut foris adsit decor, incequant Socii omnes induti suis habitibus ad disputationes, lecturas ordinarias, et ad sermones solennes qui solent fieri in aede beatae Mariae Virginis et ad aedem divi Petri orientalem in Quadragesima; contententes, deficiente honesta causa probata aut probanda coram Magistro aut ejus vicario, suo Decano et uno Thesaurario, et de eodem coram eis convictos, unius septi-

Of conduct of Fellows.

Use of Latin language.

Against contentions.

Against the introduction of guests.

manæ communis mulctandos decernimus. Propinquos vero et hospites non inducant, qui studentibus sunt impedimento aut Collegii incommodo; quod si fecerint pensata gravitate delicti a Magistro aut ejus vicario, suo Decano et uno Thesaurario, per communarum subtractionem puniantur.

De lectione Bibliæ.

The Bible to be read during dinner.

Præclare statuerunt majores nostri ut ad mensam inter prandendum portio aliqua Scripturæ Sacræ vel ecclesiæ doctoris legatur palam, ut pascantur simul et aures, facileque occurrat de quo fiat sermo, ne ad fabulas et inania perveniatur; statuiamus igitur ut Scholastici vicissim per hebdomadas singulis diebus caput unum Bibliæ perlegant.

De lectione statutorum.

The statutes to be read publicly twice a year.

Ne in institutis aliqua excusetur ignorantia et oblivio, mandamus ut bis in anno, viz. in festo divi Lucae, et translationis divi Thomæ Cantuariensis, aut intra triduum, præsentibus Magistro, Sociis et Scholasticis tunc in Universitate existentibus, publice legantur statuta per Magistrum aut ejus vicarium, et audiantur cum silentio: intelligantur clare, pure, liquide, in grammaticali sensu, sine fraude, dolo, fallaciis, sine argutiis, sine circuitione; et ita explanentur, interpretentur et exponantur ut verborum significata et sententia magis congruere videantur.

De Sociorum et Scholasticorum residentia.

Residence of Fellows and Scholars.

Ne membrum diutius quotidiano privatum alimento torpescat difficiliusque ad ornatum corporis coalescat, statuiamus ut Socii nostri Collegii in eodem continue resideant præterquam octo in singulis annis septimanis, amputando septimanas et dies conjunctas vel interruptas; quas quidem octo septimanas extra terminos illis concedimus; infra vero terminos nullum absentiae tempus eis annuimus nisi causa honesta probata aut probanda coram Magistro aut ejus vicario duobusque senioribus; non numerando in prædictis octo septimanis tempus quod in negotiis fortasse Collegii sunt assumpturi, tales enim absentes esse non dicimus. Attamen, consumptis his diebus, urgente gravi et honesta causa coram Magistro et tribus senioribus approbata, amplius spatium secundum causæ qualitatem ex eorum conscientiiis non denegamus. Volumus tamen ut absens, quam primum poterit, consideratis loci distantiiis aliisque circumstantiis necessariis de impedimento redeundi, Magistrum ejusque vicarium et Socios faciat certiores uti planius intelligatur quid de eo sit actum, juste aut injuste abfuerit. Neque liceat cuiquam Socio aut Scholastico discedere, priusquam causam sui discessus tempusque redeundi quantum conjecturare potest ostendat Magistro aut ejus vicario, alteri Thesaurarium

Cases of absence.

suoque Decano, quos, audita causa itineris, in licentia danda difficiles esse nolumus; concedimus autem Scholasticis triginta dies extra terminos, secundum modum prædictum de Sociis. Cæterum ne, ut plerumque fit, pestifera sævientie tempestate silescent Musæ, aut sterilescent studium et doctrina, metu et periculo dominantibus, statuimus ut quoties et quando pestem in Universitate adeo invalescere contigerit quod Scholastici absque manifesto vitæ suæ periculo in eadem permanere non poterunt, liceat tunc et toties Magistro, Sociis et Scholasticis prædictis, causa per Magistrum et majorem partem Sociorum approbata, inde rus discedere, et in aliquem locum clementioris aeris, ultra XII miliaria ab Universitate non distantem, se conferre, et in eo donec et quousque pestis hujusmodi cessaverit cohabitare et convivere; literis, studiis et disputationibus, non minus illic operam dantes, quam in Universitate facere tenebantur; proviso semper quod solitas communas non excedant, et curæ Collegii debite provideatur, et Fundatores missis suis non defraudentur. Illud præterea hic inserendum duximus, ut in hac societate Socio permanere liceat quamdiu se bene grat, in nullumve notabile incidat crimen; ut supra titulo de autoritate Magistri. Si vero ex patrimonio, hæreditate, perpetuave pensione vel portione, præbenda, beneficio ecclesiastico curato aut non curato, aut dignitate, eum supra centum solidos, deductis sine fraude expensis, contigerit annuatim expendere, a societate statim decedere volumus, post annum, quem ei delibendum concedimus.

Provision
for cases of
pestilence.

An income
of 100 shil-
lings occa-
sions loss of
fellowship.

De gradus in Universitate susceptione.

Cupientes fructus non immaturos sed maturitatem expectantes, statuimus ut nullus Socius primo anno suæ electionis ad Collegium, neque ante finem quarti anni post suam determinationem ad incipiendum in Artibus, uti privilegio et dispensatione Universitatis præsumat, nisi ex causa legitima coram Magistro et tribus senioribus Sociis et ejus Decano approbata: completo autem quarto anno, aut minori tempore per dispensationem Collegii obtento, Magister aut ejus vicarius, alio seniore sibi adjuncto, omnes Socios Magistros vinculo juramenti Collegii præstiti astringant, ut secreto dicant si, conscientia dictante, hujusmodi Bacchalaureum aptum et idoneum tam moribus quam scientia judicent, ut ad gradum provehatur Magistratus, provehaturque ille solum cui major pars assenserit Magistrorum. In æqualitate autem præferatur Magister, nec ante hujusmodi in domo approbationem admitti in Universitate præsumat, si ulla in Collegio emolumenta posthac habere cupiat.

Of taking a
degree in
the Univer-
sity.

De promotione ad sacerdotium.

Ne frigescat fervida in Deum charitas abscondaturve talentum traditum, statuimus ut Socii hujus Collegii intra quatuor

Fellows to
take
priest's
orders.

Not to do
duty out of
the Col-
lege.

annos post Magistratus gradus susceptionem ordine sacerdotali constituentur, nisi occurrente impedimento legitimo per Magistrum et tres seniores approbato ; prohibemusque omnibus sacerdotibus ejusdem Collegii ne in ecclesiis parochialibus, earumve capellis, aliisve locis quibuscunque sive intra Universitatem sive extra, rectorum vel curatorum vices gerant vel exerceant, nec pro anima defuncti aut salute vivi pro salario extra Collegium celebrare præsumant, temporibus quibus a Collegio abesse liceat duntaxat exceptis.

De improborum correctione.

Punish-
ment of
offences.

Sicuti cavendum est ne irrepat culpa, ita non minus vigilandum est ne perpetrata relinquatur impunita. Statuimus igitur ut peccata levia et quotidiana in his statutis a nobis non mulctata a Magistro aut ejus vicario cum suo Decano moderate et prudenter corrigantur, et si possint extirpentur ; gravia autem et publica scandalum aut infamiam inducentia, ut infra in capitulo sequenti, Magistro aut ejus vicario, cum suo Decano, uno Thesaurario duobusque senioribus a culpa immunibus, offensa gravitate sagacitate perpensata, punienda relinquimus.

De quibusdam gravibus vetitis.

No mem-
ber of the
college to
enter ta-
verns.

Crimes to
be punish-
ed with
expulsion.

Mean occu-
pations and
diversions.

Solet venenum semel imbibitum latius ad corporis perniciem diffundi : volentes igitur huic malo in initio occurrere adjiciendo pœnas, mandamus ut nullus in hoc Collegio inhabitans intret tabernas publicas vini aut cerevisiæ extra comitatum nobilium extrancorum, hoc est, talium quibus honeste et commode obsequium et præsentiam denegare non licet ; in quo delinquens toties quoties amittat communas et cætera Collegii commoda tam spiritualia quam temporalia ad mensem. Gerens autem arma intra limites Universitatis invasiva vel defensiva, publicæ vel occulte die aut nocte, nisi exeundo aut revertendo ab Universitate, aut causa recreationis cum arcu et sagittis, et de his convictus fuerit coram Magistro aut ejus vicario, suo Decano, uno Thesaurario duobusque aliis senioribus Sociis a culpa immunibus, ejiciatur a Collegio. Si quis præterea homicidium irregularitatem inducens, perjurium manifestum et voluntarium, simoniam, fornicationem, adulterium, incontinentiam, furtum, rebellionem in Magistrum aut ejus vicarium, aut ad quem ex statuto pertinebit punitio, si cætera enormia his similia vel majora commiserit, eadem pœna qua gerens arma, si convictus fuerit, puniatur. Prohibemus etiam ne quis ullo loco aut tempore loca frequentet inhonesta aut suspecta ; negotiationes aut commercia clericis interdicta exerceat ; assidua crapula et ebrietate crebra se non ingurgitet ; injuriisque agendis aut conviciis opprobriosis ne quemquam exagitet aut vexet ; ludis inhonestis aut prohibitis aut vitium incitantibus, aut doctrinam impudentibus et contentionem provocantibus, non intersit ; histrio-

nibus et jaculatoribus se non immisceat : quibus sic a nobis prohibitis aut similibus aliis majoribus si deliquerit, bis admonitus a Magistro aut ejus vicemgerente cum suo Decano, tertio offendens expellatur. Si autem bonis moribus, studio et doctrinæ, artibus scholasticis et cæteris quibus proficiat ad Dei laudem et Collegii honorem non adhibuerit diligentiam, moneatur primo, deinde secundum delinquens careat communis ex arbitrio Magistri, ejus vicarii, et sui Decani; et sic tertio et quarto; sin vero dictis pœnis post quartam punitionem non se emendet et velut incorrigibilis et quasi sine remedio perstiterit, a Magistro aut ejus vicario, suo Decano, uno Thesaurario aliisque duobus senioribus a Collegio excludatur.

De locationibus et alienationibus.

Ne terræ, domus, aliæve possessiones incautius tractentur, mandamus ut nihil ad Collegium pertinens locetur aut dimitatur (ut aiunt) ad firmam ad viginti annos et ultra sine consensu Magistri et omnium Sociorum; pro terminis vero minoribus, ut intra decem annos, sufficiat consensus Magistri et omnium Sociorum; pro uno requiratur Thesaurariorum solum consensus; in alienationibus vero perpetuis consulatur Visitator, consentiant Magister Sociique omnes.

Leasing of lands.

De cubiculis et hortis

Minima quandoque offensa radix est discordiæ maximæ cum ægre ferat quis alterius prælationem : huic igitur occurrentes, decernimus ut cubicula et horti ex arbitrio Magistri, aut, coabsente, ejus vicarii et duorum Sociorum disponantur, neque ægre ferant Socii præponi extraneos cohabitatores, qui pretio et voluptatem et prælationem sunt empturi, cum id sine eorum aliqua commoditate fieri nequeat.

Allotment of chambers and gardens.

De famulis.

Claudicante pede reliquum corpus deformius et debilius sustentatur, volumus igitur ut in hoc corpusculo pedes, id est, famuli, recto incedant passu, hoc est, bonis sint præditi moribus, matureque et diligenter in suis percurrant ministeriis. Famulus quidem Magistro deserviens nihil amplius percipiat de Collegio unam duntaxat marcham. Dispensator sive Mancipium omnia quæ ad victum pertinent ex Thesaurariorum mandato provideat, provisâ honeste, caute et fideliter, dividat, et ne qua fiat superflua profusio advertat. In penario quandam sub se ex Magistri ejusve vicarii et Thesaurariorum consensu substituat, qui portas claudat et aperiat, Magistro, Sociis et Scholasticis aliisque cohabitantibus, quoties opportunum fuerit diligenter ministret. In culina vero sit honestus coquus, providus et sagax, qui, rationabili causa non impediente, cibus emendis

Of the servants.

Their salaries. intersit, eosdem salubriter præparet, nimio parcat sumptui; sub se habeat pauperulum quendam et indigentem, qui ad ignem convolvat veru: horum salarium Magistri aut ejus vicarii, Thesaurariorumque, prudentiæ committimus.

De portis claudendis et aperiendis.

Against passing the night out of chambers.

Excunt animalia quæque ad opus redeuntia suo tempore: ut igitur tollatur omnis dissensionis occasio, statuimus ut nullus Socius aut Scholasticus in oppido, aut in Collegio nisi in suo cubiculo intra Collegium, pernocket, neque intra tria miliaria ab eodem oppido distantia, sine potestate a Magistro suove vicario impetrata, aut honesta causa urgente, coram eodem Magistro ejusve vicario duobusque senioribus approbanda; neque alia via in Collegium nisi per portas ingrediatur; in quibus vel eorum aliquo quoties Socius vincatur, pœna duodecim denariorum mulctetur, Scholasticus autem verberibus aliave pœna ex arbitrio Magistri, ejus vicarii sui que Decani, corrigatur. Claudantur et obserentur singulæ portæ singulis noctibus, æstate, viz. a Resurrectione Dominica ad Michaelia hora nona, hieme a festo S. Michaelis ad Pascha hora octava: quibus clausis tradantur claves Magistro aut ejus vicario, quæ in ejus permaneant custodia ad apertionem matutinam, quæ fiat hora temporis anni convenienti et opportuna; neque semel clausæ aperiantur nisi urgente honesta causa, a Magistro aut ejus vicario approbata.

Hours for closing the gates.

De extraneis ad convictum et cohabitationem recipiendis.

Strangers to bind themselves to observe the statutes like Fellows.

Ne ex diversa consuetudine aut morbo aliquo vitium aliquod aut infectio in nostro oriatur corpore aut membris, statuimus ut extranei qui non sunt de corpore, ad cohabitandum ex consensu Magistri sive vicarii et majore parte Sociorum admissi, se in probitate vitæ, in honesta conversatione, in aula, in mensa, in sacello, in disputationibus, intrinsecis consuetudinibus Collegii, statutorum observatione, quantum eorum statum concernere poterunt, Sociis ad statuta et consuetudines obligatis similes se reddant et re comprobent, logicæ, philosophiæ aut theologiæ, summa diligentia operam dantes; nisi fortasse aliquis dignitate constitutus, aut filius alicujus nobilis viri apud illos consistens, juri civili aut canonico aliive scientiæ sæculari deditus, in cubiculo suo se exerceat, in aula, mensa, aliisque communibus locis ab eorum moribus et consuetudinibus non dissentiens. Et ut hoc nostrum observetur statutum, volumus, ut in prima admissione coram Magistro ejusve vicario Sociisque præsentibus, lecto hoc statuto, admittendus, dextra posita in manu Magistri aut ejus vicarii, firmiter det fidem et promittat, se hoc statutum et ordinationem non violaturum, quod si post binam admonitionem fecerit, tertio offendens expellatur.

De Visitatore.

Quoniam in eadem valetudine persistere omnino corpus nequeat, ne ergo ingravescente morbo ad desperationem lan-
 gbeat corpus, salutiferum parandum medicum, id est, **Visita-**
torem censemus; mandantes ut intra tres menses proxime inse-
 quentes post editionem et publicationem hujusmodi nostrorum
 statutorum, a Magistro et Sociis tunc presentibus eligatur
 Visitator talis, qui ex suo onus visitationis sufferre poterit et
 voluerit: puta qui in pontificali vel quavis alia ecclesiastica
 dignitate est constitutus, vel qui beneficium vel beneficia ad
 annum valorem centum librarum habuerit, et theologiae vel
 decretorum doctor, Artiumve Magister aut in theologia vel de-
 cretis Bacchalaureus, extiterit; quique pro animo et benevo-
 lentia summa, Collegii utilitate, virtutis et studii incremento,
 consulere misero et ægrotanti corpori sine pretio pro ipso
 opere meritorio et pio contentus opitulari non dedignetur;
 servatis modo et forma de eligendo Magistro prædictis. Pro-
 viso semper ut in æqualitate suffragiorum præferatur Magister.
 Ad quem sic legitime electum accedat Magister Sociusve cum
 literis Collegii sigillo obsignatis, quæ electionem præ se ferant
 eumque ad oneris susceptionem vehementer excitent. In quo
 officio si id admiserit, volumus quod, quamdiu sibi tam pium
 onus ac meritorium subire libuerit, permaneat; cum autem
 locum vacare constiterit, intra tres menses ad electionem novi
 Visitatoris procedatur, omnibus servatis ut prædiximus. Si
 autem electus onus subeundum recusaverit, procedatur semper
 ad electionem novam, servatis modo et processu prædictis,
 quoad inveniatur aliquis qui miseris et indigentibus subvenire
 cupiat, et radici morbi, ne ingravescat, occurrere dignetur.
 Sed paulum adjiciamus quod cum facilius alliciat; mandamus
 ut cum primum de ejus obitu certum sit, pro ejus anima a
 Magistro si adsit, Sociis omnibus et Scholasticis tunc præsen-
 tibus, solennes celebrentur exequiæ, cum missa.

A Visitor
to be elect-
ed.His quali-
ty, etc.His elec-
tion.Services at
his death.*De ejusdem auctoritate.*

Perit nemo citius quam qui renuit medici obtemperare præ-
 ceptis: ne igitur ægrotus in hoc Collegio quisquam sua sponte
 elabatur ad perniciem, eum authoritati Visitatoris subjicimus;
 statuentes ut per eum admittatur dicti Collegii Magister, po-
 testatem habeat semel in anno, per se aut commissarium,
 Magistrum, Socios, aliosque in dicto Collegio, visitandi, et alias
 quoties per Magistrum majoremque partem Sociorum fuerit re-
 quisitus. Petimusque tamen ab eo vehementer ut laborem non
 recuset, licet nullum consequatur lucrum, a Deo omnipotenti
 longe præclarior accepturus munus; cui, visitatione durante,
 omnem jurisdictionem et correctionem committimus, ut Magis-
 trum, Socios aliosque in Collegio morantes, pensata gravitate

Powers of
the Visitor.

delinquentis et delicti, puniat et corrigat; et quæ his statutis non erunt contraria, cum consensu Magistri et omnium Sociorum, condat, edat, addat, si urgeat necessitas aut exegerit utilitas. In criminibus autem quæ Magistri expulsionem requirerent, volumus ut majoris partis Sociorum sibi adjungat assensum. In expulsionem vero Socii, Magistri et trium seniorum assensu contentus præcedat, appellationi aut recusationi minime cedens. Si vero in his statutis nostris obscurum aliquid aut ambiguum occurrat, de quo oriatur contentio quodque merito egeat interpretatione, volumus ut referatur illud obscurum ad Visitatorem, Magistrum et duos seniores, quorum interpretationem perpetuo fore validam firmamque sancimus. Et nos Richardus Episcopus Wintoniensis, judex delegatus antedictus, Magistrum et Scholares sive Socios Collegii antedicti ab observatione aliorum statutorum, ad quorum observantiam iidem Magister, Socii et Scholares, fuerunt juramento astricti, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, absolvimus, illaque et alia quæcunque statuta in hoc volumine non inserta cassamus, irritamus et annullamus, ac pro casis irritis et nullis declaramus.

Interpretation of statutes.

Absolution from observance of previous statutes.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, has literas nostras testimoniales sive hoc præsens publicum instrumentum, præmissa statuta sive ordinationes in se continentes sive continens, per discretum virum magistrum Johannem Coptond, alias Johnson, notarium publicum nostrum, et negotii hujusmodi in hac parte actorum scribam, ex inde fieri et in publicam formam redigi, ejusque signo et subscriptione una cum sigilli nostri jussimus et fecimus appensione communiri. Data et acta fuerunt hæc omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur, sub annis Domini millesimo quingentesimo sexto et quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii papæ antedicti anno quarto, mensium vero Decembris nono et Junii diebus xvi., in hospitio nostro apud Greenewich, præsentibus in præmissis omnibus et singulis egregiis viris, viz., magistris Radulpho Colingwood sacræ theologiæ Professore, Edwardo Grigson sacræ theologiæ Bacchalaureo, Richardo Kirby Artium Magistro, et Richardo Kytt uno ex clericis de privato sigillo, dicto nono die mensis Decembris, de magistris Johanne Dowerman legum doctore [Archidiacono Suffolkiæ]. præfato Edwardo Grigson, Radulpho Lepton in decretis Bacchalaureo, et Thoma Armerer literato, xvi. die mensis Junii antedicti, testibus ad præmissa, ut præfertur, respective vocatis specialiter et rogatis.

STATUTES OF BALLIOL COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- Absence, cases of, 16.
Alms, 18.
Benefactors, prayers for, 10.
Bible to be read during dinner, 16.
Chambers, allotment of, 19.
——, passing the night out of, 20.
College, members of, and their duties, 2.
Commons, 14.
Contentions, against, 15.
Deans, duties of, 11.
Degree in the University, 17.
Disputations, 11.
—— in Logic, 12.
—— in Philosophy, 12.
—— in Theology, 13.
Diversions, 18.
Election, mode of voting in, 4.
—— of Master, 3.
—— of Fellows, 7.
—— of officers, 15.
—— of Visitor, 21.
Expulsion, cases of, 3, 18.
Fellows, character and behaviour of, 6.
——, number of, 6.
——, election of, 7.
——, qualifications for, 7.
——, preference of scholars of the
College, 7.
——, oath and probation of, 8.
——, two to be priests, 10.
——, conduct of, 15.
——, residence of, 16.
——, to take priests' orders, 17.
——, not to do duty out of College, 18.
Fellowship, income of 100 shillings oc-
casions loss of, 17.
Gardens, allotment of, 19.
Gates, closing of, 20.
Guests, prohibited, 16.
Julius, Pope, power from to enact sta-
tutes, 2.
Lands, leasing of, 19.
Latin language, use of, 15.
Mass of the Virgin, 10.
Master, age and qualifications of, 3.
——, election of, 3.
——, power and duties of, 3.
——, Fellow preferred to a stranger, 4.
——, oath of, 5.
——, residence of, 5.
——, deputy of the, 6.
Oath of Master, 5.
—— of Fellows, 8.
Offences, punishment of, 18.
Offices, religious, 9.
Officers, retirement and election of, 15.
Pestilence, cases of, 17.
Prayers for benefactors, 10.
Priests, two Fellows to be, 10.
Priests' orders, Fellows to take, 17.
Salaries, 4.
—— continued in sickness, 14.
Scholars, preference of as Fellows, 7.
——, residence of, 16.
——, right of presenting to a va-
cancy, 9.
——, studies and behaviour of, 9.
Servants, 19.
Statutes, defects in former, 1.
——, power from Pope Julius to enact
new, 2.
——, to be read publicly, 16.
——, absolution from observance of
previous, 22.
——, interpretation of, 22.
Strangers, 20.
Taverns, 18.
Treasurers, duties of, 13.
Visitor, election of, 21.
——, quality of, *ib.*
——, powers of, *ib.*
——, services at his death, *ib.*

INSTRUCTIONS OF THE
THE STATUTES

AD 1558

A.D. 1558 Johannes Beckfordus rector
 Abbas monasterii sancti Petri Westminster
 Wright in eadem theologia habuit
 ter Collegii Bachelorum in eadem
 ac singulari ad eam pertinentis partem
 tantum non tamquam potestatem
 in eo potest est omnia remaneat
 sibi catholice status a seque
 potest. Qui sua potestatem non
 hactenus eandem non est
 statuta et in eadem
 et hactenus non est
 in eadem non est
 venerabilis pater Johannes Bell
 totus et religiosus monasterii
 animas sua soliti per
 devotissimi salutem per
 sanam doctrinam in
 laudatam hinc hactenus
 et ab ipso duntaxat
 habuit et possidebat
 parochia pariter Maria de
 sitata et in eadem
 tota Collegio hactenus
 Sociis quibus hactenus
 sustentatione in eadem
 in eodem Collegio
 necnon monasterii
 eius concessionis et
 in ea parte ac
 emilibus vixit
 Christi et
 rationem pariter
 tota via hactenus
 Westminster

INJUNCTIONS OF VISITORS, ADDITIONS TO
THE STATUTES, &c.

Dr. Bell.

A.D. 1558. Johannes Feckenham sacræ theologiæ Professor, Abbas monasterii sancti Petri Westmonasteriensis, ac Willielmus Wright, in sacra theologia Bacchalaureus, Præses sive Magister Collegii Balliolensis in alma Academia Oxoniensi universis ac singulis, ad quos præsentés pervenerint, et quos infra scripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum, salutem in eo qui est omnium vera salus. Quoniam ecclesiæ militantis et fidei catholicæ status absque viris literatis diu subsistere non potest, qui sua prædicatione mundum illuminant, errores et hæreses eradicare et suppressere, ac virtutes plantare, indies satagunt et insudant; et ut ad hoc apti et idonei fiant, studio et literis vacant, assiduos labores perferant, et vigiliis sustinent immensas, et noctes quam sæpe ducunt insomnes, hinc est quod venerabilis pater Johannes Bell legum Doctor, vir notorie devotus et religiosus, multisque annis agens ac corpore languens, animæ suæ saluti prospicere cupiens et affectans, ob intimum devotionis zelum, quem pro bonarum sacrarumque literarum ac sanæ doctrinæ ac studentium in iisdem incremento, hoc sæculo labefacto, diu gessit et tunc gerebat; dedit, concessit, voluitque et disposuit domos, tenementa, terras et immobilia, quæ tunc habuit et possidebat, infra præinctum clausi cimiterii sive parochiæ beatae Mariæ de Clerkenwell infra suburbia Londoniæ situata et jacentia, et ad eum tunc ibidem qualitercunque spectantia Collegio Ballioliensi prædicto ac Præsidi sive Magistro et Sociis ejusdem, modernis et pro tempore futuris; ac pro erectione sustentatione et exhibitione duorum Scholarium sive studentium in eodem Collegio perpetuis futuris temporibus duraturorum; necnon modum, formam, ordinemque, et integram promissionem ejus concessionis et dispositionis ac ultimæ voluntatis prædictæ in ea parte, ac omnia ac singula ea qualitercunque tangentia, venerabilibus viris Magistris Willielmo Morwent Collegii Corporis Christi, et [Arthuro] Cole Collegii divæ Magdalenzæ Universitatis Oxoniensis prædictæ tunc respective Præsidibus sive Magistris (modo vita functis), ac nobis Præfectis Johanni Feckenham et Willielmo Wright præfati Collegii Balliolensis Magistro moderno, adhuc superstitibus, commisit et reliquit. Unde nos Jo-

hannes Feckenham Abbas, et Willielmus Wright dicti Collegii Magister antedictus, volentes et intimo cordis affectu cupientes tam pium et divinum institutum, voluntatemque ac concessionem ac elargitionem ipsius venerabilis viri et patris domini Johannis Bell, juxta fidem potestatemque et auctoritatem per eum, ut præfertur, nobis creditam et commissam, suum debitum sortiri effectum, ad executionem ordinationemque et stabilitionem dictorum duorum Scholarium sive studentium, et cæterorum eorum exhibitionem et sustentationem concernentium, modumque formam et effectum eorundem, juxta dicti venerabilis patris ultimam voluntatem procedentes, ac per præsentem procedimus ac procedere volumus sub modo, forma, tenore et effectu subsequenti. Inprimis nos prædicti Johannes Abbas et Willielmus Magister Collegii antedicti præsentium et specificatorum superius vigore decernimus, volumus et ordinamus, domos, tementa, terras et cætera, modo præmisso per præfatum venerabilem patrem dominum Johannem Bell legata, relicta, concessa, donata et disposita, omneque jus titulum et interesse ac omnia ac singula redditus proficua, emolumenta, et commoditates eorundem, perpetuis futuris temporibus ad dictum Collegium Balliolense atque ad Magistrum et Socios ejusdem modernos, et eorum successores quoscunque pro tempore existentes, de cætero in perpetuo spectare; eosdem Magistrum et Socios illa in eorum proprios ac perpetuos usus habere et retinere, illisque libere et licite uti, et gaudere ad effectum prædictum, atque sub modo et forma infra scriptis perpetuis futuris temporibus. Item etiam volumus, ordinamus et decernimus, ut supra, duos Scholares sive studentes in grammatica expertos, idoneos, habiles et sufficientes pro introitu ad disciplinam sive scientiam logicam sive dialecticam, et pro studio in eadem, ex redditibus, proventibus et emolumentis prædictis (quæ summam quatuor librarum annuatim excedunt, et ultra illam summam extendunt) perpetuis futuris temporibus in dicto Collegio sustentari, exhiberi, et supportari; Scholaresque et studentes hujusmodi pro tempore existentes pro Scholaribus et studentibus ejusdem Collegii, et in catalogo numero Scholarium et studentium in eodem recipi, admitti, acceptari, approbari et incorporari, atque Scholares Doctoris Bell nominari et appellari sub modo et forma ac limitatione inferius sequenti. Item volumus, ordinamus et decernimus, ut supra, quod hujusmodi Scholares sive studentes sint ex diocesi Wigorniensis, in eademque oriundi, habeantque Scholares sive studentes hujusmodi in ipso Collegio cameras, prout alii ejusdem Collegii Scholares habent et habere solent. Atque præmissorum et præsentium vigore Georgium Tatersall in unum primumque dictorum duorum Scholarium per præsentem nominamus et admittimus, sicque admittendum et recipiendum fore decernimus. Item volumus, statuimus et decernimus, dictos Scholares quoscunque pro tempore existentes ad interessendum

omnibus et singulis divinis officiis in ecclesia sive capella ejusdem Collegii celebrandis ibidem, cum aliis ejusdem Collegii Sociis et Scholaribus, psallendo, cantando, et iisdem in divinis obsequiis assistendo et coadjuvando, omnino teneri et astringi. Item volumus, statuimus, decernimus et ordinamus, quod dicti Scholares pro tempore existentes et eorum uterque sint tuitione Magistri dicti Collegii pro tempore existentis, quamdiu in Collegio hujusmodi ipse Magister personaliter resideat. Quodque Scholares hujusmodi diebus Dominicis et festivis inservient et obsequium dabunt et intendent dicti Collegii Magistro in mensa in aula, quoties illum in illa prandere seu cœnare contigerit, seu in alio dicti Collegii loco (si ipse Magister pro tempore existens sic voluerit). Item statuimus, decernimus, volumus et mandamus, quod duo Scholares sive studenti prædicti Collegii pro tempore existentes exhibitionem prædictam, jusve, titulum sive interesse aliquod in eadem, ultra quadriennium a tempore eorum et alterius cujuscunque eorum primæ receptionis et admissionis in Scholares proxime et immediate sequente, minime habeant seu vindicent, nec in numero Scholarium hujusmodi aliquo modo deinceps tunc accipiantur, reputentur seu approbentur; sed exhibitioni hujusmodi, juriqve, titulo seu interesse suis in eadem, penitus et totaliter ac libere cedant, illamque et illa omnino dimittant et relinquunt. Sicque unusquisque hujusmodi Scholarium pro tempore existens, immediate post quadriennium hujusmodi, cedere, dimittere et relinquere, teneatur (Proviso omnino si quis dictorum Scholarium extraneo tam moribus quam scientia præstari vel æquari contigerit, is in electionibus extraneo hujusmodi præferatur). Item similiter ordinamus, statuimus, volumus et decernimus, alium Scholarem omnino, ut præfertur, moribus, scientia et alias sufficientem, aptum et idoneum, infra unum mensem immediate sequentem vacationem loci sive exhibitionis alterius uniuscunque Scholarium hujusmodi, si aliquo modo fieri possit, alioquin quam primum commode in ea parte provideri valeat, vice et loco cujuscunque Scholaris hujusmodi sic admittentis, seu per integrum quadriennium exhibitionem prædictam habentis, in Scholarem eligatur, recipiatur et admittatur. Item ulterius decernimus, statuimus, volumus et ordinamus, ut supra, quod singulis annis quatuor libræ integræ ex redditibus, proventibus et emolumentis prædictis, remanebunt penes Collegium Balliolense prædictum, Magistrumque et Socios ejusdem pro tempore existentes; hujusmodi quatuor libræ ad ipsum Collegium Magistrumque et Socios prædictos annuatim in perpetuum spectabunt: atque ipse Magister et Socii pro tempore existentes in eorum et Collegii prædicti usus proprios et perpetuos, ad eorum et Collegii hujusmodi in ea parte onera subeunda, supportanda et sustinenda, habebunt. Quas quidem quatuor libras Collegio, Magistro et Sociis ejusdem ut ipsi dictas terras et tenementa, ac lites

quascunque in posterum ratione eorundem contingentes, ex iisdem quatuor libris defendant. Residuum vero proventuum, reddituum et emolumentorum hujusmodi, habebunt dicti duo Scholares pro tempore existentes; et ad eos eorumque sustentationem et exhibitionem in perpetuum spectabit, inter eos æqualiter dividendum, et per Bursarium dicti Collegii pro tempore existentem singulis anni quarteriis eis fideliter persolvendum, disponendum et distribuendum. Item ordinamus, statuimus, volumus et decernimus, dicti Collegii Socios modernos, et quoscunque eorum successores futuros, ad observationem hujus ordinationis nostræ et contentorum in eadem juramento corporali per Magistrum dicti Collegii pro tempore existentem, tempore eorum admissionis, ad sancta Dei evangelia onerari; necnon nominationem, electionem et admissionem, duorum Scholarium hujusmodi ad Magistrum Collegii prædicti modernum et pro tempore futurum (omnino præter dona, munera seu corruptionem, aut sinistram aliquod aliud medium, seu affectionem aliquam injustam) libere perpetuis futuris temporibus spectare et pertinere debere. In quorum fidem, robur et testimonium præmissorum, nos præfati Johannes Abbas et Magister prædictus sigilla nostra præsentibus apposuimus. Datum, quoad sigillorum nostrorum hujusmodi appensionem, xiiii^{to} die mensis Martii, anno Domini secundum cursum et computationem ecclesiæ Anglicanæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo.

Per me Johannem Abbatem West.

Per me Williclmum Wright, Magistrum Collegii prædicti.

A.D. 1571. Anno Domini 1571, die vero Maii decimo septimo, unanimi consensu Magistri et omnium Sociorum Collegii de Balliolo in Universitate Oxoniensi, una cum assensu Reverendi in Christo patris Thomæ, divina providentia Lincolnensis Episcopi, dicti Collegii Visitoris, decretum est ac ut statutum quoddam deinceps in perpetuum futuris temporibus semper observandum constitutum est;

Bursarii Collegii de Balliolo in Universitate Oxoniensi in posterum eligendi onerentur omnibus et singulis batellis (ut appellant) Communariorum seu cohabitantium in illo Collegio, atque teneantur dictum Collegium inde liberare (reservata sibi quæ ex pane, potu, pistore aliisque nonnullis rebus ideo concessis oritur, commoditate) atque immune facere.

Nullus Communarius seu cohabitans promptuarii catalogo inseribatur, priusquam Collegio satisdederit per fidejussorem a Magistro aut ejus vicemgerente, aut (si ejus vicemgerens eo tempore Bursarius fuerit) a proximo seniore, approbatum.

Dicti Collegii Bursarii ad terminum finemque singulorum anni terminorum, aut infra unum mensem immediate sequentem,

rationem reddant faciantque computum de omni Collegii pecunia ab illis ullo modo recepta. ac etiam quo pacto eandem in Collegii usum exposuerint, coram Magistro et omnibus Sociis tunc in Universitate commorantibus. Præterea si ullam pecuniarum summam quam recepisse debuerint, sua negligentia non receperint aut acceptam pro Collegio non exposuerint, ut reddant Collegio vel solvant Collegii creditoribus eandem summam, infra alium mensem proxime sequentem, sub pœna amissionis omnis emolumentis a Collegio illis ullo modo debiti, quoad ita fecerint.

Bursarii non onerentur batellis Sociorum aut Scholasticorum aut redditibus Collegii debito tempore non receptis, modo sua non fiat id incuria.

In prima Bursariorum admissione semper legantur hæc decreta, et juramento teneantur Bursarii eadem inviolata observare.

Magister in sua admissione coram Visitatore juramento teneatur quantum in se est hæc omnia decreta fideliter exequi, ac ut rite observentur curare; et eodem juramento vicem suam gerentem, cum substituitur, onerare. Ac si vicem-gerens non substituitur, senior Socius pro suo officio dicta decreta observare teneatur.

Socii sint fidejussores pro Scholasticis qui in Collegio vivunt.

THO. LINCOLN.
AD. SYMES,
JOANNES TUNKIS,

JOANNES WILLSON,
ADAM HILL,
ROBERTUS PERSONS.

[Circa A.D. 1587.] Cum gravis controversia nuper exorta sit intra Magistrum et Socios Collegii de Balliolo Universitate Oxoniensi de modo eligendi Socium sacerdotalem, liceatne per statutum inscriptum de duobus Sociis sacerdotibus, et loco sacerdotali vacante, aliquem ex dictis Sociis ad eundem locum communibus suffragiis, secundum formam et modum præscriptum in statuto de electione Sociorum, designare; visum est Visitatori, Magistro et duobus senioribus, ad quos ex statuto pertinent omnium obscurorum et ambiguum interpretatio, quod licebit iisdem Magistro et Sociis, eodem loco toties quoties vacante, quemlibet ex dictis Sociis sacerdotem ad illum officium non prius deputatum in eundem locum per suffragia secundum ordinem antedictum designare et substituere; modo idem Socius onus illud officii sacerdotalis sua sponte suscipere velit: proviso semper quod qui Socius jam existens in eundem locum designatur, ad annum probationis non tenetur.

GULIELMUS LINCOLN,

EDM. LILLIE,
ROBT. ABBOTT,
GULIELMUS HILL,
ED. WYCKHAM.

Item decretum est unanimi consensu Visitoris, Magistri et omnium Sociorum, quod, non obstante decreto edito decimo Martii anno Domini 1574, per commissarios Reverendi in Christo patris ac domini Thomæ, divina providentia Lincolnensis Episcopi, dicti Collegii tunc Visitoris, Magistri ac omnium Sociorum dicti Collegii, de ordinariis Collegii expensis habendis ac allocandis; quod bene licebit singulis dictis Magistro ac Sociis unaquaque septimana quinque drachmarum pro communis suis per annum a Collegii sumptu ad minimum recipere.

Item ordinatum est, quod cum per decretum antedictum, editum ut supra, non sit provisum de communis Scholasticorum ejusdem domus, ideo statutum est et auctoritate Visitoris, Magistri et omnium Sociorum, constitutum, anno et die prius supra scriptis, quod unusquisque Scholasticorum pro communis cujusque septimanæ recipiet decem denarios, eodem ordine ac modo quo de Sociorum communis decretum est.

Item ordinatum est unanimi consensu et assensu Visitoris, Magistri et Sociorum prædictorum, quod non licebit cuiquam Sociorum, cohabitatorum, Scholasticorum, ministrorum sive servientium, in ære fore collegio ultra quindecim dies post finem cujuslibet termini, pro debitis et batellis suis, sub pœna conditionum sequentium. Si Socius fuerit, nihil communarum aut stipendii percipiet, quousque totum solvat debitum; si Scholastici fuerint, eodem modo primo et secundo puniantur, sin tertio offendant, amoveantur; si cohabitatores, ministri aut servientes fuerint, a Collegio demittantur. Præterea quod quilibet cohabitatorum, Scholasticorum et ministrorum, habeat pro se fidejussorem Collegio obligatum, illumque oppidanum.

Item nemo communarius graduatus in Artibus eximatur ab exercitiis Sociorum sine dispensatione Magistri et omnium Sociorum.

Nullus communarius sit in Collegio non graduatus sine tutore Socio aut Magistro Collegii.

Nemo Sociorum admittat aliquem Scholarem repudiatum a suo Magistro vel Tutore, sine consensu sui Tutoris.

Nemo in publicum prodeat absque teste conversationis suæ, nisi fuerit graduatus.

Socii tantummodo habeant claves Bibliothecæ.

Conformes sint communarii Sociis in omnibus; hoc est, disputent, declament, intersint precibus, concionibus, disputationibus et correctionibus, ac gradus suscipiant, et reverentiam omnem exhibeant Sociis, nisi sint graduati, non minus ac si essent Scholares domus.

Pares cum suis paribus et æqualibus congregentur publice, maxima ex parte, viz., Magistri Magistris, Bacchalaurei Bacchalaureis, Scholares Scholaribus; suis autem superioribus reverentiam quisque exhibeat vultu, gestu ac verbis.

Senior in aula, absente Magistro ac ejus vicario et Decano, discernat ac suo arbitrio puniat omnium tumultus et petulantiam.

Ad horam prandii nullus intret coquinam præter Socios, œconomum, et qui ratulam Bursariis defert.

Attendat obsonator aut ejus deputatus dispensationi communium in aula, apponantur autem communi mensis per servi-entes; cibus vero residuus committatur promo ad exponendum volentibus.

Sint omnes Socii, cum itur ad thesaurarium, præsentés, qui in Universitate sunt, neque quisquam unquam duas claves thesaurarii apud se retineat aut recipiat.

Nec Magistri nec ullius Socii expensas in Collegii negotiis Collegium solvet, nisi causa earum antea fuerit intimata et approbata per Magistrum et majorem partem Sociorum. Exhibeantur quoque illæ expensæ in scriptis particulatim Magistro et Sociis a majore parte illorum approbandæ aut allocandæ inter triduum, sub pœna perditionis earundem.

Cum minimum quandoque dubium fomes sit gravis discordiæ, hinc ordinatum est quod si Scholaris alicujus Sociorum, per mortem aut discessum Magistri sui a Collegio, ope destitutus fuerit, quod tum licebit cuique Sociorum graduatorum absque ulla admissionis renovatione eundem in suum Scholasticum recipere ad tempus ex statutis præfinitum, licentia prius a Magistro et tribus senioribus petita et obtenta. Verum si nullus Sociorum auxiliari ipsi velit, ut supra dictum est, assuetas ei communes per tres menses concedimus.

Item decretum est quod unusquisque prælectorum diligenter officium suum exequetur, et ad minimum ter in singulis septimanis intra terminum leget, nisi dies festi aut morbi eum impederunt; pro unoquoque autem tempore quo vel per se vel per alium non leget in diebus prædictis solvet duos denarios, consumendos in prandium vel cœnam reliquorum Sociorum in die Dominica immediate sequente. Quod si veniam impetraverit concedendi vel aliquo intra Universitatem vel extra Universitatem abeundi, substituet suo loco alterum, qui munus suum legendi exequetur in eo in quo ille debuerat, donec redierit, si commode fieri posse videatur Magistro aut ejus vicario, et tribus senioribus.

Item ordinatum est ut singulis annis unus Sociorum designabitur qui erit dictis Magistro et Sociis a literis vel scriptis pro anno futuro in omnibus Collegii negotiis, et quod ille eo functurus munere nominabitur infra triduum post festum S. Lucæ, eo modo sicut cæteri officarii, recepturus pro salario per annum *6s. 8d.*

Item ordinatum est quod si Magister, Socius, aut Scholasticorum aliquis, a Collegio per integram septimanam absens fuerit, ejus eorumve communia cedent in usum Collegii, et pro iis computabunt Bursarii.

Item decretum est quod omnia statuta sive decreta edita decimo Martii anno Domini 1574, per Commissarios Reverendi in Christo patris domini Thomæ Lincolnensis Episcopi, rata sint, donec simili ac pari auctoritate abrogentur, excepto tantum illo articulo ac particula de communis Magistri et Sociorum.

Bursarii non onerentur batellis Magistri, Sociorum, Scholasticorum, extraneorum aut servientium, nec redditibus Collegii, debito tempore non receptis, modo sua non fiat id incuria.

Panis et potus proficua cedent in perpetuum in usum Collegii, de quibus fideliter computabunt Bursarii, reservatis sibi tantum pro illis proficuis quinque libris per annum.

Magister, sive ejus Vicemgerens, in prima sua admissione, juramento teneatur quantum in se est hæc omnia decreta fideliter exequi, ac ut rite observentur curare.

Ne ignorantia aliqua objiciatur in decretis istis non observandis, volumus et mandamus ut bis in anno simul cum statutis legantur palam in præsentia Sociorum omnium et communarium domi existentium.

Item cum, anno Domini 1571, Maii vero 17, decretum sit ut ad finem singulorum terminorum Bursarii computum reddant, illum tantum catenus ratum esse volumus quatenus statuto de ratione reddenda consentit, nisi aliter in posterum visum fuerit Magistro et tribus senioribus.

EDM. LILLIE,
ROB. ABBOTT,
WILLIAM HILL,
ED. WYCKHAM,
JOHN BAYLYE,

THOMAS SANDERSON,
GEORGE ABBOTT,
RICHARD FINES.
[ROB. ABBOTT.]

A.D. 1587. Quum circa annum Domini 1587 orta fuit controversia inter Magistrum et Socios Collegii de Balliolo in Universitate Oxoniensi de modo eligendi Socium sacerdotalem; quo tempore visum erat domino Visitatori, Magistro et duobus Sociis senioribus, decernere et determinare, quod licebit eisdem Magistro et Sociis, eodem loco toties quoties vacante, quemlibet ex dictis Sociis sacerdotem, ad illum officium non prius deputatum, in eundem locum, per suffragia, secundum formam et modum præscriptum in statuto de electione Sociorum, designare et substituere, modo idem Socius onus illud officii sacerdotalis sua sponte suscipere velit; et quoniam sæpe accidit et evenire possit, quod neque Sociorum aliquis onus illud sua sponte suscipere velit, neque Bacchalaureus, ordine sacerdotali constitutus, ad munus obeundum reperiri possit; nos Thomas permissione divina Lincolnensis Episcopus, dicti Collegii Visitator, necnon Magister et Socii domi præsentés, decernimus, quemlibet sacerdotem, toties quoties idem locus vacaverit, esse eligibilem; prout antiquitus per statuta Dervorguilliana et Somervilleana

consuetum fuerit. Datum vigesimo et sexto die Januarii, anno Domini 1688.

THE. DOWNES,
AD. LUGG,
SAM. POTTER,
GULIEL. HOCKIN,

THOMAS LINCOLNIENSIS,
ROG. MANDER, Magister,
N. CROUCH,
FRAN. WHITE,
RIC. GREAVES,
GUL. ABELL, Socius.
THO. SHEWRING, Socius.

De admissione Sociorum communariorum.

A.D. 1610. Anno Domini 1610, Novembris 22, ordinatum est unanimes consensu Visitoris, Magistri et omnium Sociorum, liberum fore eidem Magistro, aut ejus vicario, et majori parti Sociorum, extraneos quoscunque, quos vulgo appellant communarios, ad mensam et convictum Sociorum admittere, iisque concedere ut, præterquam in gravibus offensis scandalum et infamiam ipsis et Collegio inferentibus, publicarum correctionum immunitate gaudeant; et reverentiam Sociis in quadrangulo consuetam non nisi in occurso præsentent; erga quos tamen cautum est, ut alias modeste et morate se gerant, illisque intervenientibus locum concedant; et porro ut in cultu divino et exercitiis ad virtutem et doctrinam spectantibus parem cum aliis diligentiam præsentent, aut in iisdem negligentes a Decanis privatim admoneantur, et nisi se admoniti corrigant, pro rei qualitate, ipsorumque ætate puniantur. Proviso semper ut quisque sic admissus, intra mensem, quinque ad minimum libras vasculis argenteis aut libris coemendis in usum Collegii Bursariis persolvat; vel ipse, si visum fuerit, ad eundem valorem in eundem usum coemat et conferat; et in admissione, lecto hoc decreto, fidem det se illud fideliter et firmiter observaturum.

W. LINCOLN. Visitor,
ROB. ABBOTT,
LYONELL DAYE,
JOHANNES ABBOTT,

TIMOTHEUS GATE,
THOMAS BLANCHARD,
GULIELMUS BOSWELL,
THOMAS HOLLOWY.

A.D. 1674. Anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, et primo die Junii. decretum est auctoritate Reverendi in Christo patris ac domini domini Gulielmi permissione divina Lincolnensis Episcopi, et Collegii de Balliolo Visitoris, necnon unanimes consensu Magistri et omnium Sociorum istius Collegii, quod quicunque in posterum Bursarii sive The-saurarii eligentur, intra mensem talem electionem proxime sequentem, per indenturam ad valorem ducentarum librarum, una cum sponsore vel duobus sponsoribus (prout Magistro et tribus Sociis senioribus visum fuerit) obstringantur diligenter et fideliter munus seu officium Bursariorum exequi, et anno prædicti officii finito. intra unum mensem, justam et per-

fectam rationem seu computum Magistro et Sociis reddere et exhibere, quo nil detrimenti per eorum negligentiam seu incuriam, seu quovis alio modo, præfato Collegio accidat; atque hujusmodi indentura, qui in præsentiarum Bursariorum munus obeunt, ad vim et effectum prædictum obstringantur. In cujus decreti confirmationem nos prædicti Gulielmus Lincolnensis Episcopus sigillum nostrum Episcopale apponi fecimus; necnon Magister et Socii Collegii prædicti sigillum suum commune apposuerunt, anno supra nominato, die Junii decimo septimo.

GUIL. LINCOLN, Visitator,	GEO. BURTON,
THO. GOOD, Magister,	ROG. MANDER,
JO. GOOD,	HEN. HIBBINS,
NICH. CROUCH,	JO. HUGHES,
THO. HODGES,	FRA. WHITE,
GUIL. GOOD,	GUALTERUS SLOPER.
JO. VENN,	

A.D. 1676. Anno Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto, et quarto die mensis Augusti, decretum est auctoritate Reverendi admodum in Christo patris ac domini domini Thomæ, providentia divina Lincolnensis Episcopi, et Collegii de Balliolo Visitatoris, necnon unanimi consensu Magistri et omnium Sociorum istius Collegii; quod non licebit Magistro et Sociis Collegii prædicti aliquid in posterum elocare aut dimittere per indenturam, nisi ad terminum viginti et unius annorum, exceptis tenementis et hortis in civitate Oxoniæ et alibi, vulgo nominatis Candle Rents, quæ licitum erit elocare et dimittere ad terminum triginta annorum et non ultra seu ad majorem terminum, sub pœna perjurii et perpetuæ a Collegio expulsionis seu exilii suffragatoribus ipso facto infligendi.

Item decretum est auctoritate ejusdem Reverendi in Christo patris, necnon unanimi consensu Magistri et Sociorum Collegii prædicti, quod in posterum non licebit ulli Sociorum locum suum in Collegio relicturo nominare vel proponere Magistro aut Sociis aliquem in suum successorem, sed libere et spontaneè omne jus suum, titulum et clameum resignare, sine omni pacto, fraude aut conventu quocumque; sin nihilominus aliquem nominet vel proponat sibi successurum, talem sic propositum aut nominatum eo ipso ineligibilem esse decernimus. In quorum decretorum confirmationem nos prædicti Thomas Lincolnensis sigillum nostrum Episcopale apponi fecimus, necnon Magister et Socii Collegii prædicti sigillum suum commune apposuerunt, anno et die supra nominatis.

A.D. 1677. Anno Domini 1677, die Augusti vigesimo; cum per statutum de Sociorum numero cautum sit, quod si redditus sive emolumenta hujus Collegii de Balliolo vehementer et graviter decrescerent, in eo casu (consentientibus et de-

cernentibus Visitatore, Magistro et tribus Sociis senioribus) decreceret etiam Sociorum numerus; nos igitur Thomas permissione divina Lincolnensis Episcopus, dicti Collegii Visitor, Thomas Good S.S.T.P. Magister, et tres Socii seniores ejusdem Collegii, tam statuti quam juramenti per dictum Magistrum et Socios in hac parte præstiti memores, decrevimus et unanimi præterea omnium Sociorum consensu decretum volumus, ut licet in initio in corpusculi partitione denario Socii complexi fuerint numero, in posterum in nonario solummodo erunt comprehensi. In cujus decreti confirmationem nos prædicti Thomas Lincolnensis Episcopus, Magister et Socii prædicti, manus nostras apposuimus.

THOMAS LINCOLNIENSIS.

HEN. HIBBINS, V.G.
 GEO. BURTON, Socius,
 ROG. MANDER, Socius,
 FRAN. WHITE, Socius,
 THO. NORWOOD, Socius,
 RICH. GREAVES, Socius,
 JOH. VENN, Socius,
 JO. HUGHES, Socius.

Anno Domini 1691, Augusti tertio, ordinatum est unanimi consensu Visitoris, Magistri, et omnium Sociorum, liberum fore eidem Magistro aut ejus Vicario, et majori parti Sociorum, extraneos quoscunque quos appellant Communarios ad mensam et convictum Sociorum admittere; iisque concedere, ut, præterquam in gravibus offensis scandalum et infamiam ipsis et Collegio inferentibus, publicarum correctionum immunitate gaudeant; et reverentiam Sociis in quadrangulo consuetam non nisi in concursu præsentent; erga quos tamen cautum est, ut alias modeste et morate se gerant illisque intervenientibus locum concedant; et porro ut in cultu divino et exercitiis ad virtutem et doctrinam spectantibus, parem cum aliis diligentiam præsentent; aut in iisdem negligentes a Decanis privatim admoneantur; et nisi se admoniti corrigant, pro rei qualitate et eorum ætate puniantur. Proviso semper ut unusquisque sic admissus, in prima sui admissione, aut saltem intra mensem, decem ad minimum libras vasculis argenteis aut libris coemendis in usum Collegii Bursario persolvat: vel ipse, habito Magistri et Bursarii consensu, ad eundem valorem in eundem usum coemat et conferat; et in admissione, lecto hoc decreto, fidem det se illud fideliter et firmiter observaturum.

RIC. GREAVES, Socius,	THO. LINCOLNIENSIS,
ADAM LUGG,	ROG. MANDER, Magister,
S. POTTER,	JO. HUGHES, Socius.
THE. DOWNES, Socius,	
GUL. ABELL, Socius,	
GULIEL. HOCKIN,	

A.D. 1692. Maii nono, A.D. 1692, a Magistro et omnibus Sociis domi existentibus collegialiter in capella congregatis ordinatum est, quod Sacra Synaxis cum concione in festo Nativitatis, in festo Paschatis, in Dominico proxime antecedente comitia, et in Dominico ante festum Sancti Lucae, habenda esset.

A.D. 1718. Anno Domini 1718, Januarii die vicesimo sexto, unanimi consensu Magistri et omnium Sociorum Collegii de Balliolo in Universitate Oxoniae, una cum assensu Reverendi admodum in Christo patris Johannis Episcopi Londinensis, ejusdem Collegii Visitoris, diversas ob causas specialiter moventes et ad ejusdem Collegii bonum atque emolumentum spectantes, concordatum, ordinatum atque statutum est, nosque supranominati concordamus, ordinamus atque statuimus, pro nobis et successoribus nostris perpetuis futuris temporibus, ut pensio sive summa octo librarum, quam Rectores de Fillingham in comitatu Lincolnensi Magistro et Sociis Collegii Balliolensis a retro solvere tenebantur, inter Lectores dialecticae, rhetoricae, et linguae Graecae distribuendam, Reverendo viro Adamo Lugg, olim dicti Collegii Socio, nunc vero Rectori de Fillingham in Comitatu Lincolnensi praedicto, et successoribus suis in perpetuum, remittatur: proviso tamen ut dicta pensio octo librarum praedictis Lectoribus a Magistro et Sociis dicti Collegii et successoribus suis quotannis debite persolvatur. Et ut hoc decretum firmiter et perpetuo observetur, nos omnes supradicti Visitor, Magister et Socii, nomina nostra subscripsimus, die et anno supradictis.

JOH. LONDON.	JO. SANDFORD, Socius,
JOH. BARON, Magister,	GUL. BREE, Socius,
RIC. MONNOX, Socius,	THO. RICH, Socius,
JOS. HUNT, Socius,	GUL. BEST, Socius,
BENJ. KENNET, Socius,	ROB. LAYNG, Socius,
REG. JONES, Socius,	JOH. JONES, Socius.

D.A. 1789. Die sexto mensis Maii, anno Domini Incarnati 1789, ordinatum est unanimi consensu Magistri et omnium Sociorum collegialiter congregatorum, quod e proventibus Collegii annuatim domui allocetur summa centum librarum, in hunc finem, et in hunc solum, reservanda, atque aliis allocationibus quae nunc usu obtinent addenda, ut aedificia nostra tempore opportuno restaurentur et renoventur.

Et ut haec nostra ordinatio quam diutissime rata permaneat, nec a Magistro et Sociis futuris temporibus rescindatur, sed vim et effectum decreti habeat et obtineat, supplicamus Reverendissimo in Christo patri, ac domino, domino Archiepiscopo

Cantuariensi, Visitatori nostro honoratissimo, ut eam auctoritate sua Visitatoria confirmare dignaretur. In cujus rei testimonium nomina nostra propriis manibus subscripsimus.

J. DAVEY, Magister,	PETRUS WRIGHT, Socius,
JOHAN. WOOD, Socius,	THOMAS HOW, Socius.
RICHARDUS PROSSER, Socius,	JOANNES PARSONS, Socius,
JOANNES BARNES, Socius,	CAROLUS WOOD, Socius,
JOHAN. CLAPP, Socius,	T. SWEET, Socius,
JOANNES MATTHEW, Socius,	GEORGIUS POWELL, Socius.

In ordinationis supra scriptæ confirmationem, decrevimus et, unanimi consensu Magistri et Sociorum omnium, decretum volumus, quod summa centum librarum e proventibus Collegii Balliolensis domui annuatim allocetur, in hunc finem, ut ædificia restaurentur et renoventur. Datum ex ædibus Lambethanis, die decimo sexto mensis Octobris, anno Domini 1789.

J. CANTUAR.,
 Visitor.

A.D. 1802. Cum publicis domus necessitatibus neque per antiquas Collegii consuetudines, neque per decretum anno 1789 sancitum, hactenus satis provisum videatur; die 21mo mensis Octobris, A.D. 1802, ordinatum est unanimi consensu Magistri et Sociorum omnium, quod quoties redditus, proventus et emolumenta (qualiacunque demum fuerint) e possessionibus nostris in agro Northumbriæ sitis intra annum recepta, deductis saltem pars excessus prædicti continuo domui allocabitur, atque aliis allocationibus quæ nunc usu obtinent nunquam non addetur. Et ut hæc nostra ordinatio quam diutissime rata permaneat, nec a Magistro et Sociis, futuri temporibus rescindatur, sed vim et effectum decreti habeat et obtineat, supplicamus Reverendissimo in Christo patri ac domino, Archiepiscopo Cantuariensi, Visitatori nostro honoratissimo, ut eam auctoritate sua Visitatoria confirmare dignaretur. In cujus rei testimonium nomina nostra propriis manibus subscripsimus.

J. PARSONS, Magister,	GUL. MARSHALL, Socius,
PETRUS WRIGHT, Socius.	GEO. SCOBELL, Socius,
THOMAS HOW, Socius.	THOMAS COOKE ROGERS, Socius,
CAROLUS WOOD, Socius,	MATT. HODGE, Socius,
G. POWELL, Socius,	GUL. WARRINGTON, Socius,
PEREGRINUS ILBERT, Socius,	GUL. COWLARD, Socius.

We John Lord Archbishop of Canterbury, Visitor of Balliol College in the University of Oxford, having duly considered

the foregoing decree, made by the Master and Fellows of the said College, do, by virtue of our Visitatorial power, hereby ratify and confirm the same, as far as by law we may or can. In witness whereof we have hereunto set our hand, this thirtieth day of November, in the year of our Lord one thousand eight hundred and two.

J. CANTUAR.

New Statute made by the Master and Fellows of Balliol College, with the approval of the Visitor.

Die primo mensis Februarii, A.D. 1834. Quo melius doctrinæ bonarumque artium studiis consulatur, ordinatum est unanimi consensu Magistri et Sociorum quod, in locum antiqui "De Scholasticis" statuti, hæc nova verborum formula substituatur :

De Scholasticis.

Superioribus membris in suis collocatis locis, ad inferiora uti cum his quadrent descendemus. Statuimus igitur ut Scholastici domus (præter duos Blundellianos) sint numero duodecim, tempore electionis decimum nonum ætatis a die natali nondum complentes annum, qui, studiis ac disciplinis Academicis dediti, Magistro aut ejus vicem gerenti obediant; erga Socios honeste se gerant; in superpelliciis propriis in sacello cum Magistro et Sociis modeste, devote et suppliciter, divinis officiis intersint. Quos si virtus, modestia, in studio profectus, et in eisdem augmenti spes, Magistro et Sociis clarescant, ut cum extraneis in electione Sociorum probandorum æquari possint, præferri volumus et mandamus. Et cum horum Scholasticorum locus vacaverit ullus, celebretur electio tempore et modo in electione Magistri et Socii probandi per statuta Collegii præscriptis: atque eum unusquisque eligentium nominare teneatur, quem, eruditionis et morum conditionibus accurate perpensis, præ cæteris eminere firmiter crediderit. Admittatur electus, præstito juramento ut statuta cum concernentia observet.

Denique cavendum censemus ne plures quam duo in Scholasticorum ordinem eodem anno referantur, et ne quis vicissimum quartum complens annum Scholastici locum amplius sibi vindicet.

Et ut hæc nostra ordinatio rata permaneat, et vim et effectum decreti vel statuti obtineat, supplicamus Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Gulielmo Archiepiscopo Cantuariensi, Visitori nostro honoratissimo, ut eam auctoritate sua Visitatoria confirmare dignetur.

In cujus rei testimonium nomina nostra propriis manibus subscripsimus.

R. JENKYNS, Magister,
CAROLUS H. OGILVIE, Socius senior,
GULIELMUS GRESWELL, Socius,
JOANNES CARR, Socius,
JACOBUS THOMAS ROUND, Socius,
JOANNES MITCHEL CHAPMAN, Socius,
EDWARDUS KITSON, Socius,
GEORGIUS MOBERLY, Socius,
FREDERICUS OAKELEY, Socius,
HERMAN MERIVALE, Socius,
EDWARDUS TURNER BOYD TWISLETON, Socius,
PETRUS SAMUEL HENRICUS PAYNE, Socius,
SAMUEL HENRICUS WALKER, Socius.

In ordinationis supra scriptæ confirmationem, decrevimus et, unanimi consensu Magistri et Sociorum omnium, decretum volumus, ut hæc nova verborum formula in locum antiqui "De Scholasticis" statuti substituatur.

Datum ex ædibus Lambethanis die vigesimo mensis Februarii anno Domini millesimo octingentesimo trigesimo quarto.

W. CANTUAR. Visitor.

A.D. 1838.—*Decision of the Visitor, the Master, and the two Senior Fellows.*

Cum inter Socios Collegii de Balliolo dubitatio suborta sit, liceatne ipsis secundum statuta aliquem Socium probandum eligere, nisi prius certiores facti fuerint cum sibi sacerdotium tanquam vitæ rationem proposuisse;

Visum est Visitatori, Magistro et duobus senioribus, ad quos ex statuto (cap. 41 de Visitatoris auctoritate) "si obscurum aliquid aut ambiguum occurrat de quo oriatur contentio quodque merito egeat interpretatione" referendum sit; quod licebit iisdem Magistro et Sociis quemlibet in locum Socii probandi eligere, juxta conditiones statuti (cap. 13 de eligibilis et probandi circumstantiis) quamvis ille candidatus sacros ordines suscipiendos non sibi proposuerit.

In cujus rei testimonium nomina nostra propriis manibus subscripsimus, die trigesimo mensis Octobris, 1838.

W. CANTUAR.,
RICARDUS JENKYNS, Magister,
JOANNES MITCHEL CHAPMAN, Socius primus,
FREDERICUS OAKELEY, Socius secundus.

FOUNDATIONS OF FELLOWSHIPS, &c.

Deed by Sir John Popham, Knight, establishing six Scholarships, in execution of a power given him by the Will of Peter Blundell.

A.D. 1601.—To all Christian people to whom these present writings quadripartite indented shall come or be seen, Sir John Popham Knight, Chief Justice of the Pleas before our Sovereign Lady the Queen to be holden, and one of her Majesty's honourable privy, Council sendeth greeting, In our Lord God everlasting. Know ye that whereas Peter Blundell late of Tyverton in the county of Devon deceased, by his last Will and Testament hath ordained that six Scholars to be students in Divinity in the Universities of Oxford and Cambridge or either of them shall be founded and established, in such manner and form as to me the said Sir John Popham should be thought meet; as by the same Will it doth and may more particularly appear. Now know ye, that I the said Sir John Popham do think meet and so do hereby ordain and establish that two of the said Students or Scholars shall be founded and be in Balliol College in the University of Oxford, to have continuance there for ever, the one of which for this present shall be John Berry of Tyverton and now of Corpus Christi College in the same University of Oxford, who shall continue the study of Divinity, remain unmarried, and be of that house, and of good conversation, and not otherwise any ways advanced, nor exceed ten years of his being a Master of Arts, during which time, and no longer, he shall receive yearly fifteen pounds for his maintenance payable half yearly, and be deemed every way as a Fellow of that house. And the other shall be Christopher West, who shall have eight pounds yearly towards his maintenance in that College, payable half yearly so long as he shall dispose himself to the study of Divinity, and continue in that house unmarried, be of good conversation, and not otherwise advanced, nor exceed ten years their after he shall be Master of Arts. And the former place falling void the same Christopher West to succeed him, leaving his former place and pension of eight pounds yearly, and thenceforth to take the said pension of fifteen pounds by the year in such manner and under such

limitations and conditions as the said Fellow John Berry is to enjoy the same. And that other two of the said six Students or Scholars shall be founded and be in Emanuel College in the University of Cambridge, to have continuance there for ever. The one of which for this present shall be James Walbancke of the same College Master of Arts, so that he continue the study of Divinity, remain unmarried, and be of good conversation, and of that house, and not otherwise any ways advanced, and a Master of Arts not exceeding ten years standing, during which time he shall receive yearly fifteen pounds for his maintenance, payable half yearly, and be as a Fellow of that house. And the other shall be for this present George Walter, who shall have eight pounds yearly towards his maintenance in that College, payable half yearly, so long as he shall dispose himself to the study of Divinity, and continue in that house unmarried, of good conversation, and not otherwise any ways advanced nor exceed ten years of his being Master of Arts. And the place of the said James Walbancke falling void, the said George Walter to succeed him, leaving his former place and pension of eight pounds yearly, and thenceforth to take the said pension of fifteen pounds by the year, if the said George Walter shall then be living, in such manner and under such limitations and conditions as the said James Walbancke is to have or enjoy the same, and not otherwise. And that the other and last two of the said six Students or Scholars shall be founded in Sidney College in the same University of Cambridge, to have continuance there for ever; the one of which two for this present shall be William Durant of the same College Master of Arts; so that he continue the study of Divinity, unmarried and be of good conversation, and of that house, and not otherwise advanced nor exceed ten years of his being Master of Arts; during which time he shall receive yearly fifteen pounds for his maintenance, payable half yearly, and be as a Fellow of that house. And the other shall be John Pockington of the same College Batchelor of Arts, who shall have eight pounds yearly towards his maintenance in that College, so as he shall dispose himself to the study of Divinity, and continue the same in that house, be of good conversation, unmarried, and not otherwise advanced. And the place of the said William Durant falling void, the said John Pockington to succeed him, leaving his said former place and pension of eight pounds yearly, and thenceforth to take the said pension of fifteen pounds by the year, if he the said John Pockington shall then be living, and continue the study of Divinity, be of good conversation, unmarried, of the same house, and not otherwise advanced, nor exceed ten years of his being Master of Arts. And that for ever after the

becoming void of the towns or places in the said Universities, others shall be always hereafter chosen out of the Scholars of the School to be erected by force of the last Will and Testament of the said Peter Blundell, according to the true meaning of the same Will. And of this ordinance to supply the places for happening void, I do also order and establish that those Scholars go to be assigned as aforesaid, shall be for ever admitted into the said several Colleges as the Scholars founded there by Peter Blundell sometime of Tyverton deceased, and that they shall be called by the names of Peter Blundell's Scholars, and that they and every of them shall be subject and obedient to the orders of the several Colleges into which they shall be admitted. And forasmuch as the said Scholars cannot be in this manner admitted into the said Colleges and houses without the consent of the Governors and Fellows of the same, and for that they may have lodgings in the said several Colleges and houses, and that there may the better care be had of the good education and government of the same Scholars, I do ordain that each of the Masters or Governors of the said houses shall have yearly for ever forty shillings; and that there shall be paid and delivered yearly for ever to the use and behoof of each of the said houses, towards the better reparations thereof and providing of other necessaries for the same several houses, twenty shillings; the same forty shillings and twenty shillings to be paid yearly at the feast of the Annunciation of our Lady the Virgin Mary for ever, or within forty days after the same feast. All which sums of money shall be paid and allowed out of the lands appointed and provided, and to be appointed and provided for the same, being of the clear yearly value of one hundred pounds. And the overplus thereof not disposed shall be reserved to supply such charges and other occasions which may accidentally fall touching the same, or about the premises. In witness whereof I the said Sir John Popham to each part of the said presents have set my seal and subscribed my name, the fourteenth day of March, in the four and fortieth year of the reign of our most Gracious Sovereign Lady Elizabeth by the Grace of God of England, France, and Ireland Queen, Defender of the Faith etc., 1601.

JO. POPHAM.

Sealed, subscribed and delivered in the presence of

JA. CLARK.
 RI. BARTLET.
 RICHARD ROBERTS.
 HUGH WORTHE.
 JOHN WORTHE.

Indenture between the Master and Scholars of Balliol College and Sir John Popham, Knight, relative to the Foundation of the Blundell Fellowships.

A.D. 1604.—This indenture, made the seventeenth day of March, in the year of the reign of our Sovereign Lord James by the Grace of God King of England, France, and Ireland, Defender of the Faith, etc., the first, and of Scotland the seven and thirtieth, between the Masters and Scholars of the College of Balliol within the University of Oxford, of the one part, and Sir John Popham Knight, Chief Justice unto our said Sovereign Lord the King for the Pleas before his Highness to be holden, and of his Majesty's honorable Privy Council, of the other part. Whereas Peter Blundell, late of Tyverton in the county of Devon deceased, by his last Will and Testament hath ordained that six Scholars, to be Students in Divinity in the Universities of Oxford and Cambridge or either of them, should be founded and stablished in manner and form as to the said Sir John Popham should be thought meet, as by the same Will it doth and may more plain and at large appear; And whereas also the said Sir John Popham by his writing quadripartite indented, bearing date the fourteenth day of March in the four and fortieth year of the reign of our late Sovereign Lady Queen Elizabeth, the one part whereof now remaineth with the said Masters and Scholars of the said College of Balliol, did establish two of the said six Scholars according to the same Will and Testament in the said College of Balliol, to have continuance there for ever, as by the same quadripartite indenture more at large appeareth: Now this indenture witnesseth that the said Masters and Scholars of the College of Balliol aforesaid have assented, consented and agreed unto, and by these presents do for their parts assent, consent and agree unto all and singular the said ordinances so as aforesaid in the said quadripartite indentures set down, limited and appointed by the said Sir John Popham, and hereby promise and agree to and with the said Sir John Popham, his Executors and Administrators, to perform and allow of the same according to the true intent and meaning thereof and of these presents. And yet nevertheless it is fully assented, condiscended and agreed unto by and between the said Sir John Popham and the said Masters and Scholars, and the said Sir John Popham doth further ordain and appoint by these presents, that the said Fellows and Scholars, and every of them appointed and to be appointed according to the said recited ordinances, after they and every of them shall be admitted into the said College by virtue of the said ordinances, shall be subject and obedient to all the orders and statutes of the said

College as the other Scholars and Fellows there are and ought to be, and that neither of the said two Students or Scholars nor their successors which hereafter shall be elected or admitted to the place of a Fellow in the same College by virtue or force of the said recited ordinances or last Will and Testament of the said Peter Blundell, shall at any time hereafter have or challenge to have any part of dividends or profits of the lands of the said house or any other dividend which other the Fellows of the said College (being Fellows there by former Foundations) now have or hereafter shall have, nor shall have or challenge to have any voice amongst the said Fellows there as other Fellows of the same College have. Provided always nevertheless that this present indenture, nor any thing mentioned or herein contained, shall bind or charge the said Masters and Scholars of the said College or their successors to the entertaining or continuing the said two Students or Scholars or their Successors in the said College any longer than the several pensions to them in and by the same quadripartite writing indented allotted and granted, and the other pensions to the Masters of the said College and to the College itself, by the same writing also assigned, shall be to them and every of them according to the intent and true meaning of the same quadripartite writing indented and of these presents well and truly from time to time satisfied, contented and paid, without any willing default of those that should or ought to pay the same; which several pensions the said Sir John Popham doth further ordain by these presents shall be yearly paid for ever at the said College, at the feasts of St. Michael the Archangel and the Annunciation of our Blessed Lady St. Mary the Virgin, or within forty days next after either of the said feasts, by even and equal portions. And yet it is nevertheless condescended and agreed unto by the said Masters and Scholars of the same College, by these presents, that every of the said two Students or Fellows and Scholars which now are or at any time hereafter shall be by virtue of the last Will and Testament of the said Peter Blundell nominated and elected to be a Scholar, Student or Fellow in the said College, called Balliol College, shall have his and their chambers and lodgings within the same house as other Scholars and Fellows of the same house have, at such rates as other Fellows and Scholars there have their lodging and chambers, and freed and discharged of all charges and payments saving such as other Fellows and Scholars of the same house do pay and bear; and that the Fellow of the Foundation of the said Peter Blundell for his better encouragement and preferment shall challenge, have and enjoy, the teaching of Scholars there, and be capable of reading any lecture in the same house being chosen thereunto. And moreover the said Sir John

Popham is contented, and to that end hereby doth ordain and appoint, that from henceforth, when and as often as any of the places of the said two Students or Scholars shall be void, then the exhibition thereof from and after the time of the first vacancy thereof, for the space of one month then next following, shall come and redound to the use and benefit of the same College, if in the mean time no other shall be admitted or attain to the same place being then void. And lastly if either of the said Fellows places founded by force of the last Will and Testament of the said Peter Blundell become void and fall or come to any Scholar which at the time of his coming to the said Fellowship shall not be Master of Arts, then the same Scholar, being so admitted to the said Fellowship, shall have and receive only of the said yearly pension of fifteen pounds to them allotted and appointed by the said quadripartite indenture but twenty marks yearly, until he be Master of Arts or a Batchelor of Arts of full three years standing. And when he shall be a Master of Arts or a Batchelor of Arts of that full time, then and from thenceforth he shall have yearly paid unto him the full pension of 15 pounds by the year, and in the mean time the overplus, being yearly thirty three shillings and four pence, shall redound and be employed to the use of the house towards the building of necessary lodgings, and providing other things necessary in the house for the same Students or Scholars, at the discretion of the said Masters and Scholars of the same house. In witness whereof the said Masters and Scholars of the said College of Balliol to one part of these indentures, remaining with the said Sir John Popham, their common seal have put, and to the other part of the said indentures, remaining with the said Masters and Scholars, the said Sir John Popham his seal hath put, the day and year first above written.

JO. POPHAM.

Sealed and delivered in the presence of

J. ASHLEY.

ROGER PEMBERTON.

JO. MICHELL.

Indenture between Sir William Dunch and the Master and Scholars of Balliol College, relative to the Foundation of a Scholarship.

A.D. 1605 — This indenture, made the thirtieth day of August in the years of the reigns of our Sovereign Lord James by the Grace of God King of England, Scotland, France and Ireland, Defender of the Faith, etc., that is to say of England, France and Ireland, the third, and of Scotland the nine and thirtieth; between Sir William Dunch of Brightwell in the county of Berks, Knight, on the one party, and the Master and Scholars

of Balliol College within the University of Oxford, of the other party. Whereas Mary Dunche, grandmother unto the said Sir William Dunche and sometime wife of William Dunche Esq., deceased, carrying a most virtuous, charitable and godly disposition, as well towards the relief of the poor as for the advancement of learning and virtue, and to that purpose in her life time was very careful and desirous to convey and assure unto the said Master and Scholars and their successors one yearly rent or annuity of ten pounds by the year, to the end and purpose that with the same or the greater part thereof there might be in the said College for ever one Scholar maintained and brought up in learning and godliness, and for the better effecting thereof the said Mary Dunche a little before her death did purchase unto herself and the said Sir William Dunche and the heirs of the said Sir William Dunche certain messuages, lands, tenements and hereditaments, in Northmorton in the said county of Berks, containing by common reputation two yard lands and a quarter with the appurtenances, called and known by the names of Herons and Pannings, Harlocks, Southes and Hinksmans, sometime in the tenure or occupation of one John Horseley, and now or lately in the tenures and occupation of Robert Horsely and Thomas Leaver of Northmorton aforesaid, intending and purposing to grant and assure forth the same unto the said Master and Scholars and their successors one yearly rent or annuity of ten pounds, to the intent that there might be yearly forth of the same exhibition of eight pounds, satisfied and paid by the said Master and Scholars and their successors for ever unto one Scholar, from time to time to be placed, maintained and brought up in the said College, for and towards his maintenance and bringing up, in manner and form as after in these presents shall be expressed and declared; Now this indenture witnesseth that the said Sir William Dunche, in the accomplishment and performance of the said, most virtuous, charitable and godly intent of his said grandmother, and for divers other good considerations him thereunto especially moving, hath given, granted and confirmed, and by these presents doth give grant and confirm, unto the said Master and Scholars and their successors one annuity or yearly rent of ten pounds, of good and lawful money of England, to be issuing and going out of the said messuages, lands, tenements and hereditaments, in Northmorton aforesaid; to have and to hold the said annuity or yearly rent of ten pounds unto the said Master and Scholars and to their successors for ever, to be paid at the feasts of St. Michael the Archangel and of the Annunciation of the Blessed Virgin Mary, by even portions. And if it shall fortune that the said annuity or yearly rent of ten pounds to be behind or unpaid,

in part or in all, by the space of fourteen days next after any of the said days of payment, in which the same ought to be paid as aforesaid, that then and from thenceforth and so often, from time to time, it shall and may be lawful to and for the said Master and Scholars and their successors into the said messuages or tenements, and all other the premises with their appurtenances, and into every or any part or parcel thereof, at their wills and pleasures, to enter and distrain, and the distress and distresses there taken with them to retain and keep, until they shall be of the said rent with the arrearages thereof (if any shall be) fully satisfied and paid. And moreover the said Sir William Dunche, for him his heirs and assigns, doth further grant unto the said Master and Scholars and their successors, that if it shall fortune at any time that the said yearly rent or annuity of ten pounds shall fortune to be behind or unpaid, in part or in all, by the space of eight and twenty days next after any of the said feasts, in which it is limited to be paid by these presents as is aforesaid, and shall be lawfully demanded, that then and from thenceforth and so often he the said Sir William Dunche and his heirs and assigns shall and will forfeit, loose and pay, unto the said Master and Scholars and their successors the sum of twenty shillings, for and in name of a penalty, for every eight and twenty days the said yearly rent or annuity shall so fortune to be or continue behind or unpaid as is aforesaid; and that then and from thenceforth and so often likewise it shall and may be lawful to and for the said Master and Scholars and successors into the said messuages, lands, tenements and hereditaments, or any of them, to enter and distrain, and the distress and distresses to lead, carry, drive away and retain, until they shall be of the said rent and penalty, together with the arrearages of them (if any shall be), fully contented, satisfied and paid; provided that this grant shall not charge the person of the said Sir William Dunche or his heirs. And the said Master and Scholars in consideration of the premises, and for the full satisfaction and accomplishment of the good and virtuous intent and desire of the said Mary Dunche, as aforesaid, for them and their successors do covenant, grant and agree, to and with the said Sir William Dunche his heirs and assigns that they the said Master and Scholars and their successors yearly, so long as they shall or may enjoy the said rent or annuity of ten pounds granted as aforesaid, shall and will allow and bestow forth of the same the sum of eight pounds of lawful money, quarterly by even portions, for and upon the maintenance and bringing up of such a Scholar as is and shall be placed and nominated as a Scholar of or in the said College, according to the purport and true meaning of these presents. And as touching the nominating,

placing, chosing, maintenance, ordering and bringing up of such Scholar, it is fully covenanted concluded and agreed by and between all the parties to these presents in manner and form following; that is to say, that one Henry Whitney now placed in the said College shall be and continue the first Scholar of the said place, and shall have and receive the said yearly allowance or exhibition of eight pounds by the year, in manner and form before expressed, and for and during the space of ten years immediately from and after the last day of January in the year of our Lord God one thousand six hundred and three, if he shall so long live; and that after the end of the said ten years or other becoming void of his said place or Scholarship, which shall first happen, and so from time to time ever afterwards upon every avoidance of the said place or Scholarship either by death, expiration of time or otherwise, there shall be chosen one other Scholar to have and enjoy the said place (when the turn shall fall to the said Master and Scholars and their successors) for the free school of Abingdon in the said county of Berks, if there shall be then any Scholar in that School fit to be chosen; or if there shall not be any Scholar there fit to be chosen, then forth of some other place. And that every Scholar so hereafter chosen shall hold or remain in his said place or Scholarship of or in the said house, by the space of seven years only, and no more, if he shall so long live, unless he shall for any offence or contempt committed against the statutes or orders of the said College be lawfully and justly expelled, and for proceeding in degrees, shall be subject to the custom and statutes of the said College as other Scholars and Batchelors are, and in the mean time shall have duly allowed or bestowed unto or for his maintenance the said yearly exhibition of eight pounds, in manner and form before expressed. And it is farther covenanted, concluded and agreed, by and between the said parties to these presents, that the election, nomination and appointment, of the said Scholar shall be in manner and form following; that is to say that after the end of the said ten years or death of the said Henry Whitney, or other becoming void of his said place or Scholarship, which shall first happen, the said Sir William Dunche and his heirs shall have the first, and the said Master and Scholars and their successors the next nomination, election and appointment of the said Scholar and Scholars, and so alternis vicibus, by turn from time to time, the said Sir William Dunche and his heirs the one turn and the said Master and Scholars and their successors the other, for ever, to be made in manner and form aforesaid. And it is farther covenanted, granted and agreed, between the said parties to these presents, that upon every avoidance of such Scholars

place as shall by any means belong unto the election, nomination or appointment, of the said Master and Scholars and their successors, the said Master and Scholars and their successors, within one month after they shall have such power and liberty to nominate, elect and appoint, as aforesaid, shall by the said Master and Scholars and by such number of them, and in such manner, as by the statutes and orders of the said house for election of Scholars is appointed, that is, by the Master and two Seniors for the time being, nominate, elect and appoint one other such Scholar, as by the purport and true meaning of these presents is to be appointed into and unto the said room or place, to receive and enjoy such exhibition and maintenance as aforesaid. And that, upon every avoidance of Scholars place aforesaid as shall appertain unto the said Sir William Dunche and his heirs, that he the said Sir William Dunche and his heirs, within the space of two months after he or they shall have such power and title to nominate, elect and appoint, a Scholar as aforesaid, and notice thereof within one month after the avoidance being given to the said Sir William Dunche and his heirs by the Master and one of the Scholars for the time being, shall seal, nominate, elect and appoint. . . . one other for the said place. And if the said Sir William Dunche or his heirs shall not within the space of the said two months make such nomination and election as aforesaid, then he the said Sir William Dunche and his heirs shall lose for that time only that his or their then turn of nomination and election as aforesaid. And then it shall be lawful to and for the said Master and Scholars and their successors, in manner and form before expressed, to nominate and elect for that time one Scholar as aforesaid. And if the said Master and Scholars or their successors shall not, within the space of two months, when their turn shall come about, make such nomination and election as aforesaid, then the said rent or annuity to cease or be suspended, until a Scholar shall be by them nominated, elected and appointed, as aforesaid. And moreover it is in like manner agreed, that the said Henry Whitney and all and every such other Scholar and Scholars which from time to time shall be nominated, chosen and placed, as Scholars in the saide College, according to the purport and true meaning of these presents, shall be in all things subject to the Master and Fellows of the said College and to the rules and ordinances, orders and statutes, of the said College made for the same, and shall be chamber free there, and ordered, ruled and demeaned as touching their discipline, exercises, and bringing up, in such manner as the Exhibitions of Doctor Bell and other the Scholars of the said house are; and shall be elected, if he be sufficient, before any that at such time of election is not Scholar of the said house, to a

Fellowship, according to the statute of the house in that behalf provided. And further that every Scholar hereafter to be chosen shall have and receive his said exhibition of eight pounds, to be accounted from the time of the first avoidance of the said place then next before his said choice. In witness whereof the said Sir William Dunche to the one parte of these present indentures, delivered and remaining with the said Master and Scholars, hath set his hand and seal, and to their part delivered and remaining to and with the said Sir William Dunche the said Master and Scholars have set their common seal. Dated the day and year first above written.

BROOKE WITNEY.
JOHN WHISTLER.
HENRY DOUNT.

WILLIAM DUNCHE.

Indenture between the Executors and Heirs of Peter Blundell and the Master and Scholars of Balliol College, relative to the Foundation of the Blundell Fellows.

A.D. 1615. This indenture tripartite, made the 11th day of November in the thirteenth year of the reign of our Sovereign Lord James, by the grace of God King of England, France and Ireland, Defender of the Faith, etc., and of Scotland the nine and fortieth, between Sir W. Craven, Knight, Citizen and Alderman of London, William Parker, Citizen and Merchant Tailor of London, and John West of Tyverton in the county of Devon, Clothier, being the surviving Executors of the last Will and Testament of Mr. Peter Blundell, late of Tyverton aforesaid, clothier, deceased, of the one part; and the Master and Scholars of the College of Balliol in the University of Oxford, of the second part: And Sir Francis Popham, Knight, Roger Warr Esq., Humfrey Coleman, Edward Amy, Nicholas Skinner, Richard Hill alias Spurway, Richard Prowse, John West the younger, Peter West, John Deyman, John Blundell, Peter Blundell his son, Roger Slee, and Anthony Crosse, being the surviving named Feoffees of the lands of the said Peter Blundell deceased, in his said last Will and Testament, of the third part: Whereas the above named Peter Blundell, by his last Will and Testament in writing, did ordain and appoint that a free Grammar School should be erected and builded in Tyverton aforesaid; and for the maintenance and continuance of the same for ever, he did devise and give to the Feoffees aforesaid and to others that are since deceased and to their heirs for ever lands of good value: And whereas, for the increase of good and godly preachers of the Gospel, the said Peter Blundell by his said last Will and Testament did will the Executors thereof should disburse and bestow the

sum of two thousand pounds in and about the founding and establishing of six Scholars, to be students in Divinity in the University of Oxford or Cambridge, or in both for ever, and in and about the purchasing, procuring, founding and establishing of land and tenements, for their placing and maintenance for ever, in such manner as Sir John Popham, Knight, late Lord Chief Justice of England deceased, or, in his default, as the Executors of the said Mr. Peter Blundell, or the most part of them, by good advice should think meet: And the said Mr. Peter Blundell did appoint that the said places, as they should become void, should be for ever supplied with Scholars out of the said Grammar School of Tyverton, and not elsewhere, to be elected and chosen by the Feoffees of the land of the said School or the most part of them for the time being, with the advice of the Schoolmaster there, as in and by the said last Will and Testament amongst many other things more fully and at large it doth and may appear: And whereas the said Sir John Popham, in his life time, did place and found two of the said six Scholars in Balliol College aforesaid in the University of Oxford, to have continuance there for ever; and did ordain one of them to be Fellow of said College and the other to be Scholar of the said College; which said Fellow and Scholar the said Executors have maintained in the said College till the date hereof; but the said Sir John Popham departed this life before he did or could perfectly establish or finish the same foundation: In consideration whereof, the said Executors, being exceeding desirous fully to perfect that good Christian and godly work, directed and left to their charge by their dear and loving friend Mr. Peter Blundell deceased, are ready and willing to disburse the sum of one thousand marks, being a third part of the said two thousand pounds limited to be bestowed for the said six Scholars, and also to disburse and pay the sum of thirty-three pounds, six shillings, eight pence by way of increase, which amounteth in the whole to the sum of seven hundred pounds, for and towards the purchasing of land situate, lying and being, in Woodstock in the county of Oxon, of one Jerome Nashe, Gent.; for which the said Master and Scholars of the same College have contracted and bargained for the maintenance in the said College of the said Fellow and Scholar and of their successors for ever: Witnesseth now these presents, that in consideration thereof, the said Executors, Sir W. Craven, Knight, William Parker and John West, by and according to the authority to them by the said last Will and Testament of the said Mr. Peter Blundell given, do hereby, by and with the consent and agreement of the Master and Scholars of the said College, ordain, establish, ratify and confirm, the said foundation of one Fellow and one Scholar in the said College for ever, and that they shall be

for ever hereafter named and called the Fellow and Scholar of Mr. Peter Blundell's foundation there; and that in all publick sermons and commemorations, to be preached and made by the said Fellow or Scholar within the said University, they and either of them for ever shall make publick mention of the said Peter Blundell of Tyverton as of their Founder in the said College; and that the said places shall be for ever hereafter supplied with Scholars to be taken out of and from the said free Grammar School in Tyverton aforesaid, to be chosen according to the said Will. And they the said Sir W. Craven, W. Parker and J. West, do further ordain and establish, by and with the consent of the Master and Scholars of the said College, that the said Fellow and Scholar of the said Peter Blundell's foundation in the said College, and their successors for ever, to be chosen out of the said Mr. Blundell's free Grammar School of Tyverton aforesaid, shall be of the body and foundation of the said College, and shall be one Fellow and one Scholar of the same College; and the said Fellow and his successors shall have like and equal place with the Fellows of the former foundation of the said College; and that the said Scholar and his successors shall have like and equal place with the other Scholars of the former foundation of the said College; and be alike capable of and have and enjoy respectively all profit, right, chambers, allowances, offices, lectures, sealings, dividends, and all other commodities whatsoever in any sort to any Fellowship or Scholarship respectively of the said College appurtenant or belonging, or that shall hereafter to them appertain or belong (such additions, alterations and qualifications, as hereafter in and by these presents are contained, mentioned, or expressed only excepted and foreprized). Also the said Executors do further ordain and establish, by and with the consent of the said Master and Scholars of the said College, that when the said place of the Fellow for the time being of Mr. Peter Blundell's foundation, at any time hereafter, by death, resignation, limitation or otherwise, shall become void, that then the Scholar for the time being, of the said Peter Blundell's foundation, shall be elected to succeed in the said Fellow's place at the next election in the said College after the avoidance, to be thenceforth to the year of probation as is used in the said College; so that the said Scholar shall be then Batchelor of Arts, or of the age of full twenty years, otherwise he is to continue as before till he shall so be, and then at the next election after to be chosen and admitted as aforesaid; and that the Master and Scholars of the said College for the time being shall forthwith, within two months next after the avoidance of the said places of Peter Blundell's foundation in the said College, or of either of them, give notice in writing thereof to some of the Feoffees of the lands

given by the said Mr. Peter Blundell for the maintenance of the said Grammar School, for the time being, in Tyverton aforesaid, to the end that they may make choice of another Scholar out of and from the said School, to be sent to the said College to succeed in the said void place. And in regard the said College shall be at some charge in sending and giving the said notice, the said Executors do ordain that the allowance and exhibition both of commons and stipend belonging to the Scholars come of Mr. Peter Blundell's foundation, shall for two months immediately following the said vacancy redound to the said College, and from thenceforth to remain to and for the said Scholars that shall be sent from the said School. And if, upon such notice given, the said Feoffees for the time being shall not, within two months next after the notice given, as is aforesaid, send a Scholar to supply the said room in the said College, that then the said College shall and may retain the said allowances and exhibitions belonging to the said Scholarship, until the said Scholar shall be sent; but if the Scholar be not sent from Tyverton, for want of such notice to be given by the said College as is aforesaid, then such Scholar as is next sent by the said Feoffees for the time being from the said School shall have and receive all the means, rates of allowance and exhibition, from the time that the said place in the said College fell or became void, the same to be paid and delivered by the said College to the next succeeding Scholar to be sent to the said College from the said School, at the next quarter day after his admission in the said vacant place. And that the said Master and Scholars of the College aforesaid for the time being shall not, without some apparent defect or crime, refuse any Scholar so to be sent to them by the said Feoffees for the time being to be admitted into the said place or places in the said College; but if such person so sent shall be insufficient and not prove towardly for learning, then, after three years trial and probation from his coming to the said College, it is agreed he may be removed and expelled from thence; and thereupon notice is thereof to be sent and given unto the said Feoffees for the time being, as is aforesaid, to the end they shall send another to supply the said void place in the College aforesaid. And the said Executors do further ordain and establish, by and with the consent of the Master and Scholars of the said College, that if at any time or times hereafter it shall happen the said Fellowship and Scholarship of Peter Blundell's foundation shall be together void, and so two at one time or near together shall be sent from the said Grammar School to the said College, and both shall be Undergraduate, neither of them shall be chosen Probationer till he be Batchelor of Arts or twenty years of age; but both of them shall for that time

continue Scholars with only the Scholars' allowance, stipend and exhibitions, of Peter Blundell's foundation; and which of the said two shall first be Batchelor of Arts or full twenty years of age he shall be chosen to the year of probation, and after shall be Fellow of the said College; and the other, and so all other Scholars of the said Peter Blundell's foundation, though Batchelor of Arts, shall receive the allowance and stipend of a Scholar until he shall be Master of Arts, and no longer, because he is thenceforth by the statute of the said College incapable of being chosen Fellow, and therefore is to leave and no longer to enjoy the said Scholars place, but another, from and out of the said School of Tyverton, is as aforesaid to be sent for and placed therein. Nevertheless, by the mediation and procurement of the said Executors, it is fully and absolutely condescended and agreed unto by the said Master and Scholars of the said College for themselves and their successors for ever, that if after any Scholar of Peter Blundell's foundation in the said College shall be a Batchelor of Arts of one year's standing (from the time of his determining) any Fellowship of any the former foundation or foundations of the said College shall be void by death, resignation or otherwise, the said Scholar of Peter Blundell's foundation shall without refusal or denial be chosen unto the same void Fellowship, and the same Fellowship and the profits thereof he shall enjoy until the said Fellow's place of Peter Blundell's foundation shall be void, and from thenceforth to succeed him therein; and in the mean time the said Scholar's place of Peter Blundell's foundation shall remain vacant, and then another to be sent for from the said Grammar School as is aforesaid, to be elected and chosen into the said Scholar's place of Peter Blundell's foundation in the said College, as is aforesaid. And the said Executors do likewise ordain and establish, by the assent and consent of the said Master and Scholars of the said College, that the said Fellow and Scholar and all and every such person and persons that shall succeed them respectively in their several places, after such time as they shall attain the Degree of Master of Arts within the said University of Oxford, or have time to attain the same by statute of the said College, shall apply and addict themselves to the study of Divinity; and so soon as by the law they may, shall enter into the Ministry and become Preachers of the Word of God. And that the said Fellow and Scholar respectively of Peter Blundell's foundation in the said College and their successors for ever, during their continuance in their said places, shall be resident within the said College, without absence from thence without the licence of the Master and Scholars of the said College for the time being, and with licence in no other sort than as the other

Fellows and Scholars of the former foundation of the said College may be; and that they shall not enjoy their places respectively after they have accepted a benefice with cure of souls or charge of school whatsoever. And further that the Fellow and Scholar of Peter Blundell's foundation in the said College, and all such person and persons as shall hereafter succeed them in the same, shall not hold or keep, or be capable to hold or keep, the said Fellowship or Scholarship of Peter Blundell's foundation in the said College, for any longer time than for ten years next after he hath commenced or hath time to commence Master of Arts by the statute of the said College; but that after the said ten years, or after that he shall accept a benefice with cure of souls or a school, the said Fellowship and Scholarship respectively shall be absolutely void, and another to be chosen therein, in such manner and form as is before prescribed. Furthermore, the said Executors do ordain and establish, by and with the consent of the Master and Scholars of the said College, that the said Fellowship and Scholarship shall each of them have for ever hereafter allowed to them and annexed to their places, over and besides the ordinary allowance of the College, an Exhibition or stipend of five pounds by the year, of and from the said College, to be paid at the two feasts of the year, that is to say at the feast of the Annunciation of our Lady and St. Michael the Archangel, by equal portions. Nevertheless, it is agreed and assented to by all the parties to these presents, that if, by any future gift or otherwise, the said Fellowship and Scholarship shall happen to be increased, then so much shall be deducted from and out of the said Exhibition, as shall be so increased to them. Also it is ordained and established by the parties aforesaid, that the Fellow of Peter Blundell's foundation in the said College for the time being, for ever hereafter, shall be Tutor to the Scholar of his foundation, and shall freely without stipend or reward read duly to him, until the said Scholar shall be a Graduate. And for that Christopher West, now one of the Scholars of the said Mr. Peter Blundell's foundation in the said College, is Master of Arts, and so is ineligible by the statute and orders of the said College unto any Fellowship of the same, and John Wood, Batchelor of Arts, now one other Scholar of the said Peter Blundell's foundation in the said College, hath time to proceed Master of Arts, who will be in the like case ineligible into any Fellowship if he do proceed Master of Arts before he be chosen Fellow, the said Executors, by and with the consent and approbation of the Master and Fellows of the said College, do ordain that the said Christopher West for his time, till he shall be of ten years' standing from his proceeding Master of Arts, or otherwise in the mean time preferred as aforesaid, shall have

and receive allowance of and from the said College the sum of twenty pounds yearly, to be paid by even portions quarterly, and so continue as now he is. And that the said John Wood, at the time of the next election within the said College, shall be chosen Probationer to a Fellow's place of the same College, to continue so until the departure or avoidance of the place of the said Christopher West; and for that time to receive and have from the said College only the allowance and stipend aforesaid of Mr. Peter Blundell's Scholar, and after the avoidance of the place of the said Christopher West then to be Fellow of* . . . the said Peter Blundell's foundation in the said College, according to the ordinances aforesaid. And it is condescended and agreed between all and every the parties to these presents, that in all other points and matters, the Fellow and Scholar of Mr. Peter Blundell's foundation in the said College shall be subject and sworn to observe the statute of the same College. And lastly, the Master and Scholars of the College aforesaid, with one assent and consent, do approve, ratify and confirm, the foundation of the Fellow and Scholar of Mr. Peter Blundell in the said College and all the ordinances aforesaid; and do hereby for themselves and their successors faithfully promise, covenant and agree, to and with the said Sir William Craven, William Parker and John West (the Executors aforesaid) and to and with the said Sir Francis Popham, Roger Warr, Humfrey Coleman, Edward Amy, Nicholas Skinner, Richard Hill a'ias Spurway, Richard Prowse, John West the younger, Peter West, John Deyman, John Blundell, Peter Blundell his son, Roger Slee and Anthony Crosse (the Feoffees before named) to and with the heirs, Executors and Administrators of them and every of them, that all and every the ordinances aforesaid shall be for ever hereafter well and truly observed, performed, fulfilled and kept, according to the true intent and meaning of them; and that every Fellow of the said College that shall hereafter be elected and chosen into any Fellowship there, of what foundation soever, shall be sworn in the said College to the observation of the ordinances in these presents mentioned and expressed. In witness whereof the parties aforesaid to these present indentures interchangeably have set their seals, with one assent and consent, the day and year first above written.

WM. CRAVEN. WILLIAM PARKER. JOHN WEST.

Sealed and delivered in the presence of us

HUMF. WERE.

JOSEPH SKYNNER.

HUGH CANWORTHY.

EDWARD TROBRIDGE.

* Sic.

Indenture of Foundation of one Fellowship and two Scholarships, made between the Lady Periam on the one part, and the Master and Fellows of Balliol College on the other part.

A.D. 1620. This indenture, made the fourteenth day of July, in the years of the reign of our most gracious Sovereign Lord James by the Grace of God of England, France and Ireland King, Defender of the Faith, &c., the eighteenth, and of Scotland the three and fiftieth, between Dame Elizabeth Periam of Greeneland in the county of Berks, widdow, late wife of Sir William Periam, Knight, chief Baron of his Majesty's court of Exchequer, and daughter of the right honourable Sir Nicholas Bacon, Knight, sometimes Lord Keeper of the great seal of England, and sister of the right Honourable Francis Lord Verulam now Lord Chancellor of England, on the one part; and the Master and Scholars of the College of Balliol *alais* Balliol College in the University of Oxon, on the other part. Whereas the said dame Elizabeth Periam is minded and desirous. by and out of that estate and those lands and revenues wherewith God hath blessed her (over and besides those by her already disposed for the education and binding apprentices of poor men's children and other relief to poor and aged persons in Henly upon Thames in the county of Oxon) to procure in some measure the promoting and increase of learning and religion; and whereas Sir Nicholas Bacon and Sir Nathaniel Bacon, Knights, Brothers of her the said Dame Elizabeth Periam, stand and be seized to them and their heirs upon trust and confidence to convey and dispose the same as by her the said Dame Elizabeth Periam shall or should be required, limited or appointed, of and in all that * farm, farm-house, messuage or tenement, commonly called or known by the name of the Burrowe, and of and in all edifices, buildings, orchards, gardens, lands, meadows, pastures, feedings, woods, underwoods, commons, wastes, heaths, ways, waters, fishings, profits, commodities, hereditaments, and appurtenances whatsoever, to the said farm, farm-house, messuage, or tenement and premises or any of them, appurthaining or belonging, or deemed or taken as part, parcel, or member of the same, or therewith, as part or parcel thereof or as pertaining or belonging thereunto, demised, let, held, used, occupied or enjoyed; all which premises are situated, lying and being, in the towns, fields, parishes or precincts of Hambleden and Medmenham in the said county of Berks or in one of them, the same being by her the said Dame Elizabeth Periam purchased and provided for good, godly and charitable uses; Now witness these presents, that she the said Dame Elizabeth Periam doth covenant,

* Sic.

promise, grant and agree, to and with the said Master and Scholars of the College of Balliol alias Balliol College in manner and form following; (that is to say) that she the said Dame Elizabeth Periam shall and will, on this side and before the feast of St. Michael the Archangel now next ensuing the date hereof, cause and procure them the said Sir Nicholas Bacon and Sir Nathaniel Bacon well and sufficiently to convey and assure to them the said Master and Scholars and their successors for ever all and singular the said farm, farm-house, lands, tenements, hereditaments and premises, and the fee simple and inheritance thereof (the licences for the alienation of the premises in mortmain as well of his Majesty as of the mean Lord or Lords of whom the premises be held being on that behalf first had and obtained): all which shall be done at the cost and charges of her the said Dame Elizabeth Periam. And that the said farm, farm-house, lands and premises, now are and shall be and shall continue at all times hereafter to the said Master and Scholars of the clear yearly value of fifty pounds, over and above all charges and reprises. And it is agreed by and between the said parties, that in consideration thereof, there shall stand and be added, annexed and incorporated into and unto the said College and the corporation thereof one Fellowship and two Scholarships, to have continuance for ever and to be accounted, called, stiled and known, by the name of the Lady Periam's Fellowship and Scholarships as of her foundation and erection. And it is further agreed between the said parties, that she the said Dame Elizabeth Periam shall have the choice and nomination of the persons first to be settled in the said Fellowship and Scholarships, and that the first Fellow by her Ladyship to be named shall be, in and during the first year from and after his first nomination, a Probationer of the said College; yet so as that during that year he shall have the full allowance of a Fellow, and that at the year's end he shall be a full and complete Fellow of the said College, and shall thenceforth have all benefits and advantages and be capable of all places offices and preferments as fully to all intents and purposes as other Fellows by the statutes, usages and ordinances, of the said College are to have and be. And it is agreed, that as often as, during the life time of her the said Dame Elizabeth Periam, her said Fellowship or Scholarships shall become void, the succeeding Fellows and Scholars of the said Lady Periam's erection and foundation shall be elected and chosen from time to time by her self the said Dame Elizabeth Periam, during her life, and from and after the decease of her the said Elizabeth Periam the said Fellow, when and as often as the said Fellowship shall become void, shall be chosen, nominated and elected, by the said Master and Fellows of the said Col-

lege, in such sort, manner and form, as other Fellows of the said College are by the statutes and ordinances of the said College to be elected and chosen. And, from and after the death and decease of the said Dame Elizabeth Periam, the Master of the said College for the time being shall have the choice, nomination and appointment, of one of the said two Scholars from time to time, when and as often as the same shall become void, viz. to such one of the said two Scholarships as shall first and next become void from and after the decease of her the said Dame Elizabeth Periam, and so in succession for ever to that place. And the Fellow of the said Dame Elizabeth Periam's erection shall after her decease have the choice, nomination and appointment, of the other Scholar to the other Scholarship in perpetuity for ever. And it is further condescended and agreed, that as well the Fellows and Scholars by her the said Dame Elizabeth Periam nominated and appointed, as all other which shall succeed them, shall be subject to the orders and statutes of the said College touching the rule, ordering and government of them in all things, and the loss and desertion of their places, in such sort, manner and form, as other Fellows and Scholars of the said College be and ought to be; saving that the Scholars by her the said Dame Elizabeth Periam first chosen and appointed to the said Scholarships, who happily may be of good continuance in the University before their such election, shall or may enjoy their said places by the space of three years after that they shall have proceeded Bachelors of Art, their such degree and proceeding notwithstanding, unless they shall sooner attain to the age of twenty and four years. And it is further condescended and agreed that the said dame Elizabeth Periam's Fellow for the time being, and in all times to come, shall be admitted and received in omne jus Socii, and have and enjoy such and the like commons, diet, stipends, fines upon leases, dividends and allowances, as other Fellows of the said College shall or do enjoy; and shall have like privileges, immunities and advantages of voices in elections, chambers and other things; and be capable of and eligible to offices, lectures and other benefits and preferments, in such and like manner as other Fellows of the said College be. And that the Lady Periam's Scholars for the time being shall be admitted in omne jus Scholarium, and have equal and like diet, commons, benefits, advantages, privileges, immunities, prerogatives and allowances as other Scholars of the said College; and be in like manner with them eligible to any Fellowship of the said College before others not being Scholars of the said College. And further also that each of them the said Scholars shall have yearly four pounds pension out of the revenues of the said lands and premises, the same to be paid quarterly by equal and even portions. And that the Lady Periam's Fellow for the

time being, in all perpetuity hereafter, shall undertake the tuition or tutorship of her Scholars and read unto them freely, without expecting any salary or reward for the same. And lastly it is condescended and agreed by and between the said parties, that there shall be yearly for ever upon the first Sunday in May a commemoration feast had and kept in the said College, in remembrance of the erections aforesaid and the Foundress thereof; and that four pounds of the revenues of the said premises shall be bestowed on the diet of the said feast; and that there shall be on that day yearly a sermon in the said College Chapel, which shall be preached by the Fellow of the said Lady Periam, if he shall be a minister and fit and willing to perform the same. But in case he shall be unwilling or by any accident or impediment be hindered for performance thereof, then he shall by the space of six weeks before the said day give notice or warning thereof to the Master of the said College for the time being; and then and so often and in case of his unfitness, it shall be in the election of the said Master for the time being either in his own person to make and perform the said sermon, or to design thereunto such one of the said Fellows as to him shall seem fit; and he who so preached shall have at every such time twenty shillings out of the said revenues. And for the settling and establishment of the said Fellowship and Scholarships with more comfort and contentment both to the said College and to themselves the said Fellow and Scholars, she the said dame Elizabeth Periam is pleased and contented to give fifty pounds to the said College for the building and erecting of lodgings for them her said Fellow and Scholars. Provided always, and it is nevertheless condescended and agreed by and between the said parties, that if it happen the said farm, lands, tenements, hereditaments and premises, to be at any time hereafter wholly or totally evicted, that then, for and during such time as the said Master and Scholars cannot have nor enjoy any the revenues thereof, they shall stand and be freed and discharged of and from the said maintenances and allowances herein mentioned and agreed upon. Or in case the same shall be in part only evicted, that then, during such time as they shall not nor can enjoy the same wholly, they may abate of the said allowances after a rateable proportion, answerable to the measure of such eviction: the said discharge or abatement to continue only during the time that such eviction shall stand in force, and not to be reversed nor redressed by error, attain, decree or other lawful way or mean. And lastly it is agreed, that when and as often as the said Lady Periam's Fellow together with her Scholars shall be admitted to or placed in any better chamber or lodging then that for them to be erected or provided as aforesaid, that then and so often, from time to time, the said Master

and Scholars may place any other Fellow of the said College in the said chamber or lodging provided for the said Lady Periam's Fellow and Scholars, or otherwise dispose thereof at their pleasure, according to the orders and usages of the said College; so always that the said Lady Periam's Fellow and Scholars have either the said chamber and lodging for them provided or a better. In witness whereof the parties above named to these present indentures interchangeably their hands and seals have put, the day and years first above written.

ELIZABETH PERYAM.
Obiit Maii tertio 1621.

Sealed and delivered in the
presence of us

Ro. WRIGHTE.
Ri. PILKINGTON.
THO. WENTWORTHE.
HUMFREY TAILOR.
THOMAS HEYDON.

Foundation of a Catechetical Lecture by Dr. Busby.

A.D. 1695. In nomine Dei, Patris, Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini Salvatoris 1695⁴. Quum plurimum rei literariæ intersit ut studiorum fundamenta rite jaciantur, præsertim ut institutio in fide Christiana auspiciato inchoetur et procedat, nec alibi adeo infeliciter labi contingat ac in religionis cura Deique cultu; venerabilis vir dominus Richardus Busby, S.S.T.P., ecclesiæ divi Petri Westmonasteriensis Præbendarius nec non Collegii Balliolensis Visitor meritissimus, supplicatione Dominationi ejus super ea re habita, Lecturam Catecheticaam autoritate et munificentia sua tum fundare tum stabilire dignatus est; et unanimi consensu Magistri et Sociorum dicti Collegii, in perpetuum ratam et immutabilem esse statuit et decrevit sub his conditionibus; viz.—

I°. Intra septimanam post festum Paschatis jam proxime subsequentis Prælector a Magistro assignetur, in theologiæ institutis versatus, non permansurus ultra spatium unius anni terminati post Pascha Lunæ die secundo, quo pariter die Prælector alius qui succedat nominetur, vel pro arbitrio Magistri idem Prælector, si de peracto officio optime meritus fuerit, alterius anni fungatur officio. Ita semper quotannis fiat Prælectionis nominatio a Magistro, neque ultra biennium quispiam in hoc munere unquam permaneat.

II°. In singulis Prælectionibus proponantur veritatis Christianæ præcepta, brevia et perspicua, iis rationum stabilita momentis, quæ ex S S. Scriptura, quatuor primorum Conciliorum decretis, praxi Ecclesiæ primitivæ, scriptis Patrum, Articulis, liturgia et canonibus Ecclesiæ Anglicanæ proferuntur; i.e., quæ autoritate tantum, non disceptationum argutiis

nituntur, prætermisiss omnino controversiis et scholastica subtilitate.

III^o. Prælector tenebitur habere quolibet anno triginta lectiones in exponendis Christianæ religionis orthodoxæ primitivæ et Apostolicæ principiis, qualia sunt symbolum Apostolorum, symbolum Nicænum, symbolum Athanasii, decalogus sive decem Dei mandata, oratio Dominica, duo sacramenta baptismus et eucharistia, aliaque religionis fundamenta in iisdem comprehensa, vel ex iis manifeste deducenda, quæ ad salutem æternam sunt necessaria.

Prælectiones.

1^a. De naturali religione. Quod Deus est. Rom. i. 20. ii. 14, 15. Quod anima est immortalis. Quod est spiritualis. Eccles. xii. 7. Luc. xx. 37.

2^a. De verbo Dei, tam vetere quam novo Testamento. 2 Tim. iii. 16. 2 Pet. i. 21, &c. Quod necessario habendum sit (nempe Lex ad exigendam obedientiam) idque ipsum ab Ecclesia primitiva nobis canonicè traditum; imo ex sui ipsius indiciis, viz. incomparabili veritate, simplicitate, majestate, sanctitate, antiquitate et miraculis comprobatum.

3^a. De primo et præcipuo usu Catecheticae institutionis, juxta primitivæ Ecclesiæ exemplar, 2 Tim. i. 13.

4^a. De peccato originali. Ps. li. 5. Rom. v. 18, et Actuali.

5^a. De pœnitentia. Mat. iii. 2. Marc. i. 15.

De Catechesi Ecclesiæ.

6^a. De impositione nominis. De voto sive promissione triplicis officii per Susceptores et Susceptrices, i.e., abrenunciandi Diabolo, mundo, et carni: credendi omnes articulos Christianæ fidei: observandi Dei mandata. De collatione triplicis gratiæ a Spiritu Sancto, quod infans factus est membrum Christi, Filius Dei et hæres regni cælestis. } In Baptismo.

7^a. De confirmatione cæterisque principiis Christianæ religionis a Sancto Paulo, Heb. vi. 1, commemoratis.

De Fide.

8^a. 1. De tribus Fidei symbolis, præcipue Apostolico. De fide in Deum: quod est unus in Trinitate Personarum: quod est infinitus, æternus, &c. Leg. Artic. pri. Ecclesiæ.

9^a. 2. De fide in Jesum: Quod est verus Deus, verus homo, Messias, Christus, Θεάνθρωπος.

10^a. 3. De tribus Christi officiis: quod est rex, sacerdos, et propheta.

11^a. 4. De partu. De passione. De sepultura.

12^a. 5. De descensu Christi ad inferos [Leg. Art. tertium

Ecclesiæ, et Col. ii. 14, 15. Ps. lxxviii. 18. Ephes. ii. 8, 9, 10.] De resurrectione. De ascensione ad cælos. De sessione ad dextram Patris. De mediatione.

13^a. 6. De universali iudicio.

14^a. 7. De fide in Spiritum Sanctum: quod est verus Deus et Paracletus. De donis ejus et gratiis.

15^a. 8. De Ecclesia: quod est una, vere primitiva, universalis, Apostolica, extra quam nulla est salus, a cujus unitate funditus decidere, absque pœnitentia, extrema apostasia est.

16^a. 9. De regimine Ecclesiæ. De tribus ministerii gradibus. De potestate clavium. De remissione peccatorum.

17^a. 10. De resurrectione corporis et de vita æterna.

De Decalogo.

18^a. 1. De Dei mandatis singulis, affirmative et negative, generaliter et specialiter accipiendis. De mandatis officium hominis immediate erga Deum continentibus. De atheismo, et de cultu interno: De idololatria, et de cultu externo. De sanctificatione et de profanatione nominis et verbi Dei. De observatione et de violatione Sabbati. De laboribus subeundis per sex dies, et de necessitate vocationis.

19^a. 2. De mandatis officium hominis erga fratrem continentibus. De justitia et injustitia superiorum, et de obedientia et inobedientia inferiorum. De ira et homicidio; de clementia et philadelphia. De luxuria et libidine; et de temperantia et castitate. De avaritia et furto, et liberalitate et cleemosyna. De veriloquio et falsiloquio, in judiciis et commerciis. De inventia adversus vicinos in rebus prosperis, et de acquiescentia in rebus suis, etiam adversis.

De Oratione.

20^a. 1. De officio precum: de obligatione ad eas quatenus publicas, et quatenus privatas. De formulis precum. De liturgia. De oratione Dominica. De tribus partibus orationis Dominicæ, i.e., compellatione, sex petitionibus et doxologia. De compellatione: de tribus petitionibus quæ ad deum spectant; pro sanctificatione nominis Dei, pro regno gratiæ et gloriæ; pro impletionem voluntatis Divinæ.

21^a. 2. De tribus petitionibus quæ ad hominem spectant pro necessariis ad vitam hominis; pro remissione peccatorum; pro liberatione a tentatione et malo. De doxologia. De psalmodia.

De Sacramentis.

22^a. 1. De sacramento. Quod est institutum Christi ad salutem necessarium, constans ex visibili signo et spirituali gratia. Quod duo tantum sunt conferentia gratiam ad æternam salutem, baptismus et eucharistia. De baptismo: de externa

ejus forma, inspersione aquæ, et invocatione sive confessione [In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Mat. xxviii. 19]: ad interna gratia, mortificatione a peccato et regeneratione de justitiam. De pædo-baptismo.

23^a. 2. De eucharistia: de forma externa, pane et vino; de interna gratia, corpore et sanguine Christi vere et realiter receptis a fidelibus in sacra synaxi. De examinatione prævia participantium.

Prælectiones exhortatoriæ.

Ab initio hebdomadam ante-Paschalia habentur sex Prælectiones exhortatoriæ, et ad sacram synaxim præparatoriæ (viz.):

24^a. 1. De examinatione totius officii per singulas prælectiones prius habitas expositi. Leg. 1 Cor. ii. 28.

25^a. 2. De pœnitentia et fructibus ejus. Leg. Mat. iii. 8. 2 Cor. vii. 11.

26^a. 3. De fide et operibus ejus. Leg. Heb. cap. xi. 1 Cor. cap. xiii. Gal. v. 22.

27^a. 4. De meditatione passionis Christi, ad cœnam, in horto, in cruce: et de verbis Christi rogantis veniam pro peccatis, Luc. xxiii. 34, et implentis satisfactionem pro justificatione humani generis, Joh. xix. 30.

28^a. 5. De participatione vera corporis et sanguinis Christi. Leg. Joh. vi. 53. Mat. xxvi, 26, 27, &c.

29^a. 6. Examen ipsissimæ examinationis propter conciliationem pacis apud Deum; et si dubia sit, per confessionem apud sacerdotem humillime obtinendæ. Leg. primam Ecclesiæ exhortationem ante celebrationem Eucharistiæ. Atque etiam propter confirmationem obedientiæ de futuro inviolabilis erga superiores, et charitatis firmioris erga fratres. Leg. Mat. v. 23, 24, et exhortationem in fine Catecheseos.

30^a. 7. In Sabbato vel Dominico post Pascha admonitio severa de periculo apostasiæ. Leg. Heb. vi. 4, 5, 6, et cap. x. 26, 27.

IV. Prædictæ Lectiones die Sabbati vel die Dominico, inter horas tertiam et sextam post meridiem, in Collegii sacello publice celebrentur, et lingua vernacula ad omnium captum simplicissime accommodentur. Intersit Magister et Socii omnes et Scholares cujuscunque gradus et conditionis, famulique quotquot Collegio inserviunt. Imprimis, repetitio fiat catechismi Ecclesiæ; inde exigatur ratio præcedentis Prælectionis per quæstiones et responsa; et deinceps Prælector portionem catecheseos quæ ordine sequitur, per dimidium saltem unius horæ, dilucide interpretetur, ita distincte et non prope tradens, ut principalia instituta scriptis et memoriæ mandari possint. Neque ulli Scholari facultatis Artium gradum suscipere

licitum fuerit, nisi qui Magistri, aut Prælectoris in præsentia Magistri, de profectu suo in documentis a Prælectore traditis examen subierit, et probe, prompte et fideliter rationem reddiderit.

V^o. Sancitum est, ut nullus Prælector aliquid emolumenti expectet aut percipiat priusquam chirographum a Magistro acceptum, quasi testimonium officii integerrime præstiti juxta instrumentum domini Fundatoris, et hujus statuti tenorem, exhibeat venerabili domino Fundatori et Visitatori in vivis superstiti, et post illius obitum Fidei-Commissariis ejus. Incidente autem morbi diuturnioris aut negotii inevitabilis necessitate, licebit Prælectori deputatum quemdam idoneum per Magistrum approbandum loco suo subrogare. Quod si per negligentiam Prælegendi tres intra semi-annum vices intermittat, mulctetur a Magistro, pro vice prima decem solidis, pro secunda viginti solidis, tertio si defecerit, ab officio amoveatur; et Prælectionis singulæ defectum alter a Magistro eligatur qui inter tres septimanas suppleat, et, salario semi-anni in duas partes diviso, una tribuatur Socio in delinquentis locum suffecto, altera inter Scholares de religione Christiana et Catechetica institutione piissime præ aliis meritis conferatur. At vero si Prælector aliquid commiserit bonis moribus aut (quod Deus avertat) veræ et Apostolicæ Fidei contrarium, munere excidat, et indignus habeatur qui unquam in posterum id obierit.

VI^o. Postremo id maxime curandum est, ne ulla omnino concio loco cujusvis Prælectionis unquam habeatur, sub mulcta decem solidorum, toties quoties contra hoc nostrum statutum delictum sit. Denique volumus et injungimus ut coram omnibus Sociis in sacello convocatis ante quamlibet Prælectoris nominationem, una cum Statuto de Officialium electione publice quotannis legatur hoc nostrum decretum; quo quisque magis teneatur hæc omnia rite et inviolabiliter observare et fideliter exequi.

In cujus decreti confirmationem nomina nostra apposuimus, tricesimo die Januarii, anno Domini 169⁴/₅.

RI. BUSBY,	RAD. NEWHAM, Socius,
ROG. MANDER, Magister,	JOHA. PAIN, Socius,
JO. HUGHES, Socius,	GUL. FOSTER, Socius,
FRAN. WHITE, Socius,	JOH. BARON, Socius,
RIC. GREAVES, Socius,	SHELD. COLE, Socius.
AD. LUGG, Socius.	

In the year 1800 (or 1801) the Trustees of Dr. Busby's Charities, in consequence of a representation made by the Master, that the sum of £20 was no longer an adequate compensation for the trouble of reading the Lecture. ordered, that in future an augmentation of ten pounds should be granted,

whenever the Master should add to the usual Certificate a declaration that, in his judgment, the Lecturer had so discharged his duty as to deserve such augmentation.

The following form therefore must be added to the Certificate:—

And I do also declare, that the said A. B. hath, according to my judgment, so discharged the duty of Lecturer as to deserve the augmentation of ten pounds directed by the Trustees, in such cases, to be made: as witness my hand this — day of ———.

J. P., Master.

To the Right Honorable and Right Reverend and Reverend the Trustees of D. Busby's Charities.

These are to certify the Right Honorable the Trustees of D. Busby's Charities, that the Rev. Mr. ———. Fellow of Balliol College, hath either by himself, or Deputy approv'd by me, read the Catechetical Lecture in the Chapel of the said College for the year ending on the octave of Easter 17—.

T. L., Master.

Received ——— of the Right Honorable the Trustees of Dr. Busby's Charities, by the hand of Mr. Owen Davis, twenty pounds, for reading the Catechetical Lecture founded by the said Dr. Busby in Balliol College, Oxon, for the year ending on the octave of Easter 17—.

£20.

Witness my hand,

An Act for annexing a portion of the Rectory, and of the Rectory Manor thereto belonging, of Huntspill, in the county of Somerset, to the office of Master of Balliol College in Oxford.

WHEREAS the Master of Balliol College in the University of Oxford and the Scholars of the same College are seized of the perpetual advowson and right of presentation of and to the Rectory and Parish Church of Huntspill in the county of Somerset, and the Rev. Theophilus Leigh, D.D., the present Master of the said College, is now the Rector of the said Parish; And whereas by the Statutes of the said College, the Master is entitled to claim any one of the Livings belonging to the said College, as the same happen to become vacant, as an addition to his Headship; but on account of his necessary residence in College, he is unable personally to do the duty of a parish situate at a great distance from the College, and cannot conveniently reside in such parish, and inconveniences have happened by Masters electing to remove to other livings, and sometimes to the Masters themselves, by no living happening to become vacant for a considerable time after their election to the Headship of the said College;

And whereas the said Master and Scholars are desirous and have proposed to the most Reverend Father in God, Frederick by divine Providence Lord Archbishop of Canterbury, the Visitor of the said College, and to the Right Reverend Father in God Charles by divine permission Lord Bishop of Bath and Wells (within whose Diocese the said Parish of Huntspill is situate) that the clear yearly sum of two hundred and fifty pounds a year shall after the next avoidance of the said Rectory be paid out of the same Rectory unto the Master of Balliol College aforesaid for the time being for ever, [and he] shall be precluded from his said claim or right to the said Rectory or any other of the Livings in the Patronage of the said College; and the said Visitor and Diocesan, for removing the inconveniences before mentioned to the said College and promoting succession amongst the Scholars, and in order that persons may hereafter be presented to the said Rectory who will have it in their power personally to attend the duties of their sacred function, have severally agreed and are willing that the said proposal shall be carried into execution; but as the same cannot be done without the aid of Parliament,

May it therefore please your Majesty, that it may be enacted, and be it enacted by the King's most excellent Majesty, by and with the advice and consent of the Lords Spiritual and Temporal and Commons in this present Parliament assembled, that from and after the next avoidance of the said Rectory of Huntspill, the Rector of the said Parish for the time being shall yearly and every year for ever thereafter pay or cause to be paid out of the said Rectory unto the Master of Balliol College in Oxford for the time being, at or in the common dining hall of the said College the sum of two hundred and fifty pounds free and clear of and from all deductions for taxes either parliamentary or parochial or any other matter, cause, or thing whatsoever, on the Feasts of St. John the Baptist and St. Thomas the Apostle, by even and equal portions.

And it is hereby further enacted that the Master of the said College for the time being shall, from and after the next avoidance, be precluded from any right or claim to be presented to the said Rectory or any other Living or Benefice in the Patronage of the said College, and shall be and is hereby rendered incapable of holding any Living or Benefice belonging to the said College, together with the said office or place of Master of the said College; and if it shall happen that any person shall be hereafter elected to the said office or place who shall, at the time of such his election, hold or be possessed of a Living or Benefice, the Presentation whereof shall belong to the said College, then such Living or Benefice shall, upon the acceptance of and admission of any such person to the said office or place of Master of the said College, become vacant; and the said Master

and Scholars shall and may, in such case, present to such Living or Benefice so becoming vacant as if the person so accepting of the said office or place of Master was naturally dead: Provided that nothing herein contained shall make void any other Living or Benefice (not in the Patronage of the said College) which any Master of the said College shall be legally possessed of at the time of his being appointed Master of the said College or at any time afterwards: it being the intention of this Act, that it shall be lawful for the Master of the said College for the time being to hold and enjoy the said portion of the said Rectory of Huntspill hereby annexed to the said office or place of Master, together with any Ecclesiastical preferment whatever (not belonging to the said College) to which he may be legally appointed.

Provided always, and it is hereby further enacted, that in case it shall at any time or times hereafter appear to the satisfaction of the Visitor of the said College, and the Bishop of Bath and Wells for the time being, and the said Master and Scholars, that the said Rectory now is or hereafter shall be of considerably greater or less annual value than the present actual or supposed value thereof, computing the same at seven hundred pounds by the year, that it shall and may be lawful to and for the said Master and Scholars from time to time by and with the consent and approbation of the said Visitor and Diocesan for the time being, by any deed or instrument under their respective seals, to increase or lessen the said portion payable out of the said Rectory to the said Master in such manner as they shall think fit, so as the same shall not exceed the clear yearly sum of three hundred pounds, nor be reduced under the sum of two hundred pounds by the year free of all outgoing whatever as aforesaid.


And it is hereby further enacted, that it shall and may be lawful to and for the Master of the said College for the time being, from time to time, in case of the non-payment of the portion of the said Rectory within thirty days after the same shall become due as aforesaid, to have and exercise such and the same remedies and powers by distress on the said glebe and other lands belonging to the said Rectory, or by Action or otherwise, against the Rector of the said parish for the time being, for recovering the said portion so to be paid and ascertained, as aforesaid, as by the Laws now in force are provided for and given to Landlords for the recovering of Rack-rents in arrear.

Provided, and it is hereby further enacted, that upon every vacancy of the said Rectory, the succeeding Rector and the former Incumbent or his Representatives shall pay the year's portion in which such vacancy shall happen in proportion to the rents and profits they shall respectively receive in the year

in which such vacancy shall happen, such year to be computed from the Feast of St. Thomas preceding such vacancy; and in case such succeeding Rector and the former Incumbent or his Representatives shall not agree and settle the same within one month after the Induction of the new Rector, then that the same shall be ascertained by two indifferent persons, one to be chosen by the new Rector and the other by the former Rector or his Representatives; but in case such new Rector or the former Rector or his Representatives shall neglect or refuse to appoint two persons, as aforesaid, or the said persons so appointed shall neglect or refuse to ascertain and settle the same within three calendar months after the Induction of the new Rector, then, and in either of the said cases, the Master of the said College for the time being shall and may nominate any indifferent person to settle and ascertain the proportion to be paid by such parties as aforesaid; and from and after the same shall have been so ascertained and settled as aforesaid shall and may demand, sue for and recover, in manner as aforesaid, their respective proportions of such year's portion in which such vacancy shall happen as aforesaid.

And it is hereby further enacted, that, on every vacancy of the said office or place of Master of the said College, the former Master or his representatives shall be entitled to a proportion of the year's portion, payable out of the said Rectory, from the Feast of St. Thomas preceding to the time of such vacancy; and the succeeding Master shall be entitled to the remainder of such year's portion in which such vacancy shall happen.

Saving always to the King's most excellent Majesty, his heirs and successors, and to all and every other person and persons Bodies Politic and Corporate, his, her, and their heirs, successors, executors, and administrators (other than and except the said Master and Scholars of Balliol College and their successors, and the Rector of the said Parish of Huntspill and his successors) all such right, title, interest, claim and demand of, in, or to the said Advowson and Patronage of the Church and Rectory of Huntspill aforesaid, as they, every or any of them, had before the passing of this Act, or could or ought to have had in case this Act had not been made.



STATUTES OF MERTON COLLEGE,
OXFORD.

THE HISTORY

WALTER DE MARESCUS Bishop of Lincoln, who was the first
of England the founder of the House of Commons, and the
codes of statutes for the government of the
The first was given in the year 1272, and the second
House of Commons in 1295, and the third in 1353, and the
The second code was given in the year 1272, and the
year 1270, and the third in the year 1272, and the
the fourth code was given in the year 1272, and the
The first, second, and third codes were given in the
, The first, second, and third codes were given in the
contained in the 7th Edition of the Statutes of the
stated to have been transcribed from the original records of the
College of Arms. The first code was given in the year 1272,
official copy of the Statutes of the House of Commons, and
Charter Roll, 12th Henry III. The second code was given in
copies exist in the British Museum, and the 1st Edition of
7032, and the 2nd Edition of 7032.

In addition to the Statutes of the House of Commons, the
portance were subsequently issued by the House of Commons,
Chichester, and Land's End, and the House of Commons,
bishops Beckham and Chichester, and the House of Commons,
obtained from the Registers in Land's End. Those of
Land are taken from the copy in the 7th Edition of 7032,
in the British Museum, from which the 1st Edition of 7032,
later Decree of 7032.

P R E F A C E.

WALTER DE MERTON, Bishop of Rochester, and Lord Chancellor of England, the Founder of Merton College, issued four successive codes of statutes for its government.

The first was given in the year 1264, and intended for the House of Scholars, at Maldon, in Surrey, his first foundation.

The second code was given in the year 1267; the third in the year 1270; and the fourth in the year 1274. The second and the fourth codes are stated to be identical.

The first, third, and fourth codes are now printed from copies contained in the Additional MS. 14,268, in the British Museum; stated to have been transcribed from the original documents in the College Archives. The first code has also been collated with an official copy of the Founder's charter, inrolled in Chancery; Charter Roll, 48 Henry III. Of the fourth code, two other copies exist in the British Museum; viz., in the Harleian MS., 7032, and the Lansdowne MS. 1020.

In addition to the Founder's codes, ordinances of great importance were subsequently issued by Archbishops Peckham, Chicheley, and Laud, as Visitors of the College. Those of Archbishops Peckham and Chicheley are now printed from copies obtained from the Registers at Lambeth. Those of Archbishop Laud are taken from the copy in the Additional MS., 14,268, in the British Museum; from which MS., also, are added later Decrees of Visitors.

CONFIRMATIO

Confirmatio Regis Ricardi Secundi

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens litterarum
Ricardus, noscitur, salutem in domino sempiternam. Cum nos
in domino sempiternam. Cum nos
Walterus de Merton, Rector Scholasticus in
ecclia, cum in schola sua, in villa de Merton
dam Regis Anglorum, in villa de Merton
seu quendam scholam, in villa de Merton
Merton concessit, in villa de Merton
ubi viger consuetudo, in villa de Merton
ac scholares in villa de Merton
rhetorica, in villa de Merton
instituti, in villa de Merton
locum habentem, in villa de Merton
mansuri, in villa de Merton
locum venientem, in villa de Merton
ventibus, in villa de Merton
spectantibus, in villa de Merton
iudici impertinentibus, in villa de Merton
debitum, in villa de Merton
pura ecclia, in villa de Merton
fundationem, in villa de Merton
approbationem, in villa de Merton
tatis et dignitatis, in villa de Merton
nobis et successoribus, in villa de Merton
coloniis, in villa de Merton
sentibus sigillis, in villa de Merton
kal. Maii, in villa de Merton
clavo decimo, in villa de Merton

Confirmatio Regis Ricardi Secundi

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens litterarum
venient, Ricardus, noscitur, salutem in domino sempiternam.
Archiepiscopus in villa de Merton, Rector Scholasticus
retina, in villa de Merton, Rector Scholasticus
celebris memorie, in villa de Merton, Rector Scholasticus
Anglia, obsequio, in villa de Merton, Rector Scholasticus

CONFIRMATIONS.

Confirmatio Collegii per Episcopum Lincolnensem.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsentis literæ pervenerint Ricardus, miseratione divina Lincolnensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam. Cum venerabilis frater noster, dominus Walterus de Merton, Roffensis Episcopus, adhuc in minoribus agens, dum in celebris memoriæ domini Henrici, illustris quondam Regis Angliæ, obsequio Cancellariæ fungeretur officio, Domum seu quendam locum venerabilem, quem Domum Scholarium de Merton censuit nuncupandum, in nostra diœcesi apud Oxoniam, ubi viget studium generale, de novo fundaverit atque construxerit, ac scholares nonnullos docibiles, in artibus liberalibus, canone et theologia, studentes, necnon simul communiterque degentes, instituerit in eadem, ex quibus, divina favente gratia, copia doctorum haberi poterit, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri valeant ad justitiam plurimos erudire; Domumque seu locum venerabilem prædictum terris, possessionibus ac variis proventibus, ad ipsum jure hæreditario ac alias ratione personæ suæ spectantibus, in tantum dotaverit atque ditaverit quod studentes inibi imperpetuum congrue poterint sustentare; sitque nostri debitum officii, caritatis et pietatis opera comprobare, præcipue quæ ecclesiæ Dei exaltationem respiciunt et honorem; Nos, eandem foundationem et institutionem ratam et gratam habentes, ipsam approbamus et tenore præsentium confirmamus, eidemque stabilitatis et firmitatis perpetuæ robur plenissimum impartimur: salva nobis et successoribus nostris Episcopali auctoritate et Lincolnensis ecclesiæ dignitate. In cujus rei testimonium, præsentibus sigillum nostrum est appensum. Datum Londoni, pridie kal. Maii, anno Domini M^o CC^o LXX^o sexto, et pontificatus nostri octavo decimo.

Confirmatio Foundationis per Archiepiscopum Cantuariensem.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsentis literæ pervenerint, Frater Robertus, miseratione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, salutem in Domino sempiternam. Cum venerabilis frater noster dominus Walterus de Merton, Roffensis Episcopus, adhuc in minoribus agens, dum in celebris memoriæ domini Henrici illustris, quondam Regis Angliæ, obsequio Cancellariæ fungeretur officio, Domum seu quen-

dam locum venerabilem, quem Domum Scholarium de Merton censuit nuncupandum, in nostra provincia apud Oxoniam, in Lincolniensi diœcesi, ubi viget studium generale, de novo fundaverit atque construxerit, ac scholares nonnullos docibiles in artibus liberalibus, canone et theologia, studentes, necnon simul communiter degentes, instituerit in eadem, ex quibus divina favente gratia copia doctorum haberi poterit, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri valeant ad justitiam plurimos erudire; Domumque seu locum venerabilem prædictum terris, possessionibus ac variis proventibus, ad ipsum jure hæreditario ac alias ratione personæ suæ spectantibus, in tantum dotaverit atque ditaverit quod studentes inibi imperpetuum congrue poterint sustentari; sitque nostri debitum officii, caritatis et pietatis opera comprobare, præcipue quæ ecclesiæ Dei exaltationem respiciunt et honorem; Nos, eandem foundationem et institutionem ratam et gratam habentes, ipsam approbamus et tenore præsentium confirmamus eidemque quatenus ad nos pertinet stabilitatis et firmitatis perpetuæ robur plenissimum impartimur. Datum apud Lambeth vi^{to} Non. Maii anno Domini M. CC^o LXX sexto.

Confirmatio Collegii per Archiepiscopum et Episcopos Radingi congregatos.

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentibus literæ pervenerint, Frater Johannes permissione divina Cantuariensis Ecclesiæ Minister humilis, totius Angliæ Primas, salutem in Domino sempiternam. Cum venerabilis frater noster dominus Walterus de Merton, Roffensis Episcopus, adhuc in minoribus agens, dum in celebris memoriæ domini Henrici illustris quondam Regis Angliæ obsequio Cancellariæ fungeretur officio, Domum seu quendam locum venerabilem, quem Domum Scholarium de Merton censuit nuncupandum, in nostra provincia apud Oxoniam, in Lincolniensi diœcesi, ubi viget studium generale, de novo fundaverit atque construxit; ac scholares nonnullos dociles in artibus liberalibus, canonibus et theologia, studentes, necnon simul communiter degentes, instituerit in eadem, ex quibus divina favente gratia copia doctorum habere poterit, qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri valeant ad justitiam plurimos erudire; Domumque seu locum venerabilem prædictum terris, redditibus, possessionibus ecclesiasticis ac variis proventibus, ad ipsum jure hæreditario ac alias ratione personæ suæ spectantibus, in tantum dotaverit atque ditaverit quod studentes inibi impetuum congrue poterunt sustentari; sitque nostri debitum officii caritatis et pietatis opera comprobare; præcipue quæ ecclesiæ Dei exaltationem respiciunt et honorem; Nos, eandem foundationem et institutionem ratam et gratam habentes, ipsam de unanimitate [consensu?] confratrum nostrorum in congregatione Radingi, quarto kal. Augusti, anno Domini M^o CC^o septua-

gesimo nono, presentium confirmamus, eidemque, quatenus ad nos pertinet, et stabilitatis et firmitatis perpetuæ robur plenissimum impertimur. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam, sigillum nostrum et sigilla prædictorum confratrum nostrorum præsentibus sunt appensa. Datum die, loco et anno, prædictis.

[To this instrument there are at present annexed eight episcopal seals.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

STATUTES OF THE HOUSE OF SCHOLARS OF
MERTON, IN MALDON, 1264.

IN nomine Dei, omnipotentis Patris, et Filii et Spiritus Sancti, in honore ejusdem Sanctæ et individuæ Trinitatis et Beatissimæ Dei Genetricis Mariæ, et Beati Johannis Baptistæ Christi præcursoris, atque Sanctorum omnium, ego Walterus de Merton, illustris domini Henrici Regis Angliæ, filii Regis Johannis, quondam Cancellarius, tam auctoritate mihi a dicto domino meo Rege concessa, quam ratione juris et potestatis quæ mihi in meis maneriis de Maudon et de Farleigh cum eorum pertinentiis competunt, do, assigno et concedo, maneria ipsa, cum omnibus pertinentiis suis, quocumque nomine censi possint, ad fundationem Domus, quam dici volo et nuncupari Domum Scholarium de Merton, quam et ego, in profectum Ecclesiæ sanctæ Dei, pro salute animæ domini mei Regis prædicti et animarum domini Richardi quondam Dunelmensis Episcopi, Richardi quondam Comitis Gloverniæ et Hereford, Gilberti, filii ejus, Willelmi de Whatevill et Petri de Codynton, necnon parentum et benefactorum meorum omnium, auctoritate venerabilis patris Johannis Wintoniensis Episcopi loci diocæsani interveniente, necnon et consensu capituli sui, in dicto manerio de Maudon statuo, fundo et stabilio, ad perpetuam sustentationem viginti scholarium in scholis degentium Oxoniæ, vel alibi ubi studium vigere contigerit, et ad sustentationem duorum vel trium ministrorum altaris Christi in dicta Domo residentium; sub conditione et modo subscriptis, tam circa scholares quam ministros prædictos, Domino largiente, in posterum observandis. Circa scholares siquidem prædictos hanc statuo conditionem. Successionem, scilicet, quæ meis hæredibus, secundum regni consuetudinem, in dictis maneriis debebatur, in profectum Ecclesiæ sanctæ et nostri generis sempiternum, ad laudem nostri conditoris perpetuam, quam in ipso genere augeri et continuari cupio et exopto, sic, Deo inspectore, commuto, ut scholares supradicti de nostra sint parentela, quamdiu honesti et habiles ac proficere volentes in ipsa reperiantur. Ubi autem in ea tales, usque ad complementum numeri supradicti, reperiri non poterunt, alii honesti et habiles, maxime de Wyntoniensi diocæsi, loco eorum qui de numero supradicto defuerint, subrogentur. Habebunt autem singuli scholarium ipsorum annis singulis quadraginta solidos sterlingorum ad minus, vel quinquaginta

Grant of the manors of Maldon and Farleigh, for the foundation of the House of Scholars of Merton, in Maldon.

Two or three Chaplains.

Of the Scholars.

Founder's kin.

Natives of Winchester diocess.

Allowances.

solidos seu quatuor marcas, si ad hoc res sufficere possit; quos per manus Custodis ejusdem Domus terminis competentibus recipiant annuatim. In hospitio quoque, quantum sine impedimento suæ instructionis fieri poterit, simul habitabunt, indumentis se consimilibus, in signum unitatis ac dilectionis mutua, vestientes. Hanc autem sustentationem plene et integre habeant scholares supradicti dum bene et honeste se habuerint: ita quoque quod si eorum aliqui in fata concedant, vel religionis habitum assumant, aut ad aliorum obsequia se transferant, beneficia uberiora sortiantur, a studio recesserint, aut studio pro suo modulo se applicare noluerint, de turpitudine aliqua publice notati fuerint, vel alias minus bene et honeste se habuerint, et de hoc per suos socios sufficienter constare possit, subtrahatur eis sustentatio prædicta, et alii de genere prædicto vel de aliis, ut prædictum est, loco ipsorum libere subrogentur, qui per scholares prædictos sub debito fidelitatis suæ nominabuntur de genere prædicto, dum in eo habiles et honesti reperiantur, vel de aliis si in ipso hujusmodi nequeant reperiri. Et si forte in hujusmodi nominatione minime concordēs iuveniantur, tunc Cancellarius seu Rector Universitatis ubi ipsos agere contigerit, aut Custos dictæ Domus, si Cancellarius aut Rector prædicti id infra mensem efficere non curaverint, illos ad dictam sustentationem admitti decernat, quos per sex vel septem de provecioribus et discretioribus scholarium ipsorum, sub debito juramenti eorundem, honestiores intellexerint et habiliores. Illis autem quibus dicta sustentatio ex culpa sua vel ex causis aliis prædictis subtracta fuerit, nulla competat actio contra Custodem Domus supradictæ vel alios; dumtamen liqueat quod ex sua culpa aut ex causis aliis prædictis dicta fuerint sustentatione privati. Si vero parvuli aliqui de parentela prædicta, suis orbatu parentibus, aut alias pro exilitate parentum suorum, sustentatione careant dum in puerilibus rudimentis primitus instruuntur, tunc Custos ipse, si facultates sufficiant, eos erudiri faciat in Domo prædicta, donec in scholis proficere possint si ad hoc habiles inveniantur; et de illis in subrogationem superius expressam sumantur, qui ad hoc habiles et idonei reperientur. Annis autem singulis, in festo videlicet Exaltationis Sanctæ Crucis, decem vel octo de provecioribus et discretioribus scholarium ipsorum apud Domum supradictam vice omnium conveniant, ibidem per octo dies, si velint, in signum proprietatis et dominii quod eis gratia dictæ sustentationis ibi competit, utpote quorum nuncupatione Domus ipsa nomen sortitur, moram facturi. Quibus etiam licebit modis quibus poterunt inquirere diligenter utrum Custos Domus supradictæ in administratione rerum et possessionum ejusdem bene se habuerit, honeste et circumspecte; et si aliud reperiat hoc ei denuntiare ad quem rei hujusmodi correctio pertinebit. Similiter autem, et aliis anni temporibus, si de Custode prædicto sinistrum aliquod audiatur, licebit duobus vel tribus ex dictis scholaribus hujusmodi investigationem ac denuntiationem facere quotiens viderint expe-

Forfeiture of
Scholarship.

Election to
vacancies, and
admission.

Instruction of
orphans of
Founder's kin.

Yearly inquiry
by Scholars
into the
management
of the House.

dire. Custos autem ipse, a tempore quo minus diligens seu minus utilis iuveniatur, nullam habeat in dicta custodia vendicationem, sed omni clamio careat quod sibi competere posset ad eandem. Si autem bene et laudabiliter in administratione prædicta perseverans, senio vel laboribus contractus aut alias ad imbecillitatem devenerit quo minus ad dictam administrationem sufficere possit, ex tunc sibi in Domo prædicta, toto tempore vitæ suæ, inter fratres ejusdem Domus proveciores et meliores in victu et vestitu necessaria competenter et decenter ministrentur. Ipse autem negotia Domus supradictæ, tanquam propria, salubri consilio pro viribus semper juvare tenebitur, et in corporis exercitio si convalescat, quatenus competenter et honeste poterit, eadem promovere. Quod si, præstante Domino, possessiones et bona dictæ Domus ampliari contigerit, per quod numerus scholarium eorundem cum sustentatione hujusmodi aut alias competenti possit augeri, tunc quotienscunque hoc, largiente Domino, contigerit, numerus scholarium ipsorum secundum facultates ipsas, et etiam numerus ministrorum altaris Christi ad imbecillitatem vergentium, si facultates ad hoc sufficere possint, in honorem divini nominis augeatur. Custos autem dictæ Domus et ministri altaris Domini ibidem commorantes, necnon et scholares ipsi, cum ibi modo et occasione prædictis convenerint, pane et cervisia et uno ferculo carniuum seu piscium sibi competente absque murmure sint contenti; ita tamen quod gratia hospitum aut aliarum necessitatum de dicta uberius liceat providendum: tamen dictorum scholarium numerus exinde non minus amplietur; sed respectum semper habeant Custos et fratres ibi commorantes ad fructum ex hujusmodi scholarium exhibitione perpetuis temporibus profuturum, et eam potius augere studeant quam suæ voluptati aliquid tribuere, quod eis, quorum sunt procuratores et ministri, ex ordinatione præsentis seu hac institutione debeat. Si vero scholarium aliquem vel aliquos ad dictam Domum, ut supradictum est, convenientium, ibidem infirmari contigerit, ministrentur sibi victualia ibidem usque ad tempus competens infra quod convalescat; ita tamen quod si infra quartam partem anni ab ipsa infirmitate non convalescat, aut ulterius infirmitate detineatur ibidem, tunc Custos qui pro tempore fuerit pro rata temporis portionem pecuniæ, quæ scholarem prædictum in scholis agentem contigerit, sibi subtrahere poterit, nisi facultates sufficiant ad utrumque. Si autem infra quartam partem anni convalescat, nihil sibi ad scholas revertenti pro tempore illo modico subtrahatur. Si autem incurabilis sit ægritudo prædicta, per quod scholaris ille in studio vel alibi ad victum suum honeste consequendum sufficere non possit, et ipse de nostro genere existat, tunc gratia successionis meæ, quam in scholares prædictos transfundo, ministrentur ei victus et vestitus ad totam vitam suam in Domo supradicta. Quod si de libera familia mea, quæ in meis obsequiis tempore mei decessus egerit, aliqui sua sustentatione indigeant, nec sibi per

Negligence or incompetence of Warden.

Increase of numbers of Scholars and Chaplains.

Commons.

Sickness of Scholars at the yearly inquiry.

Incurable sickness of Scholars.

Indigent members of Founder's household, after his death.

Nomination of
Warden.

The Bishop of
Winchester
patron.

Assistance to
be given to the
House of St.
John at Ba-
singstoke.

Prayers for
founder and
Benefactors.

Service to
lords of the
fee.

Power of
transferring
themselves to
Farleigh or
elsewhere.

me fuerit aliter provisum, tunc eis in Domo prædicta sustentatio competens pro meritis personarum ad vitam suam ministretur; ita tamen quod dictæ Domui in officiis sibi competentibus, quamdiu commode poterint, debeant deservire. Custos vero Domus supradictæ, cum ibi ponendus fuerit, nominetur per duodecim proveciores scholarium prædictorum, de consilio fratrum dictæ Domus: qui, sub obtentu felicitatis æternæ, omni favore humano postposito, talem studeant nominare qui melior et fidelior in administratione rerum et negotiorum dictæ Domus haberi poterit, Domino largiente. Et ipse postmodum Domino Wyntoniensi Episcopo, loci diocæsano qui pro tempore fuerit, per ipsos præsentetur, qui ei custodiam Domus prædictæ, si ad hoc idoneus extiterit, committat. Episcopus autem prædictus, ob Dei misericordiam et Ecclesiæ sanctæ profectum, scholaribus prædictis, necnon et Domui memoratæ, tam in admittendo ejusdem Domus Custodem, quam destituendo, si opus fuerit, atque in aliis Domus ejusdem negotiis, gratiam exhibeat et favorem: et ad ipsum pertineat dicti Custodis admissio et destitutio in forma supradicta, tanquam ad specialem dictorum scholarium protectorem, patrem et defensorem. Injungo autem scholaribus prædictis, in virtute Dei et sub obtentu vitæ præsentis et futuræ, ut cum, præstante Domino, ad uberiorem fortunam devenerint, Domum prædictam in lictis et honestis promovere studeant, ac ejus defensionem, necnon et eorum quæ ad eam pertinent, cum opus fuerit, diligenter insistant. Domui etiam Sancti Johannis Baptistæ de Basingstoke, quam dominus Rex supradictus, in meo territorio et fundo, ad sustentationem ministrorum altaris Christi et pauperum infirmantium, precum mearum instantia, fundavit et stabilivit, obnoxii semper sint et devoti, et eam augeant, secundum quod eis Dominus gratiam inspiraverit ac sibi concesserit facultatem. Domui insuper de Merton, a qua nomen sortiuntur, grati semper sint, et eam utpote hujus operis adjutricem studeant honorare. Singulis etiam annis semel vel bis, in locis ubi eos agere contigerit, conveniant, et pro suo Fundatore atque aliis suis benefactoribus vivis et defunctis divina celebrari procurent; horumque tenorem, pro memoria et conservatione hujus elemosinæ, ibidem recitari faciant, et suas intentiones in profectum Ecclesiæ sacrosanctæ dirigant, ac sui Conditoris honorem et nominis sui laudem totis affectibus studeant ampliare. Capitalibus autem dominis feodi de suo servitio fideliter respondeant et competenter, nisi voluntate spontanea illud in toto vel parte duxerint remittendum. Illud quoque insuper attendendum est, quod si pro dictorum scholarium et fratrum commoditate locus habitationis apud Farleigh, aut alibi in suo territorio, pro situ loci aut causis aliis emergentibus sit competentior, et ad locum hujusmodi ipsi se transferant, vel per alium hujus adjutorem operis transferantur, nihil eis idcirco juris seu possessionis deperat in dictis maneriis seu rebus aliis sibi assignatis, vel deinceps ex pia largitione fidelium assignandis;

dum tamen hanc institutionem, tam re quam nomine, teneant et observent, et se suasque possessiones alteri collegio non adjungant. Ad memoriam rei hujus sempiternam, et ut hæc ordinatio et provisio salubris robur obtineant perpetuæ firmitatis, sigilla prædictorum domini Henrici Regis et domini Johannis Wyntoniensis Episcopi, necnon et capituli sui, in sui consensus et approbationis suæ testimonium, præsentibus, una cum sigillo meo, apponi procuravi. Datum anno Domini M° CC° sexagesimo quarto.

[*Compared with the original to which all the aforesaid seals are annexed.*]

STATUTES OF MERTON HOUSE, 1270.

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Walterus de Merton, illustris domini Henrici Regis Angliæ quondam Cancellarius, Ecclesiæ Sacrosanctæ profectum ex meis laboribus augere cupiens et exoptans, donationem quam de meis maneriis de Maldon et de Farleigh cum pertinentiis suis, tempore turbationis in regno Angliæ subortæ, nuper ad foundationem Domus, quam Scholarium de Merton dicitur et nuncupari volo, feci, quam et ego ad perpetuam sustentationem Scholarium in scholis degentium Oxoniæ vel alibi studium vigere contigerit, et ad sustentationem trium vel quatuor ministrorum altaris Christi in ipsa residentium, fundavi et stabilivi, ad majorem et perpetuam hujus rei securitatem nunc tempore pacis ratifico et confirmo: ipsamque Domum, pro salute animæ meæ et animarum præfati domini Regis Angliæ, Richardi Regis Romanorum, fratris sui, et antecessorum et hæredum suorum, necnon parentum et benefactorum meorum omnium, sub præsentium testimonio, auctoritate et consensu illustris domini Regis Angliæ prædicti, ex abundanti fundo et stabilio; adjiciens etiam dictæ Domui, scholaribus, ministris et fratribus ejusdem, ad ampliationem numeri scholarium ipsorum et sustentationem ministrorum prædictorum, necnon fratrum seu œconomorum eorum utilitatibus et officiis immorantium, terras, possessiones, et bona tam sæcularia quam ecclesiastica, tenore præsentium inferius annotata; quæ omnia, sive laboribus meis quibuscunque seu gratia benefactorum meorum vel aliis acquisita, eisdem scholaribus et fratribus remanere volo, sub forma et conditionibus subscriptis, tam circa personas quam circa regulam eorundem, perpetuo, annuente Domino, in posterum observandis. In feodalibus igitur et aliis perquisitis meis supradictis sic successionem, quæ meis hæredibus secundum regni consuetudinem debebatur, in profectum Ecclesiæ Sanctæ ac generis mei et hæredum meorum sempiternum, ad laudem nostri Conditoris perpetuam, quam in ipso genere secundum sanctorum patrum sanctiones augeri cupio et exopto, sic, Deo inspectore, commuto, ut Scholares supradicti de nostra sint parentela, dum indigentes in ea honesti et habiles ac proficere volentes reperiantur; ac deinceps alii, maxime Wintoniensis diocesis, et aliarum diocesium et parochiarum in quibus eos possessiones ecclesiasticas et alia beneficia seu feodalia contigerit optinere, qui etiam ad loca ipsa ubi studium vigere contigerit tanquam scholares dictæ domus, cum in eadem vel ab eadem admissi fuerint, pro sua

Ratification of previous statutes.

Grant of additional lands, &c.

Preference of Founder's kin of natives of Winchester diocess, &c.

instructione et rudimentis quibus intenderint destinentur. Habebunt autem singuli scholarium ipsorum, dum adeo provec-
 fuerint ut determinationis opus laudabiliter expleverint, quinquaginta solidos, citra vero quadraginta solidos annuatim; ex quibus, singulis septimanis, certam portionem, prout expedire videbitur, per manus sui Custodis vel alterius, quem ad hoc assignaverit, recipiant ad communiam suam, et residuum in fine anni ad alias necessitates suas. Singulis tamen de suis portionibus, si præter necessitates dictæ Domus, ad quas missi vel deputati fuerint, extra scholas egerint, pro rata temporis subtrahatur, et pars sibi subtracta in dictæ Domus utilitatem alias convertatur. Hanc autem sustentationem plene et integre habebunt singuli scholarium ipsorum, quamdiu adeo tolerabiles et honesti fuerint ac modesti ut Custos et Socii dictæ Domus conversationem et societatem eorum ac in suis rudimentis diligentiam approbaverint, et eorum societate absque turbatione et scandalo extiterint cum tranquillitate contenti. Ita, etiam, quod si eorum aliqui in fata concedant, seu religionis habitum assumant, ad aliorum obsequia se transtulerint, beneficia uberiora sortiantur, a studio recesserint, aut studio pro suo modulo se applicare noluerint, de turpitudine aliqua publice notati fuerint, vel alias minus bene et honeste se habuerint, seu in societate prædicta intolerabiles et tranquillitatis dictæ Domus seu Custodis et Sociorum perturbatores extiterint, aut etiam aliquid, per quod sua turpitudine dicta Domus aut sua societas scandalizari possit, perpetraverint, et inde per decem vel duodecim de societate prædicta, qui in eadem diutius steterint, juratos si opus est, et per Custodem dictæ Domus examinatos, constiterit, subtrahatur eis sustentatio prædicta, necnon a societate illa expellantur, et alii de genere prædicto primitus, et ex aliis deinde, ut prædictum est, loco ipsorum libere subrogentur; qui per scholares supradictos sub debito fidelitatis suæ nominabuntur, prout eos habiles intellexerint et honestos. Et si forte in hujusmodi nominatione minime concordēs inveniantur, tunc Custos dictæ Domus, de consilio Cancellarii et Procuratoris Universitatis ubi eos agere contingerit, aut alterius ipsorum, si requisiti interesse voluerint, illos ad dictam sustentationem admitat quos per septem vel octo ex hiis qui in ipsa societate diutius steterint, et conditiones eorum qui substituendi seu ad hoc admittendi fuerint melius noverint, sub debito juramenti sui, honestiores de prænotatis intellexerint et habiliores. Quod si forte præfati Cancellarius et Procurator, super hoc requisiti, intra quindenam interesse noluerint, tunc Custos supradictus illud, non expectato quovis altero, licenter in forma prædicta expleat; et sic ipsos in dicta Domo, tempore quo se ibidem commode representare valeant, datis tamen eis interim in studio quæ ad communiam suam pro esculento et poculento secundum dictæ Domus statuta pertineant, si tamen ipsos idoneos et honestos tunc invenerit, demum admittat. Idem, insuper, modus

Portions for commons, &c., of Scholars.

Forfeiture of Scholarship.

Nomination to vacant Scholarships.

Prohibition of suits against the Warden or others.

in cæteris quibuslibet ad hujusmodi sustentationem admittendis plenius observetur. Illis autem quibus dicta sustentatio ex sua culpa aut ex causis aliis prænotatis subtracta fuerit, nulla competat actio contra Custodem dictæ Domus vel alios; dumtamen liqueat, modo supradicto, quod ex culpa sua aut causis aliis prænotatis dicta fuerint sustentatione privati. Sed si forte, occasione amotionis seu privationis hujusmodi, contra Custodem vel aliquem de scholaribus ipsis appellando vel querimoniam deponendo aliquid impetraverint, eo ipso ab omni beneficio dictæ Domus et participatione bonorum suorum excludantur et perpetuo exclusi maneant, qualitercunque alias sibi probitatis et vitæ merita suffragentur. Ne enim bona dictæ Domus litibus deserviant, volo et statuo ut nec aliter nec aliis conditionibus ad hujus sustentationis gratiam dicti scholares admittantur, neve post expulsionem seu privationem hujusmodi quicquam sibi in dicta Domo vel in bonis ejusdem vendicare, vel ad ea per appellationis seu litis adminiculum regressum modo quovis habere possint. Hoc autem ipsis oculo pietatis observetur, ut ad excessuum suorum correctionem monitione salubri primitus excitentur, et si bis vel ter moniti seu castigati excessus ipsos digne corrigere neglexerint, tum demum contra eos veluti incorrigibiles modo supradicto ad expulsionem prædictam et privationem ulterius procedatur. Verum tamen, ne mihi crudelitatis in me vel meos possit impingi, si digne postea pœnituerint et se moribus et humilitate correxerint, ac demum vel Socios per appellationem seu impetrationes vel lites in nullo fatigaverint, veniæ sibi gratia, si de hoc liqueat, non adeo claudatur quin iterum, cum loca vacaverint, ad gratiam pristinam misericorditer possint admitti. Post rudimenta vero puerilia, quibus scholares prædicti primitus instruendi fuerint vel instructi, artium et philosophiæ, donec laudabiliter in eisdem perfecerint ad profectum, ac deinceps theologiæ studio, vacare tenebuntur. Quibusdam tamen eorum pro utilitate ecclesiastici regiminis, secundum quod modesti, humiles extiterint et honesti, ac eos Custos ipse et Socii zelum Dei et animarum habere noverint et intellexerint, ut studio canonum vacare possint usque ad quatuor vel quinque duntaxat successive licentia concedatur. Cum quibus etiam, ad eorum instructionem et profectum in ipsa facultate majorem, poterit Custos dictæ Domus ut jus civile ad tempus aliquod audiant, prout expedire videbitur, dispensare. At quum artium et philosophiæ notitia theologis maxime et aliis confert ad profectum, major pars studentium dictæ Domus hiis, vel audiendo vel regendo, prout eorum singuli in eisdem provecti fuerint, semper intendat. Ex scholaribus autem prædictis, de provectoribus eligantur qui curam aliorum agere teneantur, quomodo scilicet in suis rudimentis proficiant, et in morum honestate se ipsos utilibus et honestis coaptent. Ita ut numero cuilibet vicenario ad hoc præsit unus, vel etiam duo si fuerit necesse, et hiis, dum id diligenter exple-

Leniency of punishment.

Studies of the Scholars.

Selection of Tutors.

verint in aliquo, prout expedire videbitur, cæteris uberius provideatur. In locis insuper et municipiis ubi eos agere continget, cum sibi de domicilio suæ congregationi, prout Dominus sibi dederit, competenti extiterit provisum, sub prædictorum cura et Custodis ministerio et regimine simul habitent, et mensam de suis portionibus prædictis pro qualitate personarum habeant communem, habitu se consimili quatenus poterint in signum dilectionis mutæ vestientes. Horis autem canonicis et divinorum celebrationi, cum hiis vacare poterint, simul intersint, et in mensa lectoris officio aliquid quod ad eorum instructionem et ædificationem pertineat recitari procurent; et in silentio prout convenit epulantes, hiis quæ leguntur suum præbeant diligenter auditum. In cameris quoque suis, absque strepitu verborum et absque impedimento sociorum suorum, in tranquillitate et pace suis rudimentis intendant. Et si pro suæ facultatis exercitio et causa rationabili verba aliqua invicem fuerint proferenda, id non aliter quam idiomate liceat regulari. Et sit in unaquaque camera Socius unus cæteris maturitate et sensu provector, qui in præmissis curam aliorum agat, et per quem de moribus et scientia cæterorum, qualiter scilicet in utroque proficiant, suo possit Custodi cæterisque sibi in hujusmodi cura præpositis, ac suæ congregationi si opus fuerit, evidenter liquere. Sit etiam in dicta congregatione semper grammaticus unus, qui suæ facultati totaliter vacet, et ei librorum copia et alia sibi necessaria de bonis dictæ Domus decenter et competenter ministrentur; habeatque curam eorum qui hujusmodi rudimentis fuerint applicati; et ad ipsum habeant nihilominus provectores in dubiis suæ facultatis absque rubore regressum; sub cujus magisterio, in mensa et alibi, Socii, prout expedire videbitur, idiomate regulari uti pro suæ promptitudinis commodo tenebuntur. Hoc etiam circa scholares ipsos attendatur, ut nullus suæ societati aliquos extraneos seu propinquos introducendo onerosus existat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, ut ex inde ad jurgia et contentiones aliqui provocentur; sed sicut pietatis causa pro sua exilitate ad hanc sustentationem fuerint admissi, sic inter se invicem in convictu aqua participatione tam provectores quam juniores utriusque indistincte eorum, secundum portionis suæ conditionem, humiliter sint contenti. Sint etiam in dicta Domo fratres seu æconomi, sub habitu honesto et competenti; qui ad utilitatem et conservationem bonorum et possessionum ejusdem tam interiorum quam exteriorum, prout idonei et honesti ad hoc reperiri poterunt, admittantur; et ea pro viribus explere, ac dicto Custodi humiliter obedire in honestis et licitis, teneantur. Quibus etiam, cum de re sua idoneitate constiterit, perpetuitas in dicta Domo concedatur. Hoc autem circa ipsos diligenter attendatur, ut si horum aliqui fraudem vel furtum, quod absit! de bonis dictæ Domus sibi commissis perpetraverint, aliasve flagitiosi et incorrigibiles extiterint, et de hoc sufficienter constiterit, ex tunc officio dicti Custodis, de

Common table
and uniform
clothing.

Behaviour in
chapel, at
meals, and in
chamber.

Use of the
Latin lan-
guage.

The Master of
Grammar.

Introduction of
strangers.

The Brethren.

Expulsion of
Brethren for
certain of-
fences.

consilio scholarium et fratrum aliorum, vel saltem seniorum, a dictæ Domus consortio, ad suæ iniquitatis detestationem, absque regressu, quem per appellationis seu litis adminiculum habere valeant, expellantur. Verum, si de sua pœnitentia et melioratione evidenter constiterit, gratiam sibi facere cum pœna salubri ex prædictorum decreto infligenda, si viderint expedire, licebit. Hoc insuper dicti scholares et fratres, seu œconomi præfati, invicem, præcipue teneant et observent, ut inter eos circumquaque pax et unitas et caritatis vinculum totis affectibus et viribus super omnia conservetur, nec inter eos discordiarum seu jurgii fautores seu factores remanere aut in bonis eorum participium habere, cum de sua versutia constiterit, aliquatenus permittantur. In beneficiis quoque, quæ suis usibus ordinari et assignari contigerit, sic cultus Dei et animarum cura cum honestate et ornatu tam exteriorum quam interiorum modis omnibus provideatur, ut non tam ambitio quam zelus animarum et ecclesiasticæ honestatis in suis possessionibus ecclesiasticis suspicari valeat seu notari; se ad illa manu et animo libenti taliter provideant in præmissis, ut et sua et suorum honestas ecclesiasticis viris cæteris prodesse valeat ad exemplum. Ex honestioribus insuper et provecioribus dictæ societatis, quibus omnipotens Deus prædicandi gratiam tribuerit, ad parochias quæ suis assignatæ fuerint usibus sapius aliqui, prout commode fieri poterit, dirigantur; qui verbum Dei diligenter et humiliter ibidem proponant, suosque parochianos et eorum defectus salubri consilio, in hiis maxime quæ ad eorum salutem pertinent, pro viribus studeant relevare. Annis vero singulis, mense Julii, in festo beati Kenelmi, decem vel octo de provecioribus et discretioribus scholaribus prædictis, tempore prioribus et discretionem maturis, apud Domum supradictam vice omnium conveniantur, ibidem per octo vel decem dies, in signum proprietatis et dominii quod eis gratia dictæ sustentationis ibi competit, utpote quorum nuncupatione Domus ipsa nomen sortitur, si velint moram facturi. Quibus etiam licebit modis quibus poterunt inquirere diligenter utrum Custos Domus supradictæ in administratione rerum et possessionum ejusdem bene habuerit honeste et circumspicte; et, si aliud reperiatur, hoc loci Diocesano aut ejus locum tenenti, veluti ad quem rei hujusmodi correctio pertinebit, denunciare; proviso ut denuntiationi illi de dictis œconomis duo ad minus una cum ipsis intersint, quibus vel eorum alteri idem Diocesanus, vel qui ejus locum tenuerit, curam bonorum et possessionum dictæ Domus ad conservationem eorundem, dum dictum negotium coram eo pendeat, committat. Quod et diligenter et fideliter, sub debito juramenti sui, et sub pœna privationis hujus suæ sustentationis si de contrario fuerint convicti, omni favore postposito, explere tenebuntur. Similiter autem, et aliis anni temporibus, si de Custode prædicto sinistrum aliquod audiatur, licebit duobus vel tribus hujusmodi investigationem ac denuntiationem facere, quotiens videbitur expedire.

Of harmony amongst the Scholars and Brethren.

Care of parishes.

Annual inquiry by the Scholars into the management of the House, and conduct of Warden.

Custos autem ipse, a tempore quominus diligens vel minus utilis inveniatur, nullam habeat in dicta custodia vendicationem, sed omni clamore careat, quod sibi competere posset ad eandem. Si autem bene et laudabiliter in dicta administratione perseverans, senio vel laboribus contractus aut alias ad imbecillitatem devenit, quo minus ad dictam administrationem sufficere possit, extunc sibi in Domo prædicta toto tempore vitæ suæ, inter fratres ejusdem Domus proveciores et meliores, in victu et vestitu necessaria, decenter, competenter et honeste, ministrentur. Ipse autem negotia Domus supradictæ, tanquam propria, salubri consilio pro viribus semper juvare tenebitur, et in corporis exercitio si convalescat, quatenus competenter et honeste poterit, eadem promovere. In supradicto insuper adventu suo ad locum memoratum, de conversatione et moribus ipsorum ac Sociorum suorum absentium diligentius inquiretur; et si eorum aliqui tunc vel alias de turpitudine aliqua notati fuerint, ibidem, si tunc fieri possit, aut si non ibi quam cito in municipio ubi eos agere contigerit conveniant, per duos vel tres de provecioribus et melioribus scholarium ipsorum, una cum Custode suo, ab ipsis qui curam aliorum, ut prædictum est, egerint, ac cæteris quibus expedire videbitur, veritas modis quibus sciverint investigetur, et exinde contra ipsos qui correctione vel pœna indigent ad id quod salubre videbitur, juxta sanctionem et formam supradictam, si non id ipsum antea convenienter expletum fuerit, procedatur. De moribus insuper et conversatione fratrum seu œconomorum, qualiter scilicet ipsi in suis administrationibus et vitæ meritis se habuerint, tunc diligenter inquiretur ibidem; et quod salubre fuerit, tam pro dictæ Domus utilitate quam pro ipsius fama et honestate, secundum sanctionem prædictam circa ipsos exercetur. Ratiocinia insuper dicti Custodis et aliorum ministrorum, tam exteriorum quam interiorum, ut moris est juratorum, per sex vel septem de præfatis scholaribus discretioribus et maturis, ad hoc specialiter juratis, una cum aliquibus ex dictis fratribus maturis et expertis, simili super hoc juramento astrictis, atque aliis ejusdem Domus benevolis, annis singulis in dicto adventu audiantur ibidem; et statu rerum ac possessionum suorum plenius intellecto, si bona et possessiones dictæ Domus adeo ampliari viderint ut numerus scholarium ipsorum cum sustentatione hujusmodi possit, salva educatione parvulorum inferius expressa, augeri, et tunc numerus ipse, secundum facultates ipsas, in honorem divini nominis augeatur, et quatenus augeri poterit ibidem decernatur; dum tamen facultates ampliandi illi et cæteris Domus ejusdem oneribus utilibus et necessariis, absque simulatione vel dolo, sufficere bona fide possint. Scholares igitur et fratres seu œconomi, qui in dicta Domo fuerint admittendi, in dicto adventu se repræsentent; et de conscientia et consilio scholarium, Custodis et fratrum, communi, prout idonei reperiantur et honesti, ibidem admittantur. Sint autem in dicta

Expulsion of
Warden for
negligence, &c.

Inquiry into
the conduct of
the Scholars
and Brethren.

Audit of ac-
counts.

Increase of
number of
Scholars.

Admissions of
Scholars and
Brethren.

Two Sub-
Wardens.

Hindering in-
crease of
Scholars.

Commons of
Warden and
Chaplains, and
Brethren.

Sickness of
Scholars.

Hospital of
St. John in
Basingstoke.

Allowance for
infirm Scho-
lars.

Domo, sub Custode prædicto, alii Custodes sive gardiani inferiores eidem Custodi intendentes, qui tunc etiam nominentur et provideantur ibidem; unus videlicet in dicta Domo pro cura rei familiaris, et alius in ipsa congregatione studentium, pro cura et regimine atque aliis necessitatibus et negotiis studentium prædictorum. Quod si Custos vel fratres aut scholares prædicti, pro sua voluptate aut victualium abundantia majori, supradictæ ampliationi, quod absit! obstaculum prætendant, aut eam fideliter fieri nequaquam decernant, tunc Diocæsano vel ejus locum tenenti per aliquem vel aliquos scholarium seu fratrum ipsorum, qui, metu districti judicii omnipotentis Dei, inquinamentum conscientiæ et notam scandali vitare voluerint, hoc sine morâ dispendio nuntietur; ad quod singuli, quotiens opus fuerit, sub debito fidelitatis suæ tenebuntur. Diocæsanus autem ipse, seu qui vices ejus pro tempore gesserit, salubrem ad hoc, prout opus fuerit, adhibeat correctionem. Custos autem dictæ Domus, et ministri altaris Christi in eadem commorantes, necnon fratres seu œconomi ejusdem Domus alibi commissantes, aut etiam scholares ipsi, cum ibi modo et occasione prædictis convenerint, pane et cervisia, et uno ferculo carniurn vel piscium sibi competentem, absque murmure sint contenti. Ita tamen quod, gratia hospitum aut aliarum necessitatum, de dieta liberius liceat providere; dumtamen dictorum scholarium numerus exinde non minus amplietur, aut eorum sustentatio per hoc aliquatenus minuetur, sed respectum semper habeant Custos et fratres seu œconomi ibidem, aut alibi in suis curis commorantes, ad fructum ex hujusmodi scholarium exhibitione perpetuis temporibus profuturum, et eam potius augere studeant quam suæ voluptati aliquid tribuere, quod eis, quorum sunt procuratores et ministri, ex ordinatione præsentis seu hac institutione debeatur. Si vero scholarium ipsorum aliquem vel aliquos, ad dictam Domum prout supradictum est convenientium, aut in scholis degentium, ibidem aut in scholis infirmari contigerit, ministrentur sibi victualia, vel portionem se pro rata temporis contingentem recipiat, usque ad tempus competens infra quod convalescat. Ita tamen quod, si non infra unum annum ab hujusmodi infirmitate convalescit, alius qui in scholis proficere possit ad hujusmodi sustentationem libere subrogetur. Si autem incurabilis sit ægritudo prædicta, per quod scholares illi in studio vel alibi ad victum suum honeste consequendum sufficere non possint, tunc in domo Sancti Johannis Baptistæ de Basingstoke, quam magnificus Princeps dominus Rex Angliæ supradictus, ad meam nuper instantiam, in territorio meo de Basingstoke, ad scholarium ipsorum ægotantium sustentationem fundavit et stabilivit, poterunt ad victum suum in ea, secundum facultates ejusdem, honeste consequendum, si velint, admitti. Ad quorum quidem sustentationem specialiter et ad alia dictæ Domus negotia, viginti libras sterlingorum annis singulis, de maneriis scholarium præ-

dictorum de Ibbestan et de Chetindon, per manus Custodis scholarium ipsorum, percipiendas, in forma donationis quam dictis scholaribus de dictis maneriis feci, donec dictæ domui Sancti Johannis uberius, vel saltem in æquivalenti, per me vel alium loco mei seu scholarium ipsorum ad hoc cum effectu provisum fuerit, assignavi. Cæterum, ut parentum et hæredum meorum successio, ad laudem nostri Conditoris, in morum et scientiæ profectum suos dirigat affectus, volo et statuo ut, si parvuli aliqui de dicta parentela, suis orbatu parentibus, aut alias pro exilitate parentum suorum sustentatione careant, dum in puerilibus rudimentis primitus instruantur, tunc Custos ipse eos usque tredecim vel quindecim, si forte hujusmodi sustentatione tot indigere contingat, erudiri faciat in Domo prædicta, donec in scholis proficere possint, si ad hoc habiles inveniantur; et ex illis inter cæteros ad supradictam sustentationem admittantur qui ad hoc habiles et idonei reperientur. Ad ipsorum autem educationem, necnon eorum et aliorum in scholis sustentationem, prout eorum numerus ex hoc competenter augeri poterit, maneria mea subscripta; videlicet, manerium de Stillentone inter Thinam et Thelam, cum pertinentiis; duas carucatas terræ cum pertinentiis in Seton, infra aquas prædictas; maneria mea de Cukesham, Ibbestan et Chetindon, in comitatibus Oxoniæ et Bucks; tres carucatas terræ cum pertinentiis in Gameleggeia, in comitatu Cantebrigensi, una cum terris et redditibus quondam Ricardi Dunning et Willelmi de Mannefeld, quos ipsi in Cantebrigia et partibus adjacentibus mihi nuper dimiserunt; duas carucatas terræ cum pertinentiis in Leddrede, in comitatu Surrensi; et manerium meum de Kibbiworth, in comitatu Leicestrensi; eisdem assignavi, una cum advocationibus ecclesiarum de Punteland, Dunelmensis diocesis, et portionum suarum de Dudinton et de Horsepath, Lincolnensis diocesis, ecclesiæ de Wulefard et ecclesiæ de Lappeworth, Wigorniensis diocesis, et ecclesiæ de Stratton Sarisburiensis diocesis, et aliarum quarundam quarum contemplatione mei rogatus, a præfato domino Rege Angliæ et domino Edwardo primogenito suo, ac aliis nobilibus et amicis meis, sibi sunt caritative concessæ. Et ne proventus possessionum istarum, aut etiam alia bona dictæ Domus, in tantum per negligentiam vel incuriam modo quovis minuantur seu deficient, per quod dictam sustentationem hiis qui admissi aut etiam admittendi fuerint subtrahi vel minui contingat, circumspecte caveatur et prudenter ne exteriorum custodia aut interiorum cura insciis et inexpertis ullatenus committatur. Eis autem quibus commissa fuerit Custos et aliqui de congregatione prædicta superintendant, et annis singulis, post fructuum collectionem, statum rerum suarum et astimationem earum diligenter investigent; quo etiam suorum ministrorum fidelitatem et industriam et quæ sibi expendant melius agnoscant. Custos autem dictæ Domus, cum ibi ponendus fuerit, per tredecim proveciores et seniores scholarium ipsorum qui ad dictam Domum ad hoc convenient, nominetur

Orphans of
Founder's kin.

Lands allotted
for education
and support of
Scholars.

Annual investigation of
affairs.

Nomination
of Warden.

de consilio fratrum dictæ Domus quos ibidem adesse contigerit; qui, sub obtentu felicitatis æternæ et debito juramenti sui, omni favore humano postposito, talem de seipsis vel aliis student eligere et nominare, qui melior et fidelior in administratione rerum ac negotiorum dictæ Domus haberi poterit, Domino largiente. Et deinceps, de sua præsentatione, admissione et inductione, fiat, quod per bonæ memoriæ Johannem quondam Wintoniensem Episcopum et ejus capitulum alias in dictæ Domus institutione approbatum est et signatum, seu quod dictæ Domui per Sedem Apostolicam in hac parte contigerit indulgeri. Quod si dicti tredecim in discordia, quod absit! elegerint vel nominaverint, tunc Custos interior, ne bona dictæ Domus dirptione seu detrimento diu pateant, eos ut ad concordiam redeant per alimentorum subtractionem compellat; ad quod omnes œconomi atque alii ejusdem Domus ministri mandato ipsius Custodis interioris ubique parere, sub suæ fidelitatis debito, tenebuntur. Ipse autem Custos principalis admissus de bonis dictæ Domus tam victum quam vestitum adeo honestum habeat et modestum, ut nec sibi necessaria aliquatenus deficiant, nec dicta Domus ex voluptuoso et inutili ullatenus prægravetur. Evectiones quoque duas suis usibus habeat, cum earum custodibus modestis et tolerabilibus, assignatas. Et cum, gratia rei familiaris, ad loca diversa se transferre convenit, ex œconomis et fidelibus dictæ Domus, in sui ministerii subventionem et auxilium, prout apti et utiles inveniuntur, et prout diversitas negotiorum seu locorum requisierit ac evidens necessitas poposcerit, loco Socii seu alterius adjutoris equitis secum assumat. Œconomi insuper seu fratres dictæ Domus evectionibus, quibus ad utilitatem Domus ipsius indigent, ita modeste sint contenti ut nec suo pretio, quantitate vel numero, ultra necessitatem evidentem, Domus ipsa inde gravetur. Evictionibus autem scholarium supradictorum, cum ad studium venerint seu dum ibi steterint, aut etiam cum inde recesserint, nihil penitus de bonis dictæ Domus debeatur nec inde receperint, seu eis aliquid ibidem aut aliis suis locis ministretur; sed ab hoc onere libera sit ipsa Domus et soluta, exceptis casibus quibus gratia rei familiaris ad specialia negotia fuerint transmissi. Et ne hii, quibus successionis commodum in meis bonis et feodis communi jure debebatur, ab omni prærogativa inter cæteros excludantur, plenam quinquaginta solidorum sustentationem hii qui de nostro genere assumpti fuerint habeant annuatim, sive proveciores fuerint sive juniores. Et, cum unitatis et concordie vinculum præcipue sit in dicta congregatione necessarium, Custos interior, qui dictæ congregationi sub principali Custode superintendet, discordias, si quas, quod absit! in ea suboriri contingat, diligenter, una cum hiis qui singulis vicenariis, ut prædictum est, intendunt, et qui ad hoc nominati pro sui officii exercitio juramentum præstare debebunt, sedare procuret. Et si ipsi eas convenienter sedare non possint, rebellionem eorum per quos steterit dicto Custodi principali fideliter insinuent, et quod ipse

Allowances to Warden.

Travelling expenses of Warden and others.

Allowance to Founder's kin.

Composing strifes.

una cum præmissis sive de amotione et expulsionem rebellium aut aliter inde providerit, firmiter observetur : observantias etiam alias salubres et honestas, quæ per Custodem dictæ Domus et alios discretos et fideles ad securitatem et observationem præsentis institutionis provideri contigerit, omnes et singuli observare sine contradictionis obstaculo tenebuntur. Socii quoque dictæ congregationis omnes, sicut usque ad vitæ exterminium Socii sunt in convictu, sic et, ubi simul egerint, cum suis confratribus et Sociis ecclesiasticam in sua morte habeant sepulturam. Quod si de libera familia mea, quæ in meis obsequiis tempore mei decessus egerit, aliqui sua sustentatione indigeant, nec sibi per me fuerit aliter provisum, tunc eis in Domo supradicta sustentatio competens, pro meritis personarum, ad vitam suam ministretur; ita tamen, quod dictæ Domui in officiis sibi competentibus, quamdiu commode poterunt, debeant deservire. Injungo autem scholaribus prædictis, in virtute Dei et sub obtentu felicitatis vitæ præsentis et futuræ, ut cum, præstante Domino, ad uberiores fortunam devenerint, Dolum prædictam in licitis et honestis promovere studeant, ac ejus defensionem, neque et eorum quæ ad eam pertinent, cum opus fuerit, diligenter insistant, aliosque nostri generis ac cæteros suos hujus adoptionis confratres, tanquam veri Abrahamæ filii, in sancta conversatione et morum honestate, ad laudem sui Conditoris, educare et promovere procurent: Domui etiam Sancti Johannis Baptistæ de Basingstoke, quam dominus Rex Angliæ supradictus in meo territorio et fundo, ad sustentationem ministrorum altaris Christi et ipsorum scholarium imbecillium et pauperum infirmantium, precum mearum instantia, fundavit et stabilivit, obnoxii semper sint et devoti, et eam augeant, secundum quod eis Dominus gratiam inspiraverit ac sibi concesserit facultatem. Singulis autem annis, semel vel bis, in locis ubi eos agere contigerit, convenient, et pro suo Fundatore atque aliis suis benefactoribus, vivis et defunctis, divina celebrari procurent; horumque tenorem pro memoria et conservatione hujus eleemosynæ ibidem recitari faciant, et suas intentiones in profectum Ecclesiæ sacrosanctæ dirigant, ac sui Conditoris honorem et nominis sui laudem totis affectibus studeant ampliari. Capitalibus autem dominis feodorum, de suis servitiis ac aliis quibuslibet, bona fides in singulis negotiis et contractibus observetur. Illud quoque insuper attendendum est, quod si dictorum scholarium et fratrum commoditate locus habitationis apud Farnleigh vel alibi in suo territorio, pro situ loci aut causis aliis emergentibus, sit competentior, et ad locum hujusmodi se transferant, vel per alium hujus adjutorem operis transferantur, nihil eis ideo juris seu possessionis depereat in dictis maneriis seu rebus aliis sibi assignatis, vel deinceps ex pia largitione fidelium assignandis; dum tamen hanc institutionem tam re quam nomine teneant et observent, et se suasque possessiones alteri collegio non adjungant. Et ne in dicta Domo vel societate prædicta pestis pullulet, quæ per carnis illecebras totiens vexat in-

Burial of Fellows.

Provision for indigent members of Founder's household.

Obligation to assist the interests of the House; and of the Hospital at Basingstoke.

Prayers for Founder and Benefactors.

Services to lords of the fee. Power of removal to Farnleigh or elsewhere.

Servants to be males.

cautos, singula prædictæ Domus ministeria, ad minus infra septa curiæ, necnon et alibi quatenus alibi fieri poterit, perpetuis temporibus fiant per mares. Ad horum autem omnium memoriam et securitatem sempiternam, sigillum præfati domini Regis Angliæ, in sui consensus et approbationis testimonio, una cum sigillo meo, præsentis paginæ est appensum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

Chaplains and poor Scholars, founded for the souls of Henry III. and Richard I.

Memorandum quod de manerio de Kibbeworthy perpetuo sustentari debent, pro anima domini Henrici de Alemannia et domini Richardi Regis patris sui, et aliorum benefactorum meorum, tres capellani divina celebrantes, et præterea duodecim scholares pauperes secundarii, percipientes singuli sex denarios per hebdomadam, a quindena Sancti Michaelis usque ad quindenam Sancti Johannis Baptistæ; qui inter cæteros ecclesiasticis obsequiis specialiter deputentur, et ad hanc sustentationem in forma de cæteris prænotata admittantur, et ab eadem si meruerint expellantur.

[Compared with the original to which the aforesaid seals are annexed.]

[To the statutes of 1270 is annexed the following instrument under the College.]

Universis pateat per præsentés quod nos, Magister Ricardus de Werplesdon, Custos Domus scholarium de Merton, scholares et fratres ejusdem Domus, ex affectu speciali, Magistrum Petrum de Abendon primum ejusdem Domus Custodem recipimus in confratrem, ita quod omnium suffragiorum in Domo nostra fiendorum et etiam factorum particeps fiat in perpetuum; concedentes eidem ut, singulis annis, per nos, Custodem et scholares, in ecclesia nostra in Oxonia, die Martis in hebdomada Paschæ, quem diem idem Magister Petrus pro die obitus sui censuit observari, missa pro anima ejus celebris fiat et solennis. Volunus etiam et concedimus quod capellani qui pro Domus nostræ celebrant Fundatore, quilibet pro tempore suo, animam dicti Magistri Petri, sæculo durante, in memoriam habeat specialem. Et ut labor Sociorum die obitus sui mitius toleretur, ordinat Magister Petrus, ex unanimi consensu nostro, ut nos Custos et scholares, eodem die, xx solidos ad pitantiam, cum vino, de bursa communi habeamus, quousque ad dictam pitantiam sustendendam vel uberiorem redditus aliquis ejus possit et ad hoc assignari. Ad hæc autem præmissa fideliter observanda nos, Custos et scholares, singuli astricti sumus, juramento: et omnes scholares in posterum in Domo moraturi idem præstabunt sacramentum. Pro hiis omnibus tantæ pietatis operibus, dat et concedit prædictus Magister Petrus nobis et successoribus nostris domum suam in vico Sancti Johannis Baptistæ, ex opposito Domus nostræ situatam, in perpetuum possidendam.

STATUTES OF MERTON COLLEGE, OXFORD, 1274.

TABLE OF CHAPTERS.

1. De concessione maneriorum Maldon et Farlegh	Page 23
2. De legistis et scholaribus in Domo degentibus	24
3. De numero scholarium, et taxatione sustentationis	24
4. De scholaribus infirmantibus	24
5. De Custode	25
6. [De institutione sive destitutione Custodis]	25
7. De officio Decanorum, etc.	25
8. De mensa scholarium	26
9. De ministerio altaris	26
10. De lectore in mensam	26
11. Quales sese in cameris gerant	26
12. De non inducendo extraneos	26
13. Quales admittendi; et de anno probationis	26
14. De causis amotionis, criminibus, et trina monitione	27
15. De dissensione cum Sociis	27
16. De appellatione ejectis denegata	28
17. De electionibus faciendis	28
18. De readmissione ejectorum	28
19. De officio Vicecustodis	29
20. De scrutiniis	29
21. De petituris eleemosynam ad capitula accedentibus; exequiis faciendis, etc.	29
22. De œconomis et fratribus	30
23. De bursariis, et ratiociniis collegii	30
24. De visitatione Custodis et œconomorum	30
25. De augendo et definiendo numero scholarium	31
26. De reditu a capitulo	32
27. De circuito Custodis, et collectione fructuum	32
28. De Custodis mensa et emolumentis; Vicecustodis officio, equis, indumentis, melioratione mensæ Custodis, et residentia Vicecustodis et capellanorum	33
29. De electione Custodis	33
30. De electione Vicecustodis, Bursariorum et Capellanorum	33
31. De monitione et denuntiatione contra Custodem	34
32. De iis quæ denuntianda sunt Patrono	34
33. De Custode et serviandis senescentibus	34
34. De equis permissis	35

	Page
35. De sepultura scholarium	35
36. De potestate nova statuendi	35
37. Jus et possessio non pereunt propter translationem scholarium	35
38. De pace colenda	36
39. De obligatione promotorum	36
40. De educatione parvulorum, etc.	36
41. De appellatione Custodi amoto denegata	37

STATUTA COLLEGGII MERTONENSIS IN UNIVER-
SITATE OXONIENSI, 1274.

Cap. I.—*De concessione maneriorum Maldon et Farlegh.*

IN nomine gloriosissimæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Ego, Walterus de Merton, clericus, illustris domini Regis Angliæ quondam Cancellarius, de Summi rerum et bonorum Opificis bonitate confisus, ejusdem gratiæ qui vota hominum pro sua voluntate ad bonum disponit et dirigit fidenter innisus, animique revolutione sæpe sollicitus si quid sui nominis honori retribuam pro hiis quæ mihi in hac vita abundanter retribuit, Domum, quam Scholarium de Merton intitulari seu nuncupari volui et mandavi, et quam in meo solo proprio, meis laboribus acquisito, videlicet, apud Maldon in comitatu Surriensi, ad perpetuam sustentationem scholarium in scholis degentium, pro salute animæ meæ et animarum domini Henrici quondam Regis Angliæ, necnon et germani sui Richardi Romanorum Regis inclyti, et antecessorum et hæredum suorum, ac parentum et benefactorum meorum omnium, ad honorem et gloriam Altissimi, ante turbationem in Anglia nuper subortam, fundavi et stabilivi, nunc, pace Angliæ reformata ac pristina turbatione sedata, animi stabilitate perpetua approbo, stabilio et confirmo, locumque sibi habitationis et domum Oxoniæ, ubi Universitas viget studentium, in meo territorio proprio, ecclesie Sancti Johannis contermino, concedo et assigno. Quam siquidem Domum scholarium de Merton nuncupari volo, atque in ea scholares perpetuo moraturos esse decerno. Cui siquidem Domui, seu scholaribus in eadem, Altissimo concedente, imperpetuum moraturis, maneria mea de Maldon et de Farlegh cum suis pertinentiis, quæ pro ipsorum scholarium et ministrorum altaris, qui in ea residentes erunt, sustentatione perpetua, tempore dictæ turbationis contuli, etiam in præsentî, pace regni reformata, concedo, ipsamque collationem spontanea et libera voluntate approbo, ac deliberato judicio ratifico et confirmo. Quæ etiam maneria dictis scholaribus, una cum aliis per me sibi acquisitis et acquirendis, apud eosdem scholares et fratres perpetuo permanere decerno, sub forma et conditionibus infrascriptis, tam circa personas quam circa regulam eorundem, annuente Domino, futuris temporibus jugiter observandis.

Confirmation
of previous
foundation.

Grant of a
house in Ox-
ford.

Grant of the
manors of
Maldon and
Farleigh.

Cap. 2.—De legistis et scholaribus in Domo degentibus.

Studies of the
Scholars.

Hanc igitur formam statuo (quam et imperpetuum observandam decerno), ut in ipsa Domo, quæ Scholarium de Merton nuncupatur, perpetuo sint scholares literarum studio deputati, qui artium, seu philosophiæ, canonum seu theologiæ, studio vacare tenebuntur. Quorum pars major artium liberalium et philosophiæ studio vacent, donec de sui Custodis et Sociorum arbitrio, tanquam in hiis laudabiliter provecti, ad studium se transferant theologiæ. Quatuor autem vel quinque ex sui superioris providentia, quos ipse humiles et ad hoc aptos decreverit, in jure canonico licenter studeant. Cum quibus etiam ipse Superior, ut jura civilia ad tempus audiant, quatenus expedire viderit, poterit dispensare. Sit etiam in ipsa congregatione grammaticus unus qui studio grammaticæ totaliter vacet, sibi que, de bonis Domus ipsius, librorum copia et alia necessaria ministrentur; et eorum qui studio grammaticæ fuerint applicati curam habeat; et ad ipsum etiam provectiores in dubiis suæ facultatis habeant absque rubore regressum; sub cujus etiam magisterio scholares ipsi, de quibus et ubi expedire videbitur pro suæ promptitudinis commodo, Latino fruantur eloquio seu idiomate vulgari, et ipse pro viribus singulos fideliter instruere teneatur.

A student and
teacher of
Grammar.

Cap. 3.—De numero scholarium et taxatione sustentationis.

Number and
annual portion
of Scholars.

Sit insuper [justus] numerus scholarium ipsorum juxta quantitatem bonorum Domus ipsius, quorum quilibet quinquaginta solidos duntaxat per manus sui Superioris, vel eorum qui ad proventus dictæ Domus recipiendos et reservandos deputati fuerint, terminis competentibus, percipiant annuatim; ita siquidem ut, singulis hebdomadis, certam inde portionem ad suam communiam percipiant. Singulis tamen, si præter necessitates Domus ipsius ad quas deputati fuerint vel transmissi extra scholas egerint, de suis portionibus pro rata temporis subtrahatur; et partes sic subtractæ per dictos Superiorem et alios ad proventus dictæ Domus recipiendos et reservandos deputatos, in dictæ Domus utilitatem alias convertantur. Hiis autem, qui pro necessitatibus dictæ Domus missi seu alias pro dictæ Domus utilitate extra Domum illam egerint, ad quod utique omnes et singulos prout rei necessitas requirit teneri decerno, in nullo quominus suam portionem percipiant derogetur, quin eas integre recipiant, aut alias impensæ sibi competentes pro sui Superioris arbitrio ministrentur.

Absence of
Scholars.

Cap. 4.—De scholaribus infirmantibus.

Allowance to
infirm Schol-
ars.

Quod si scholarium ipsorum aliquem, pro necessitate vel utilitate Domus ipsius ad loca aliqua destinatum, dum absens fuerit

infirmari contigerit, plena sibi portio sua pro rata temporis, aut alia sustentatio competens in dicta Domo, usque ad annum integrum, si non prius convaluerit, ministretur. Aliis autem ex scholaribus prædictis in ipsa Domo infirmantibus gratia fiat consimilis usque ad decem menses; et ex tunc, si vel hujus vel illius annalis fuerit ægrotatio continua, nec spes de convalescentia subsit propinqua, loco ipsius, veluti ad studendum inutilis, alius qui utilis et aptus fuerit subrogetur. Si autem incurabilis fuerit ægrotatio, per quod ad victum suum alias consequendum aptus non fuerit, in Hospitali de Basingstoke, quod dominus Rex supradictus in meo territorio, precum mearum instantia, censuit fundandum, sustentationem perpetuam pro viribus Hospitalis illius habeat competentem.

Cap. 5.—*De Custode.*

Sit autem in dicta Domo Superior, qui Custodis nomine perpetuo nuncupetur; vir in spiritualibus et temporalibus circumspectus, qui scholaribus in ipsa Domo commorantibus ac ministris altaris, aliisque omnibus fratribus et œconomis seu ballivis, quocumque nomine censeantur, qui ad exteriorum seu interiorum administrationem seu regimen fuerint deputati, præmineat et præsit, omnesque ei tam scholares quam altaris ministri, fratres, œconomi et ballivi, tanquam suo Superiori, obedient et intendant.

Cap. 6.—

De conditionibus vero ejusdem Custodis, quoad ejus institutionem seu destitutionem et alia ipsum contingentia, ea firmiter observentur quæ super hoc inferius sunt annotata.

Cap. 7.—*De officio Decanorum, etc.*

De scholaribus autem supradictis aliqui de discretioribus eligantur, qui sub ipso Custode, tanquam ejus coadjutores, minus provectorum curam, qualiter in studio et morum honestate proficiant, agere teneantur. Adeo ut numero cuilibet vicenarius vel etiam decenarius, si necesse fuerit, præsit unus, et iis, dum aliorum curam diligenter expleverint in aliquo, cæteris provideatur uberius, prout videatur honestum. Sit nihilominus in qualibet camera, in qua præfati commanent scholares, unus cæteris maturitate provector, qui etiam aliis superintendat sociis, et per quem de ipsorum moribus et studii profectu ipsi Custodi Domus, cæterisque in hujusmodi cura præpositis, ac ipsi congregationi scholarium, si opus fuerit, innotescat.

Cap. 8.—*De mensa scholarium.*

Of common table and uniform dress of Scholars.

Porro scholares sub ipso Custode et aliis præpositis, vicenariis videlicet et Decanis, in ipsa Domo studendi officio deputati, mensam communem habeant, et etiam habitum conformem quantum possunt.

Cap. 9.—*De ministerio altaris.*

Performance of divine services.

Horisque canonicis et celebrationi missarum simul intersint diebus festivis ac aliis, quantum eis vacaverit: quæ ut honestius atque decentius impleantur, quatuor ministros vel tres ad minus, ministerio altaris in ordine sacerdotali et habitu honesto et convenienti deputatos, in ipsa Domo esse decrevi et censeo perpetuo moraturos.

Cap. 10.—*De lectore in mensam.*

A reader at table.

In mensam etiam lectorem habeant, et sub silentio simul epulantes hiis quæ leguntur attendant.

Cap. 11.—*Quales sese in cameris gerant.*

Behaviour in chambers, and use of Latin.

In cameris suis absque strepitu et absque sociorum impedimento conversentur; studioque diligenter adhærentes, si qua proferant eloquio fruantur Latino.

Circa hæc et ea quæ artis grammaticæ requirit directio, supradicti magistri grammaticæ directionem atque correctionem humiliter tolerantes.

Cap. 12.—*De non inducendo extraneos.*

Introducing strangers.

Hoc etiam inter se scholares ipsi diligenter attendant, ut nullus extraneos vel propinquos inducendo suæ societati onerosus existat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, nec exinde contentiones vel jurgia suscitentur; sed, sicut pietatis causa ad sustentationem hujusmodi sunt admissi, sic absque aliorum onere æqua participatione juxta suas portiones singuli in convictu humiliter sint contenti.

Cap. 13.—*Quales admittendi, et de anno probationis.*

Qualities of candidates for Scholarships.

Hoc etiam in eadem Domo specialiter observari volo et decerno, ut circa eos qui ad hujusmodi eleemosynæ participationem admittendi fuerint, diligenti sollicitudine caveatur ne qui, præter honestos, castos, pacificos, humiles, indigentes, ad studium habiles ac proficere volentes, admittantur. Ad quorum agnitionem singulis, cum in dicta societate fuerint admittendi, sustentationis gratia in eadem ad annum unum, utpote probationis causa, primitus concedatur, ut sic demum, si in dictis conditionibus laudabiliter se habuerint, in dicta congregatione admittantur.

Year of probation, before admission.

In quorum admissione, necnon et sustentationis gratia prædictæ, ipsi qui de genere meo fuerint, gratia successionis, quæ sibi in meis feodalibus secundum regni consuetudinem debebatur, præcipui sint et primi; ac deinceps de Wintoniensi diocesi et aliis diocesisibus et locis ubi sua beneficia seu feodalia ac alia suo victui deputata consistant. Quibus singulis, dum sic fuerint in dicta Domo admissi, eousque ad suam sustentationem præfata summæ annuæ præstabuntur, quamdiu cum suis superioribus obedienter, et cum suis sociis pacifice, tolerabiliter et modeste, se gesserint, ac in regimine sui, studio diligenter vacantes, in moribus se laudabiliter habuerint et honeste.

Preference of Founder's kin, natives of Winchester diocess, &c.

Cap. 14.—*De causis amotionis, criminibus, et trina monitione.*

Si autem eorum alicui ægritudo diutina vel incurabilis, ut prædictum est, supervenerit, seu quis eorum religionem intraverit, seu ad alicujus obsequium se transtulerit, beneficiumve uberius fuerit assecutus, vel ab ipsa Domo animo studium deserendi recesserit, seu in ipsa Domo studere neglexerit, cesset omnino in ejus persona exhibitio supradicta. Quod si publica turpitudinis nota eorum aliquem involverit, aut grave scandalum in ipsa Domo per eorum aliquem fuerit suscitatum, vel adeo intolerabilis erga Magistrum aliosve præpositos, aut impacificus erga Socios, seu jurgiorum suscitator creber, extiterit, dicta sibi sustentatio seu exhibitio omnino subtrahatur, et ipse a dicta congregatione penitus excludatur. Hoc tamen adhibito moderamine circa delicta, ut si de perjurio, sacrilegio, furto, seu rapina, homicidio, adulterio, vel alio lapsu carnis, gravi percussione Socii, vel (quod deterius est) Magistri, per testes idoneos aut alias indubitanter coram dicto Superiore, assidentibus sibi sex vel septem de senioribus dictæ Domus, evidenter appareat, hoc solum semel commissum sufficiat ut expulsionem seu ejectionem dictæ Domus dignissimus habeatur. Si autem de gravi crimine sola fuerit contra eum exorta suspicio, fama seu potius infamia deferente, aut si crimen aliquod de levioribus commiserit, veluti inobedientiam levem erga præpositum vel Magistrum, aut jurgium breve cum socio, aut levis contentio per eum fuerit suscitata, trina monitione corripiatur per Superiorem vel alium præpositum, si necesse fuerit; ut in futurum sive quoad suam famam melius se habeat, sive ab hujusmodi insolentiis se omnino compescat. Quod si, sprete trina monitione præfata, suam famam miserabiliter neglexerit, aut in casu alio circa suam emendationem negligens extiterit, ab ipsa Domo absque spe regressus ejiciatur et maneat perpetuo sic ejectus.

Forfeiture of Scholarship by incurable sickness and other causes.

Greater and lesser crimes.

Three warnings in lesser crimes.

Cap. 15.—*De dissensione cum Sociis.*

Si autem gravis dissensio inter eorum aliquos fuerit suborta, per supradictos præpositos vicenarios et Decanos sedetur, si ipsi

Composing dissensions.

ad eam sedandam absque Superiore sufficienti. Sin autem per ipsum Superiorem Domus, cum septem vel octo de senioribus dictæ Domus ei assidentibus, terminus dicto negotio imponatur; et quod ipse Superior præfato modo duxerit ordinandum firmiter observetur, et executioni absque contradictione aliqua demandetur. Quod si pars alterutra hujusmodi ordinationi parere neglexerit, a dicta societate pars rebellis tanquam incorrigibilis et rebellis penitus excludatur.

Cap. 16.—*De appellatione ejectis denegata.*

Prohibition of appeal in cases of expulsion.

Ejectis autem a Domo præfata omne beneficium dictæ Domus et participatio bonorum ipsius penitus denegetur, nec eis occasione amotionis seu ejectionis hujusmodi contra Custodem dictæ Domus aut scholares, seu quoscunque alios de dicta Domo, aliqua actio competat vel regressus, sive agendo, sive appellando, sive querimoniam deponendo, sive in integrum restitutionem pétendo, seu cujuscunque curiæ sæcularis vel ecclesiasticæ literas obtinendo, seu literis a quibuscunque vel per quoscunque obtentis utendo, contra suam amotionem memoratam; quantumcunque sibi alias probitatis et vitæ merita suffragentur. Ne enim litibus bona dictæ Domus inutiliter deserviant, aut eorum aliqui abjectionis suæ causa ad lites valeant convolare, statuo et decerno ne qui in dicta sustentatione aut bonis dictæ Domus jus habeant, aut aliquid sibi vindicare possint, nisi dum adeo humiles, obediens ac tolerabiles fuerint et modesti, ut Custos et Socii dictæ Domus conversationem eorum ac in suis rudimentis diligentiam approbaverint, et eorum societate absque contentione et murmure seu scandalo fuerint contenti.

Cap. 17.—*De electionibus faciendis.*

Election to vacant Scholarships by Warden and thirteen senior Scholars.

Loco autem alicujus deficientis scholarium dictæ Domus vel ex causa supradicta expulsi, debet alius continuo subrogari, in quem, videlicet, Custos dictæ Domus una cum tredecim senioribus de ipsis scholaribus poterint concordare; aut si illos discordare contigerit, is loco alterius assumetur in quem Custos Domus una cum sex senioribus dictorum tredecim duxerit concordantium. In qua siquidem subrogatione, necnon et quorumcunque aliorum admissione, conditiones superius circa eos qui admittendi fuerint annotatas, sub debito juramenti seu fidelitatis omnium et singulorum quorum intererit, censeo investigandas, ac temporibus perpetuis pro viribus observandas.

Cap. 18.—*De readmissione ejectorum.*

Readmission of expelled Scholars.

Ne tamen ob crimina leviora, ut superius expressum est, vel offensas leves ejectis, aut studium deserentibus, omnis denegetur humanitas, si in posterum dignos penitentiae fructus egerint; et

Custodem seu Præpositos aut scholares Domus ipsius, agendo vel appellando, aut per modos alios superius nominatos, occasione sua abjectionis nequaquam procuraverint molestari, seque ad loca et beneficia ipsius Domus humiliter petierint de novo admitti, ex speciali gratia sibi poterit concedi, ut cum loca aliqua de novo vacaverint, ad eadem, si Custos et scholares expedire viderint, in forma et modo quo alii de novo assumuntur, misericorditer possint admitti.

Cap. 19.—*De officio Vicecustodis.*

Sit autem in Domo supradicta sub dicto Custode senior unus seu Vicecustos, conversatione et moribus approbatus, sive de ministris altaris prænotatis, sive alius ad hoc deputatus; qui circa curam, conversationem et profectum, tam ipsorum ministrorum altaris, quam scholarium, Decanorum et vicenariorum prædictorum, vices ipsius Custodis absentis suppleat, et sibi etiam præsentis circa eadem pro viribus diligenter assistat.

Of the Vice-warden.

Cap. 20.—*De scrutiniis.*

Utile etiam censeo et volo ut a Custode et senioribus Domus et omnibus scholaribus ibidem præsentibus ter in anno, per octo videlicet dies ante Natale semel, et iterum per octo dies ante Pascha, et tertio in festo Beatæ Margaritæ, quum Magistri ab actu legendi cessare solent, in ipsa Domo Capitulum vel scrutinium celebretur; in quo de singulorum vita, conversatione, moribus, profectu studii, et de omnibus illis quæ aut correctione aut reformatione in melius digna fuerint, diligentius inquiratur; atque ibidem quæ fuerint corrigenda corrigantur, necnon excessus pro modo et quantitate delicti, juxta censiones superius annotatas, nisi prius hoc ipsum expletum fuerit, animadversione condigna plectentur.

Three chapters or scrutiniis to be held every year, for deciding punishments, &c.

Cap. 21.—*De petituris eleemosynam ad capitula accedentibus; exequiis faciendis, &c.*

In eisdem etiam terminis, ad eadem capitula vel ad eorum aliquod accedant qui hujusmodi beneficia dictæ Domus fuerint petituri, et in eisdem capitulis sub claro fidedignorum testimonio, qui vitam eorum et conversationem peroverint, gratia sibi primitus sustentationis annualis prout superius expressum est concessa, extunc in ipsa Domo, si de conditionibus prænotatis liqueat et expedire videatur, admittantur. Quibus siquidem admittendis omnibus indistincte in ipsa admissione, jurandi necessitas imponatur; et illum præcipue articulum, quod, in casu abjectionis suæ ob sua forsitan demerita futuræ, omni actioni atque

Candidates for the benefits of the College, to apply at the Chapters.

To be sworn to observe the Statutes, and to renounce appeal in case of future expulsion.

Divine services for Founder and benefactors, at the Chapters.

appellationi omnique juris remedio expresse renuntient, tam scilicet canonici quam consuetudinarii aut civilis. In ipsis insuper Capitulis seu scrutiniis celebrandis, convenientibus Custode et scholaribus in ipsa Domo degentibus, divina faciant pro suo Fundatore necnon et aliis benefactoribus suis viventibus et defunctis solenniter celebrari, atque presentis scripturæ tenorem pro conservatione et memoria hujusmodi elemosynæ, coram omnibus recitari.

Cap. 22.—*De œconomis et fratribus.*

Of the *œconomi* or brethren.

Their punishment and expulsion.

Sint etiam in locis et maneriis dictæ Domus *œconomi*, ubi necesse fuerit et expedire videbitur, locorum et maneriorum ipsorum sub ipsius Custodis obedientia custodiam agentes et negotia; quibus, si utiles reperti fuerint et honesti, perpetuitas in ipsa Domo et nomen fratrum sub habitu honesto poterit concedi: quorum tamen excessus Custos Domus, assidentibus sibi sex vel septem de senioribus dictæ Domus, pro modo et quantitate delicti, punire poterit per eorum amotionem a consortio fratrum et participatione bonorum dictæ Domus, sine spe reversionis; omni genere actionis contra Custodem, Domus seu scholares ejusdem et fratres, omnique juris auxilio, occasione suæ amotionis, penitus denegato; nisi forte imposterum condigne peniteant, prout superius de scholaribus supradictis evidentius est expressum.

Cap. 23.—*De bursariis et ratiociniis collegii.*

The three Bursars.

Audit of their accounts. Warden's account.

De scholaribus insuper dictæ Domus tres idonei et discreti assignentur, qui exitus et proventus terrarum et possessionum ejusdem Domus a manibus dicti Custodis, *œconomorum*, necnon et aliorum undecunque, provenientes, sub testimonio dicti senioris recipiant, et in tuto, ad distributiones supradictas et alia dictæ Domus negotia, fideliter ac solerter reservent. Et ipsis tribus presentibus, cum aliis quinque de discretioribus dictæ Domus ad hoc assignandis, omnium ballivorum ratiocinia annis singulis diligenter et exquisite per dictos Custodem et seniore[m] audiantur: ipsorum etiam trium ratiocinia coram dicto Custode, seniore et aliis quinque prædictis, similiter audiantur. Custos etiam ipse de sua administratione et de hiis quæ de bonis dictæ Domus ad manus suas devenerint, coram dicto seniore sive Vicecustode, et aliis quinque prædictis, annis tenebitur singulis reddere rationem.

Cap. 24.—*De visitatione Custodis et Œconomorum.*

Visitation and inquiry into conduct of the Warden and *œconomi*.

Ut autem proprietatem et plenum dominium maneriorum et possessionum dictæ Domus, tam scilicet ecclesiasticarum quam sæcularium, ad dictos scholares pertinere liqueat evidenter, atque ut ipsum seniore[m] supradictum ad custodiam et negotia dictæ Domus Vicecustodis absentis, ut præactum est, deputatum, nec

non ut scholares ipsos actus et administratio ipsius Custodis et aliorum ipsis maneriis et possessionibus præpositorum omnino non lateat; Custos ipse, ad denuntiationem dicti senioris et scholarium, omnes maneriorum et possessionum suarum œconomos atque fratres in ipsis maneriis et locis commorantes semel in anno ad aliquem maneriorum seu locorum suorum die certo faciat convenire. Ad quem diem et locum veniat ipse Custos atque dictus senior, et decem vel octo scholares de maturioribus Domus ipsius, causa visitationis Custodis et fratrum seu œconomorum, necnon et aliorum dicti collegii, auctore Domino, viriliter impendendæ. In ipso igitur dictorum Custodis, senioris et scholarium prædictorum, adventu, omnes œconomi et ballivi, in signum renuntiationis suorum officiorum, absque detentione juris alicujus quod eis in suis administrationibus competat, claves in manibus ipsius Custodis in præsentia dictorum senioris et scholarium resignabunt; ac deinde, per dictos seniorem et scholares, de vita, conversatione et moribus, Custodis, œconomorum et fratrum, necnon excessibus eorundem, diligentius inquiratur; ac insuper, ratiociniis singulorum tunc vel prius, ut supra dictum est, auditis, et qualiter in suis administrationibus se habuerint solerter ut sciri poterit intellecto, excessus œconomorum, fratrum et ballivorum, qui inventi fuerint animadversione condigni, juxta quantitatem delicti, sive per abjectionem a participatione bonorum Domus et fratrum consortio, sive per administrationis suæ perpetuum vel ad tempus interdictum, aut pœna alia quæ digna visa sit Præsidenti, acriter puniantur. Qui autem prudentes inventi fuerint et fideles, ex nova commissione Custodis, de consensu scholarium sibi assidentium, in pristinis administrationibus tolerari poterunt, aut præferri, vel ad loca alia et officia majora transferri, vel aliter honorari, pro discretione et arbitrio judicantis; ut mali et desides metu pœnæ, fideles et boni honoris præmio, ad meliora continue invitentur.

Surrender of office by œconomi and ballivis.

Audit of their accompts.

Re-appointment to office.

Cap. 25. — *De augendo et definiendo numero scholarium.*

Si autem fuerit in eodem adventu compertum quod bona dictæ Domus adeo excreverint ut scholarium ipsorum numerus, cum sustentatione consimili, possit augeri, tunc, salva educatione parvulorum inferius annotata, ad honorem divini nominis augetur, et quatenus augeri poterit ille numerus, decernatur seu diffiniatur ibidem. Quod si per aliquem vel aliquos de scholaribus, aut Custodem aut fratres, pro sua voluptate aut majori victualium abundantia, prætentatur obstaculum quominus excrecentibus facultatibus pariter scholarium excreseat et numerus, quicumque ille fuerit, per ipsum seniorem pœna quæ sibi æqua videbitur a tali impedimento desistere compellatur; quod si pertinax fuerit in incepto, tanquam pro crimine graviore ab ipsa Domo irreparabiliter expellatur. Si vero Custos supradictus

Increase of number of Scholars, from increase of revenues.

Punishment of opposers of such increase.

Punishment of Warden for opposition to increase of number of Scholars.

Legal objections to increase of Scholars.

Return from Chapter.

Autumnal progress of Warden to view manors and collect rents, &c.

quominus in hoc casu scholarium numerus accrescat, [se] quod absit! opponat, per scholares et fratres qui cum ipso seniore ad locum pervenerant, primo, secundo et tertio, moneatur, qualibet monitione duarum dierum spatium continente; qui ter monitus, si non resipuerit ab incepto, per dictum seniore[m] aut aliquos de scholaribus prædictis id patrono dictæ Domus nuntietur; a quo post monitiones supradictas correptus, si adeo laudabile bonum ulterius impedire præsumat, tanquam pro gravi crimine per ipsum patronum a præfato abjiciatur regimine, ipsique scholares sibi et Domui suæ, secundum formam præsentibus sibi traditam, libere provideant de Custode. Hæc autem omnia circa penam hujusmodi numeri incremento contradicentis sic censui moderanda, ut si justam et evidentissimam causam suæ contradictionis in medio expresserit contradictor; veluti onus æris alieni, vel litigium cum potente, aut contributionem ecclesiis eorum usibus deputatis impositam, aut Terræ Sanctæ subsidium, levamen Principis aut prælati, repentinum domorum aut ecclesiarum incendium vel ruinam, mortalitatem gregum, armentorum aut pecorum, aut hiis similia, quæ nequeant facile numerari; non tantum immunis a pœna, sed etiam laude similiter et honore dignus, merito judicetur.

Cap. 26.—*De reditu a capitulo.*

Cunctis autem rite dispositis quæ in ipso adventu fuerint disponenda atque completis, utpote punitis excessibus, auditis ratiociniis Custodis, œconomorum et aliorum ministrorum; necnon ministris seu œconomis sapientibus et expertis in singulis maneriis de communi consilio collocatis; definito etiam an numerus scholarium augeri valeat et in quanto, vel ipsa definitione hujus articuli per contradictionem Custodis forsitan suspensa seu dilata; redeat senior ipse cum scholaribus ad Domum scholarium a qua, causa visitationis hujusmodi, ad tempus abscessit; œconomi quoque ad loca sibi deputata se transferant, et suis ministeriis vacent fideliter et attente. Custos autem suo similiter ministerio, interiorius et exteriorius, prout rei qualitas, et temporis seu locorum necessitas aut utilitas, exposcit, solerter et solícite reintendat.

Cap. 27.—*De circuitu Custodis et collectione fructuum.*

Qui etiam, annis singulis, collectis autumnii fructibus, maneria et loca ad dictam Domum spectantia circueat et visitet, necnon et quantitatem bonorum in singulis locis prædictis videat et taxet, ipsamque taxationem seu æstimationem fideliter in scriptis redigat, et redactam in scriptis seniori et scholaribus dictæ Domus deferat et assignet; ut demum, anno revoluto, cum ratiocinia fuerint audienda, fidelitas ipsorum ratiocinatorum ex collatione ipsius scripturæ certius valeat apparere.

Cap. 28.—*De Custodis mensa et emolumentis; Vicecustodis officio, hœ equis, indumentis; melioratione mensæ Custodis, et residentia Vicecustodis et capellanorum.*

Custos siquidem mensam habeat in qua sint ei commensales senior seu Vicecustos supradictus et tres capellani, et quinque mancipia dictis Custodi, seniori et capellanis, si tot indigeant, ministrantia. Ad quod quinquaginta marcas annuatim recipiat de bonis Domus supradictæ. Et præter hæc habeat Vicecustos, annis singulis, ad indumenta et alia necessaria sua, quinquaginta solidos, necnon et singuli dictorum trium capellanorum duas marcas de bonis ejusdem Domus. Custos autem duas evectiones cum earum pabulo, et indumenta sua propria sibi rationabiliter congruentia, et mancipiorum stipendia, etiam præter prædictas quinquaginta marcas, habeat de communi. Et quia œconomos seu ballivos dictæ Domus et eorum nuntios, ad dictam Domum pro negotiis ejusdem Domus sæpius accedentes, in dictorum Custodis, senioris et capellanorum, mensa recipi oportebit; volo et decerno ut, si terras et possessiones dictæ Domus, per eorundem Custodis, senioris et capellanorum, industriam, in aliquo vel alicubi meliorari contingat, per quod fructus et proventus majores et ampliores exinde proveniant; utpote si possessio vel manerium, quæ tempore assignationis seu concessionis dictæ Domui inde factæ decem marcas valuit, ad summam ulteriorem, puta quindecim marcarum vel aliam, per hujusmodi meliorationem attingat, decima dictæ meliorationis cedat eisdem Custodi, seniori et capellanis, ad sustentationem mensæ suæ et oneris supradicti. Dicitus vero Vicecustos et tres capellani prædicti in dicta Domo tenebuntur continue residere; nisi forte, ex magna et urgente causa, ad dictæ Domus negotia eos transmitti contingat.

Of the Warden's table and allowances.

The Vice-Warden's allowances.

The Warden's horses.

Additional allowance for Warden's table.

Residence of Vice-warden and Chaplains.

Cap. 29.—*De electione Custodis.*

De Custode autem, cum ibi ponendus fuerit, hoc modo provideatur. Septem de provecioribus et discretioribus dictæ Domus assignentur ad inquirendum a singulis scholaribus dictæ Domus si quos in spiritualibus et temporalibus, sive de dicta Domo sive aliunde, discretos et exercitatos noverint; et, cum eos omnes audierint, tunc dicti septem, pensatis industria, probitate et honestate, singulorum, tres quos magis idoneos et Domui suæ necessarios intellexerint, ex hiis qui per dictos scholares nominati fuerint, aut aliis si liquido magis expedierit, suo Patrono nominabunt, ut unus ex illis tribus quem idem Patronus utilem magis intellexerit, auctoritate ipsius, Custos eis et suæ Domui præficiatur.

Election of Warden.

Cap. 30.—*De electione Vicecustodis, bursariorum et capellanorum.*

Senior vero seu Vicecustos et capellani prædicti, necnon et illi tres qui ad exitus et proventus terrarum et possessionum dictæ

Election of Vice-warden, Bursars, and Chaplains.

Vicewarden,
Bursars, and
Chaplains, to
be sworn.

Domus recipiendos et reservandos assignandi fuerint, per ipsum Custodem et quinque duntaxat de senioribus aliis dictæ Domus ad hoc specialiter deputandos, vice omnium provideantur. Ipsi autem, scilicet senior seu Vicecustos et capellani, necnon et tres alii ad perceptionem et reservationem dictorum proventuum et exituum deputati, sub debito juramenti sui ad conservationem jurium et libertatum dictæ Domus fideliter tenebuntur, et quod diligentiam omnimodam quam poterunt apponant, ut regula dictis scholaribus tradita ab ipsis scholaribus perpetuo absque fraude vel dolo plenius observetur.

Cap. 31.—*De monitione et denuntiatione contra Custodem.*

Power to Vice-
warden, Bur-
sars, and Chap-
lains, to chide
Warden, or
report his de-
linquencies to
the Patron.

Et eis etiam vel tribus seu duobus eorum, aliisque dictæ Domus scholaribus in eorum defectum, competat dictum Custodem et alios quoscunque de dicta congregatione, vel eorum ministros, si Custos ipse negligens fuerit vel remissus, arguere, increpare; negligentias, defectus, crimina seu delicta, quæ domi de facili corrigi non poterunt, Patrono denuntiare, ejusdem arbitrio punienda, seu alias prout sibi videbitur corrigenda.

Cap. 32.—*De iis quæ denuntianda sunt Patrono.*

Crimes for
which the
Warden may
be removed.

Porro, cum dicti Custodis industria, honestas et diligentia, dictæ Domui præ cæteris necessaria sit et opportuna, ac per ejus negligentiam, quod absit! vel insolentiam, dictæ Domui imminere possint dispendia ac pericula graviora, præmissis adjicio et decerno ut, cum Custos dictæ Domus qui pro tempore fuerit, propter dilapidationem seu incontinentiam vel aliam causam rationabilem, tanquam intolerabilis vel inutilis videbitur amovendus, Patronus ipse dictæ Domus, ad denuntiationem vel insinuationem duorum vel trium de dicta congregatione, ad quod omnes et singuli ejusdem congregationis sub suæ fidelitatis debito teneantur, summarie et de plano, absque judiciali strepitu, præsertim cum bona dictæ Domus litibus deservire nolui, de causa hujusmodi cognoscens, ipsum Custodem amoveat; alium in ejusdem locum, juxta formam superius traditam, absque moræ dispendio subrogando.

Cap. 33.—*De Custode et servientibus senescentibus.*

Superannua-
tion of
Warden.

Si vero Custos supradictus, bene et laudabiliter in administratione prædicta perseverans, senio vel laboribus contractus aut alias ad imbecillitatem devenierit, quominus ad dictam administrationem sufficere possit, extunc sibi in Domo prædicta toto tempore vitæ suæ, inter fratres ejusdem Domus provectiores et meliores, in victu et vestitu necessaria competenter et decenter ministrentur. Ipse autem negotia Domus supradictæ, tanquam propria, salubri consilio pro viribus semper juvare tenebitur, et in corporis exercitio, si convalescat, quatenus competenter et honeste

poterit eadem promovere. Servientibus insuper et ministris dictæ Domus, si fideliter, laudabiliter et utiliter, deservierint, et ad senectutem vel imbecillitatem devenerint, per quod suis laboribus victum sibi perquirere nequiverint, tunc illis qui bene meriti fuerint, prout expedit et dictis Custodi et scholaribus visum fuerit, sustentatio in victu et vestitu quoad vixerint in dicta Domo ministretur. Ipsi autem Domum ipsam consilio et auxilio, et etiam corporis exercitio quatenus competenter poterint, semper juvare tenebuntur.

Superannuation of servants.

Cap. 34.—*De equis permissis.*

Cum autem dictum Custodem ad loca dictæ Domus vel alia pro evidenti Domus utilitate equitare contigerit, unum fratrem sive œconomum secum in tertio equo licenter habere poterit, equitando loco socii vel ministri. Œconomi autem aut fratres nullum equum teneant, nisi quatenus maneriorum necessitas requirit. Sintque equi Domus ipsius pretii mediocris, ne domus ex eorum pretio prægravetur. Equis autem scholarium sive ad scholas venientium sive a studio recedentium, nihil penitus in ipsis maneriis ministretur; nisi tunc demum cum scholares pro communi Domus ipsius utilitate ad loca aliqua fuerint destinati.

Allowance of horses.

Cap. 35.—*De sepultura scholarium.*

Socii quoque dictæ congregationis, sicuti usque ad vitæ exterminium socii fuerint in convictu, sic et, ubi simul egerint, cum suis sociis atque confratribus, ecclesiasticam in sua morte habeant sepulturam.

Burial of Scholars.

Cap. 36.—*De potestate nova statuendi.*

Cæterum, quia casus omnes futuri ab initio certa lege includi non poterant seu statuto, idcirco volo et statuo, ut si quas observantias vel statuta salubria et honesta per Custodem et decem vel octo seniores et discretiores dictæ Domus, de peritorum consilio, ad utilitatem et conservationem institutionis præsentis in posterum provideri contigerit, eas omnes et singuli de ipsa Domo futuris temporibus observare absque contradictionis obstaculo teneantur.

Power to Warden and ten senior Scholars to add to Statutes.

Cap. 37.—*Jus et possessio non percunt propter translationem Scholarium.*

Illud quoque insuper est attendendum, quod si locus habitationis seu scholarium studio vacaturorum congregatio, causis aliquibus emergentibus quæ facile numerari non possunt, ad locum alium transferatur, nihil eis idcirco juris vel possessionis deperat in prædictis maneriis seu rebus aliis sibi assignatis, vel

Power of removal of College to another place.

deinceps ex pia largitione fidelium assignandis; sed omnia eis nihilominus integra remaneant: durentque statuta hæc et alia imposterum promulganda, atque privilegia ipsi Domui indulta et indulgenda, licet ad locum alium futuris temporibus ipsa congregatio forsitan sit translata; dum tamen hanc institutionem tam re quam nomine teneant et observent, et se suasque possessiones alteri collegio non adjungant.

Cap. 38.—*De pace colenda.*

Of mutual concord.

Injungo etiam scholaribus prædictis, in virtute Dei, et sub obtentu felicitatis vitæ præsentis pariter et futuræ, ut, in omnibus et super omnia, unitatem et mutuam inter se caritatem, pacem, concordiam et dilectionem, semper observent.

Cap. 39.—*De obligatione promotorum.*

Obligation to assist the interests of the House, and the Hospital of Basingstoke, after promotion.

Et cum, præstante Domino, ad uberiorem fortunam devenierint, Domum prædictam in licitis et honestis studeant promoveri, ac ejus defensionem, necnon eorum quæ ad eam pertinent, cum opus fuerit, diligenter insistant, aliosque nostri generis ac cæteros suos hujus adoptionis confratres, tanquam veri Abrahamæ filii, in sancta conversatione et morum honestate ad laudem sui conditoris educare et promovere procurent. Domui etiam Sancti Johannis de Basingstoke, quam dominus Rex Angliæ supradictus in meo territorio et fundo, ad sustentationem ministrorum altaris Christi et ipsorum scholarium imbecillium, et pauperum infirmantium, precum mearum instantia, stabilivit [et] fundavit, semper sint obnoxii et devoti, et eam augeant secundum, quod eis Dominus gratiam inspiraverit ac sibi concesserit facultatem.

Cap. 40.—*De educatione parvulorum, etc.*

Education of orphan children of Founder's kin.

Cæterum, cum successionem quæ meis hæredibus seu parentelæ meæ, secundum regni consuetudinem, in meis feodalibus debebatur, in hanc eleemosynam, Deo inspectore, commutaverim, ut supradictum est, volo et statuo, ut, si parvuli aliqui de parentela prædicta, suis orbatu parentibus, aut alias pro exilitate parentum suorum sustentatione careant, dum in puerilibus rudimentis primitus instruantur, tunc Custos ipse eos usque ad tredecim numerum erudiri faciat in Domo prædicta, donec in scholis proficere possint, si ad hoc habiles inveniantur; et de illis, in subrogationem scholarium superiorum expressam, sumantur qui ad hoc habiles reperientur et idonei. Et, ne in dicta Domo vel societate prædicta pestis pullulet, quæ per carnis illecebras toties vexat incautos, singula prædictæ Domus ministeria, ad minus infra septa curiæ Domus scholarium necnon et manerii de Maldon, et alibi, quatenus alibi fieri poterit, perpetuis temporibus

Servants to be of the male sex.

fiant per mares. Quod si de libera familia mea, quæ in meis obsequiis tempore mei decessus egerit, aliqui sua sustentatione indigeant, nec eis fuerit aliter, me vivente, provisum, tunc eis in dicta Domo sustentatio competens ad vitam suam pro personarum meritis ministretur, ita tamen quod dictæ Domui in officiis sibi competentibus, quamdiu commode poterunt, debeant deservire.

Provision for destitute members of Founder's household, after his death.

Cap. 41.—*De appellatione Custodi amoto denegata.*

Ad hæc, cum in præmissis ordinaverim ut ejectis a Domo prædicta, ob sua forsitan demerita, omne beneficium dictæ Domus et participatio bonorum ipsius penitus denegetur, idem in amotione Custodis Domus ejusdem, cum ex causis superius annotatis amotus fuerit, censeo observandum; ita quod eidem, occasione amotionis vel abjectionis suæ prædictæ, nulla actio, nullum juris remedium canonici vel civilis, competat, per quod ad Custodiam seu Domum prædictam regressum habeat in futurum.

No power of appeal to Warden in case of his removal.

Ad horum autem omnium memoriam et securitatem sempiternam, sigillum serenissimi Principis domini Edwardi Regis Anglorum illustris, in sui consensus et approbationis testimonium, una cum sigillo meo, præsentibus est appensum. Actum mense Augusti, anno Domini 1274.

[The statutes of 1267 are dated in the following words: "Actum Londoniæ, mense Januarii, anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo septimo."]

To the statutes of 1267 the King's seal is not annexed, but only that of the Founder; and there is no sign of any other seal having been ever annexed.]

STATUTES OF MERTON COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- Appeal, prohibition of, in cases of expulsion, 28
 Audit of Accompts, 30
 Basingstoke, Hospital of St. John's, 8, 16, 19, 36.
 Bailiffs, 31
 Benefactors, prayers for, 8, 19, 30
 Brethren or (Economi, 13
 ———, expulsion of, 13, 30
 ———, harmony among, 13
 ———, inquiry into conduct of, 15
 ———, admission of, 15
 ———, punishment of, 30
 ———, visitation of, 30
 ———, surrender of office by, 31
 Bursars, 30
 ———, audit of accompts of, 30
 ———, election of, 33
 ———, power of, to chide Warden, 34
 Candidates for college benefits, 29
 Chaplains, 5, 20
 ———, increase of numbers of, 7
 ———, residence of, 33
 ———, election of, *ibid.*
 ———, power of, to chide Warden, 33
 Chapters for deciding punishments, etc. 39
 ———, to be applied to by Candidates for college benefits, *ibid.*
 ———, return from, 32
 College, power of removal of, 35
 Commons, 7, 11, 16
 Common table, 23, 26
 Deans, 25
 Dissensions, 27
 Divine service, performance of, *ibid.*
 Expulsion without appeal, 23
 Farleigh, grant of the manor of, 5
 ———, power of removal to, by scholars and brethren, 8, 19
 Fellows, burial of, *ibid.*
 Founder, household of, 7, 19, 37
 ———, prayers for, 8, 23, 30
 Founder's kin, 10, 27
 ———, orphans of, 16, 36
 ———, allowances to, 17
 Grammar master, 13, 24
 Grant of manors of Maldon and Farleigh, 5, 23
 ——— of lands, 10
 ——— of house in Oxford, 23
 Henry III., foundations for soul of, 20
 Horses, allowance of, 35
 House, interests of, to be promoted, 19, 36
 Inquiry yearly, 6, 14, 19
 Lands, grant of, 10
 Latin language, use of, 13, 26
 Lords of the fee, service to, 8, 19
 Maldon, grant of the manor of, 5
 (Economi, *v.* Brethren.
 Orphans, instruction of, 6
 Parishes, care of, 13
 Patron, Bishop of Winchester, 8
 Punishments, 12
 Reader at table, 26
 Removal of College, power of, 8, 19
 Rents, collection of, 32
 Richard I., foundation for the soul of, 20
 Scholars, 5
 ———, yearly inquiry by, 6, 14
 ———, increase of numbers of, 7, 15, 16, 31
 ———, sickness of, 16
 ———, their power of changing residence, 8, 19
 ———, studies of, 12, 24
 ———, table of, 13, 26
 ———, clothing of, 13, 26
 ———, behaviour of at chapel, etc. 13, 26
 ———, inquiry into conduct of, 15
 ———, admission of, 15
 ———, infirm, allowance for, 16, 24
 ———, lands allotted for education of, etc. 17
 ———, poor, 20
 ———, number and support of, 24
 ———, absence of, 24
 ———, expelled, re-admission of, 28
 ———, opposers to increase of, punishable, 32
 ———, legal objections to increase of, 32
 ———, burials of, 35
 Scholarships, forfeiture of, 5, 11, 27
 ———, election to, 6, 28
 Scholarships, admission to, 6, 28
 ———, preference of founder's kin and natives of Winchester diocese, 10, 24
 ———, nomination to, 11

- Scholarships, qualification of candidates, 26
- , probation of candidates, 26
- Servants, 19, 36
- , superannuation of, 35
- Service to lords of the fee, 8, 19
- Statutes, ratification of, 10
- , power to add to, 35
- Strangers, introduction of, 13, 26
- Subwardens [or Deans], 16
- Tutors, selection of, 12
- Vicewarden, 29
- , allowances of, 32
- , residence of, 33
- , election of, 33
- , power to reprove Warden, 34
- Visitation of Warden and Economi, 30
- Warden, negligence of, etc. 7
- Warden, nomination of, 8, 17
- , prohibition of suits against, 12
- , expulsion of, 15, 34
- , allowances to, 18
- , duties of, 18, 25
- , visitation of, 30
- , autumnal progress of, 32
- , his table and allowances, 33
- , houses of, 33
- , election of, 33
- , liable to reproof, 34
- , superannuation of, 34
- , power of, to add to statutes, 35
- , denegation of appeal in case of removal, 37
- Winchester, Bishop of, Patron, 8
- , natives of diocese of, 27

INJUNCTIONS OF VISITORS.

Ordinances of Archbishop Peckham, 1284.

FRATER JOHANNES, permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis, totius Angliæ Primas, dilectis filiis Magistro et scholaribus de Mertonia, salutem, gratiam et benedictionem. Sanctæ memoriæ plantator vestri collegii ac fundator, intentione piissima, Archiepiscopo Cantuariensi ejusdem contulit patronatum, pro eo quod ipsius Archiepiscopalis sublimior auctoritas, latior jurisdictio, salubrius consilium, zelus sincerior, existere consuevit inter ceteros prælatos ecclesie Anglicanæ. Licet, igitur, in Archiepiscopali ordine magis misericordia quam vitæ merito succedamus, ad vos tamen præclaram cleri Angliæ portionem imbecilitatis nostræ oculos convertentes, timoris stimulo et amoris igniculo con . . . tati, quædam de vobis audita corrigere decrevimus, ne memorati viri per negligentiam nostram paulatim evanescat salubre propositum, ne et vos prævaricatione regulæ vestræ, cui servandæ religione juramenti vos novistis astrictos, sicut patet regulæ capitulo vicesimo tertio, tanquam perjuros et infames ab ecclesiasticis gradibus et honoribus repelli contingat imposterum, ad quos prædicti patris vestri pia vos cupiebat intentio promoveri. Ut autem defectus vestri vobis facilius innotescant et per regulam evidentius refoventur, ipsam regulam per capitula distinximus, et distinctam vobis transmittimus cum rubricis.

Cap. 1.

In primis, igitur, contra tenorem tertii capituli ipsius regulæ, in collegium vestrum introduxistis medicos, pro eo quod sub philosophiæ nomine videtur medicina quodammodo contineri: veruntamen quia sermones inquirendi sunt secundum materiam, et, in distinctione facultatum, medici contra philosophos in Universitate qualibet dividuntur; quia etiam consuetudo est juris interpretis, et, temporibus conditoris regulæ vestræ, nullus medicus in vestro collegio consueverat collocari; studentes in medicina audiendo vel docendo a vestro collegio decernimus excludendos.

Exclusio
medicorum a
collegio.

Cap. 2.

Præterea, cum ex superioris tantum licentia liceat quatuor vel quinque scholaribus duntaxat audire jus canonicum, si tamen humiles extiterint, et jura etiam civilia ad tempus dispensative

eisdem in eodem capitulo sit concessum, quidam tamen ex vobis, ut audivimus, non humiles sed potius arrogantes, rejecto jugo regulæ quam juraverunt, propria temeritate, spreto superioris judicio, se ad audiendos canones temere transtulerunt. Ultra præfixum sibi tempus audiendis tamen legum illecebris immorantes, quos tanquam præsumtuosos et veræ humilitatis expertes, ab auditu utriusque juris, dum in societate vestra steterint, suspendimus per præsentis; eandem pœnam prætendentes, insuper, in futurum contra omnes illos qui similia præsumperint attemptare; ut hiis qui ejusmodi fuerint liceat tantum auditui theologico per residuum temporis indulgere.

Contra . . .
 sine licentia
 ad audiendum
 canonicos . . .
 tur ab
 auditu utriusque.

Cap. 3.

Præterea, vestri collegii institutor, in linguæ literalis eloquio cernens clerum Angliæ in parte maxima balbutire, decrevit inter vos grammaticæ discipulos sub grammaticali didasculo confoveri, librorum grammaticalium promptuario consolandos; vobisque loqui literaliter imperavit; quodque hactenus est neglectum; præcipimus, sub pœna inobedienciæ, ut hæc, quamcitus poterit fieri, juxta regulam corrigantur. Libros autem Papiæ et Huguitionis cum Summa Britonis vobis volumus procurari; qui inter vos super mensam honestam alicubi maneant alligati, ut ad ipsos recurrenti omnes liberam habeant facultatem.

Ut sint discipuli in grammaticis in collegio.

De libris grammaticalibus.

Cap. 4.

Præterea, cum in ipsius regulæ quarto capitulo caveatur quod scholaris quilibet, per singulas annuas periodos, quinquaginta duntaxat solidis, pro necessitatibus omnibus, sit contentus; vos tamen, regulæ licentia incurvata et quod est pejus gratitudinis et caritatis juribus derogantes, ultra prædictam quantitatem non modicum occupastis, sic privatis prospiciendis commodis, ut de multiplicatione scholarium, quam juxta multiplicationem bonorum Iustitor vester summo opere cupiebat fieri, prout expedit, non curetis, contra proprium juramentum, sicut patet ex articulorum septimo quos jurastis; quodque ex nostra vos auctoritate facere affirmatis, pro eo quod, per vos dudum transitum facientes, importunitati vestræ quandam laxationem concessimus de lignis et paleis et similibus, non satis tenorem regulæ ponderantes: talia expresse fieri prohibentes, hanc concessionem nostram per præsentis totaliter revocamus, præcipientes vobis, sub pœna sacrilegii et perjurii, ne ultra id quod concedit vobis regula, de cætero de bonis vestris communibus aliquid usurpetis, vel sinatis ab aliis quomodolibet usurpari. Illos vero qui, delicatius vivere volentes quam pauperiores sufficiant, in expensis communibus modum cogunt notabiliter excedere quem præfixit vestræ regulæ Iustitor, nisi tertio moniti respiscant, cum inobedientibus et perjuris, juxta

Non capiant scolares ultra L.s.

Contra delictos, augmentantes expensas communes.

regulæ capitulum vicesimum octavum, decernimus puniendos; perjuri enim sunt hujus, sicut patet ex articulorum ultimo quos jurastis.

Cap. 5.

Præterea, non sine admiratione intelleximus quod vos, in rationibus quæ audiri solent singulis septimanis, non admittitis Magistrum, nec aliquem loco sui qui valeat compoto interesse, cum per ipsum, si quæ sint residua vel absentibus subtracta, in utilitatem domus converti debeant; cum etiam ipse rebus præsit omnibus et personis. Non potest autem ista Præsidentis exclusio procedere aliunde, nisi quia lux est male agentibus odiosa. Præcipimus igitur ut, in cunctis hujus ratiociniis, ipse vel, loco ejus cum domi non fuerit, aliquis idoneus admittatur: et si secus feceritis, pœnam minime canonicam evadetis.

Magister sit in rationibus reddendis singulis septimanis.

Cap. 6.

Decem autem marcas et octo solidos, quas vestris braciatori et coco dare temeritate propria præsumpsistis, decætero subtrahatis; cum hoc sit contra exhibitionem vestram in regula præfinitam. Quod si non feceritis, imposterum cuncta a vobis exigemus, in utilitatem collegii convertenda, quæ temere usque ad hæc tempora in hac parte bonis communibus detraxistis, contra vestri arbitrium Fundatoris.

Subtrahuntur x marcæ braciatori & coco. Contra inobedientes.

Cap. 7.

Præterea, cum universi teneamini pro necessitatibus domus exire, cum id per Superiorem vestrum vobis fuerit imperatum, sicut patet ex ipsius regulæ quarto capitulo, præcipimus ut cuilibet vestrum qui contumaciter inobediens fuerit in hac parte, omne, pro inobedientiæ tempore, domus beneficium subtrahatur; et quicumque contrafecerit vel faverit facienti, ipsum trina monitione decernimus inducendum, et ex tunc ejiciendum a consortio, si fuerit in malitia perseverans; prout de inobedientibus docetur sexto decimo capitulo regulæ quam jurastis.

Cap. 8.

Et eodem modo procedi volumus contra omnes qui Magistro non obediunt in licitis et honestis; cui omnes obedire tenentur; sicut docetur sexto capitulo regulæ supradictæ. Liceat quidem scholari, cum sibi aliquid durum a Magistro imponitur, se humiliter excusare, et petere gratiam; sed contra renitentes pertinaciter procedatur modo superius annotato. Tenentur autem omnes obedire Magistro in hiis omnibus quæ ad regulam pertinent et scholasticam honestatem, sed non in illis quæ difficultate sua formam regulæ transcendere dinoscuntur.

Cap. 9.

Intelleximus, insuper, dolentes plurimum, quod vos horas canonicas, prout ex regula tenemini, minime frequentatis; quod non solum accidiosi cordis est iudicium, sed et certe perversæ indolis argumentum; dum qui sola hominum peccata manducatis, hoc est pretia peccatorum, spiritualia suffragia benefactoribus non rependitis, ut magistri certe ad dictum currere non festinant qui ipsum ecclesiasticis laudibus non honorant, sed illuc potius de scripsit laudator eximius, "non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum." In hoc igitur sequamini regulæ capitulum octavum.

Cap. 10.

Et nonum est, ut in mensam lectorem decætero habeatis, quo tempore vel Morales Gregorii vel ædificatoria alia facilia intelligenda legi volumus coram vobis: et vos lectionem factam, juxta regulæ nonum capitulum, silentio venerari, ne refrænatio garulæ infrænatae gulæ, quam ut matrem inhonestam eadem infamis filia sequi solet, sit evidens argumentum. Liceat tamen semper in mensa, et alibi omni tempore, dicere necessaria breviter et submisso; sic ut Martha Mariam silentio vocasse legitur, Johannis Evangelio contestante. Ita tamen, quod literaliter omnia semper in publico invicem præferantur.

Cap. 11.

Nec ulli liceat in villa comedere vel hospites introducere, sine Magistri licentia speciali, aut illius cui super hoc commiserit vices suas, Nullus comedat in villa vel introducat hospites.

Cap. 12.

In receptione autem scholarium, velle videmini multipliciter Institutoris vestri sacrum propositum enervare: primo, quidem, quia solos debetis recipere indigentes, sicut patet ex regulæ capitulo undecimo, ex quo liquet quod non licet vobis recipere illos qui sufficiunt bona propria vel parentalia, vel illos qui per industriam, vel aliam gratiam sibi datam, sibi sufficiunt in necessariis providere. Secundo, contra intentionem regulæ non vultis admittere adolescentes habiles ad profectum, sed tamen in scientiis jam profectos; quod contra formam traditam in undecimo capitulo esse constat; cum etiam, ut supra patet, debeatis admittere rudimenta grammaticalia addiscentes. Ex quo, vos sicut reprehensibiles increpamus, qui, juxta regulæ capitulum quadragesimum tertium, non permittatis pueros de parentela promotoris vestri inter vos, ut dicitur, in literis grammaticalibus enutriri. Præterea, cum, secundum regulæ capitulum tertium decimum, recipere debeatis præ cæteris de

diocesis oriundos in quibus sunt beneficia de quibus vivitis et feodalia constituta, vos a susceptione quorumcunque scholarium suspendimus per præsentes, donec de parentela prædicti patris vestri, quatenus habiles inveniri poterunt, pueros receperitis in numero competenti; et nihilominus donec scholares idoneos, secundum regulam, de Wyntoniensi et Cantuariensi diocesis receperitis, juxta quantitatem beneficiorum et feodaliū quæ in eisdem diocesis obtinetis: pro certo scituri, quod, si secus feceritis, nos fructus ipsarum diocesium, donec regulæ vestræ parueritis, vobis subtrahi faciemus. Et hanc formam omnibus futuris temporibus præcipimus observari; contra vos nihilominus per viam aliam, nisi parueritis, in forma canonica processuri.

Cap. 13.

Contra pro-
motos.

Præcipientes, insuper, ut de cætero communam subtrahatis, juxta regulæ capitulum quartodecimum, cuilibet beneficium ecclesiasticum assecuto. Quod si facere tardaveritis, vos tenere volumus pro certo quod vos et ipsos communitati restituere compellemus quicquam eis contra regulam contulistis.

Cap. 14.

Præterea, cum, loco deficientis scholaris alius debet continuo subrogari, ut docet capitulum regulæ decimum nonum, tredecim vel sex senioribus in hoc consentientibus cum Magistro, quia vos, ut intelleximus, id fieri minime permittitis, mandamus ut, quotiens locus vacaverit, Magister, secundum formam regulæ, provideat indilate; contra reclamantes . . . inobedientes alios procedendo.

Cap. 15.

Præterea, cum, secundum regulam, sextodecimo capitulo, inobedientes, post trinam monitionem, Superioris sui jussionibus non parentes sint ejiciendi a consortio vestro, sine spe ulterius residendi; interdum, cum Magister ad hoc vult procedere de consilio discretorum, quidam ex vobis, ad hoc specialiter nominati, renuunt, ut dicitur, ex malitia convenire; ex hoc se fautores manifesti illius qui ejici meruit ostendentes, contra proprium juramentum, sicut patet ex quarto articulo illorum ix. pro servatione se jurant singuli ingressuri. Et licet consentientes et agentes pari poena sint merito persequendi, nos tamen, mitius agere volentes, omnibus illis qui ad ejus judicium vel consilium, sufficienter moniti, pertinaciter venire recusant, per quindenam sequentem omnia domus beneficia subtrahi præcipimus indilate: et si quis tertio in hac malitia favoris noxii inventus fuerit deliquisse, sicut membrum putridum ab vestro collegio penitus abscidatur. Et hæc ejectionis sententia melius quam hæcenus factum fuerit observetur; et correctiones communes etiam, juxta formam regulæ, ter in anno.

Cap. 16.

Præterea, intelleximus quod braciator et pincerna, et cæteri famuli communitatis vestræ, non obediunt Magistro, scholaribus hoc impediuntibus; qui etiam non sustinent Magistrum eosdem corrigere delinquentes; cum omnes interiores et exteriores, superiores et inferiores, Magistro teneantur secundum regulam obedire, ut patet ex regulæ capitulo sexto; cum etiam non liceat scholaribus arguere ministros eosdem, nisi ob defectum Magistri, si forte ipse in eis arguendis negligens fuerit aut remissus, sicut patet ejusdem regulæ capitulo tricesimo sexto. Et, quia non est servus major domino suo, præcipimus ut, si quis servientum, interiorum vel exteriorum, Magistro fuerit inobediens, et tertio monitus non paruerit, vel correctionem non receperit Præsidentis, a domo ipsa ejiciatur penitus, sine spe ulterius revertendi, ne inferior sit castigatio famuli quam scholaris.

Cap. 17.

Præterea, sicut vobis dudum præcepimus, adhuc præcipimus iterato, ut villam nunquam soli, sed semper ingrediimini combinati, ante noctis tenebras revertentes; et facientes contrarium suspectos haberi volumus, donec ipsorum innocentia per viam legitimam fuerit declarata. Hæc, carissimi, vobis scribimus, ut vos reducamus ad regulam quam jurastis, ne parvus error in principio intolerabilis sit in fine. Præsente ordinatione nostra aliis libertatibus vestris, vel exemptioni si quam habeatis, [nolentes?] in aliquo derogare. Vale. Datum apud Lambeth, ij. kalendas Septembris, anno Domini M^o.CC^o. octogesimo quarto; anno ordinationis nostræ sexto.

Ordinances of Archbishop Chicheley, A.D. 1425.

Henricus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis legatus, dilectis in Christo filiis, Magistro sive Custodi ac Sociis aulae sive collegii nostri de Merton, nostræ fundationis et jurisdictionis immediate infra villam sive Universitatem Oxoniæ situatæ, salutem, gratiam et benedictionem. Pastoris providentia circa curam sibi commissam ita tenetur intendere ut bona priorum locorum, quæ ad certum usum largitione fidelium sunt destinata, ad illum debeant et non alium absque sufficienti auctoritate converti. Cum, igitur, in visitatione nostra ordinaria, per magistros Willielmum Lyndewode, curiæ nostræ Cantuariensis officialem, et Thomam Brouns, cancellarium nostrum, utriusque juris Doctores, auctoritate nostra in ipso collegio actualiter nuper exercita, et adhuc pendente inexplata, nonnulla super dispositione bonorum, reddi-

tuum ac proventuum, ad dictum collegium pertinentium, et numero Sociorum, secundum facultates ac exigentiam statutorum dicti collegii, reformatione necessaria et indigentia detecta fuerunt pariter et delata: circa quæ paternâ sollicitudine laborantes, et pio compatiens affectu ad laudem et honorem nominis Dei, studii profectum, ac pium Fundatorum vestrorum propositum realiter perimplendum, quasdam deliberationes, munitiones et ordinationes, maturo cum consilio fecimus; quas vobis de præsentibus mittimus sigillatas, in virtute obedientiæ, ac sub pœnis inferius annotatis, firmiter injungentes quatenus easdem, prout vos communiter vel divisim concernunt, observetis, et ab aliis faciatis inviolabiliter observari.

In primis, considerantes quod per eos qui in scripturis divinis et sacris canonibus laborioso studio in ipso collegio scientiæ margaritam obtinuerunt, collegium antedictum grata ante hæc tempora floruit venustate, et in viris literatis et scientificis, ac in scripturarum hujusmodi intellectu et notitia, in numero convenienti, secundum exigentiam facultatum ejusdem, ipsius collegii decor exsurrexit et regnicolis resplenduit universis. Ipsisque personis jam in numero non modico et insolito diminutis, honor collegii prædicti subtrahitur, et artium liberalium aliarumque facultatum profunditatis scientia, quæ a retroactis temporibus per viros in numero competentem in dicto collegio existentes, velut lucerna ardens, totam ecclesiam Anglicanam illuminavit, contra piam Fundatoris intentionem, quod vehementer defendendum est, in dicti collegii scandalum obtenebrata est cum rubore. Volentes, igitur, sicut ex officii debito obligamur huic morbo medelam et provisionis condignæ remedium adhibere, quia per acta et actitata coram commissariis prædictis comperimus quod fructus, redditus et emolumenta, ad dictum collegium pertinentia, et ad usum studentium in eodem, ad numerum xliij^{or}, pro eorum sustentatione debita, secundum ipsius collegii ordinationes et statuta, et ad alia quævis onera necessaria supportanda, in eisdem statutis et ordinationibus, et etiam inferius, descripta et verisimiliter incumbentia, sufficiunt, hiis diebus, sicut et prout ipsa sufficere decernimus et declaramus prææsentes, vobis Custodi et Sociis, in virtute obedientiæ, ac sub pœnis inferius descriptis, firmiter injungentes mandamus quod infra quindecim dierum spatium festum Paschæ proximum futurum immediate sequentium, tot viros providos et discretos, et ad studium aptos, in collegium prædictum, juxta formam statutorum vestrorum, eligatis et realiter assumatis, quot numerum xliij Sociorum et infra probationis tempus debitum perficere debeant et supplere; ipsosque sic assumendos et eligendos, finito probationis tempore, si apti et idonei reperiantur, in Socios dicti collegii juxta morem hactenus usitatum assumatis, et realiter incorporetis eosdem.

Ad hæc, insuper, adjicientes volumus, et per prææsentes ordina-

mus, ut quoties numerum prædictum xliij^{or} studentium, morte, cessione, beneficiorum assecutione, expulsionē, recessu spontaneo, aut alia causa quacunque, de quatuor personis vel ultra diminui contingat, quod Custos et Socii collegii prædicti, infra quadraginta dierum spatium, ad electionem et assumptionem aliarum quatuor personarum, vel totidem quot ad supplendum numerum xliij sufficere debeant, juxta formam statutorum suorum, procedere teneantur, et ipsas personas realiter assumere et introducere in collegium antedictum. Quod si forte dicti Custos et Socii præmissa facere distulerint, lapsis quadraginta diebus antedictis, electio et assumptio, ac introductio realis in collegium antedictum, ad nos et successores nostros, ecclesiæ Cantuariensis Archiepiscopus, qui pro tempore fuerint, ipso facto devolvatur; ita quod, quantum juxta præmissa possibile fuerit, non diu vacet aut deficiat numerus xliij studentium antedictus.

Præterea, ut eo laudabilius in dicto collegio deserviat in divinis, tres vel quatuor capellanos, ultra numerum prædictum, esse volumus; quibus de bonis collegii, sicut hactenus consuevit, præcipimus ministrari.

Cæterum, ne, quod absit! per incautas nemorum et silvarum prostrationes et incisiones, distractiones, impignorationes seu alienationes, possessionum rerum immobilium, librorum et bonorum, dicti collegii, et ad ipsum collegium pertinentium, dictum collegium depauperetur sive nimium prægravetur, sicque numerus Sociorum quod absit! diminui, ac pia intentio Fundatoris defraudari possit; tenore præsentium injungimus, et in virtute sanctæ obedientiæ vobis præcipimus, ne, per vos seu successores vestros, conjunctive vel divisim, silvæ, præter ceduas tantum, aut nemora vendantur, prosternantur, incidantur, aut alienentur, nec possessiones aliquæ temporales aut spirituales, maneria, redditus, aut servitia quæcunque, ad tempus vel imperpetuum quibuscunque personis distrahantur, vendantur, dentur, impignorentur seu alienentur quovismodo, absque nostra seu successorum nostrorum licentia petita et obtenta, accedente ad hoc omnium Sociorum dicti collegii, aut saltem majoris seu sanioris partis eorundem, consensu et assensu. Porro, cum boni patrisfamilias convenit officio administrationis bonorum habere rationem, ut eo citius excrescentia facultatum dicti collegii sciri posset, statuimus et injungimus ut Magister sive Custos, ac bursarii, singulique officarii collegii, singulis annis futuris, infra mensem a fine cujuscunque termini computandum, de receiptis et solutis, ac de statu dicti collegii, et donorum reparatione sive emendatione ejusdem, et ad ipsum collegium spectantium, ac de eorum administratione, coram senioribus, discretioribus, et maturioribus, Sociis, ab ipso collegio ad hoc eligendis, reddat et reddant, quatenus singulos eorum concernit, fidelem rationem; videlicet, ad festum Omnium Sanctorum, vel infra mensem ante vel post. In fine vero anni, unum adhibeant auditorem discretum, ecclesiasticum vel sæcu-

larem, qui Socius vel familiaris dicti collegii non existat, ad hoc juratum, ac per majorem collegii partem communiter ad hoc electum; qui compotum totius anni in bonam formam redigere debeat, parcelas allocet et describi faciat; auditoque compoto supradicto, citra festum Natalis Domini extunc proximo sequens indenturam fidelem duplicatam inde faciat, cujus una pars penes dictum collegium remaneat, in archivis ejusdem custodienda; altera pars, citra festum Epiphaniæ extunc proxime sequens, per aliquem Socium ipsius collegii ad nos seu successores nostros transmittatur, et realiter liberetur.

Hæc itaque injunctiones nostras, ordinationes atque præcepta nostra, quæ vobis sub sigillo nostro transmittimus publicanda, et quæ etiam, tenore præsentium, publicamus, a vobis recipi præcipimus et observari mandamus; quatenus vos in hiis injunctionibus, ordinationibus atque præceptis, per nos factis, ita gerere studeatis, ut exinde merces vestra apud Altissimum accrescat, et nos et successores nostri de facto vestro gaudere possimus in futurum. Verum ne, per oblivionem aut negligentiam, aliqui de collegio prædicto ignorantiam prætereant valeant aliqualem in futurum in præmissis, omnia et singula per nos injuncta, decreta et ordinata, ut præmittitur, singulis annis in futurum coram Sociis collegii, capitulariter congregatis, publicari præcipimus. Mandantes insuper, in virtute sanctæ obedientiæ et sub pœnis expulsionis ab ipso collegio, ac excommunicationis majoris in singulos vestrum, dolo, mora et culpa, vestris id exigentibus, canonica monitione præmissa, per nos et successores nostros in eventum ferendæ et fulminandæ, quas non immerito formidare poteritis, quatenus omnia et singula præmissa, prout ad vos et quemlibet vestrum pertinent, seu pertinere poterunt in futurum, quousque aliter duxerimus ordinandum, observare curetis. Reservantes nobis et successoribus nostris omnia et singula præmissa, seu eorum aliquod, toties quoties revocandi, cassandi, mutandi, et eisdem addendi, diminuendi, eaque interpretandi, corrigendi, et cum eisdem dispensandi, cæteraque visitationem nostram prædictam concernentia corrigendi et reformandi, injunctionesque et ordinationes alias faciendi, quoties et quando nobis videbitur expediens aut opportunum, plenariam potestatem. In cujus rei, etc.

Ordinances of Archbishop Laud, 1640.

Gulielmus, providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, et Universitatis Oxoniæ Cancellarius, dilectis in Christo, Custodi, Sociis et scholaribus, collegii de Merton, in eadem Universitate, salutem et gratiam. Cum, in visitatione nostra collegii vestri, per commissarios nostros, reverendum in Christo patrem dominum Johannem,

Episcopum Oxoniæ, Richardum Baylies, theologiæ Professorem, Collegii Divi Johannis Baptistæ Præsidentem, et Universitatis prædictæ Procancellarium, dominum Johannem Lambe, militem, Decanum de Arcubus et almæ curiæ nostræ Cantuariensis Officialem Principalem, Gilbertum Sheldon, sanctæ theologiæ Professorem et collegii Omnium Animarum Custodem, et Arthurum Ducke, Legum Doctorem, domini Episcopi Londinensis Vicarium Generalem, nuper exercita, per vos, juramento ad sancta Dei Evangelia oneratos, variæ querelæ mutuo delatæ sint de delictis vestris contra statuta et ordinationes collegii vestri commissis: cumque, post diligentem examinationem querelarum et delictorum vestrorum per prædictos commissarios nostros in collegio vestro, per eosdem compertum fuerit rixas et controversias inter vos nuper ortas de variis rebus et causis collegii vestri, præsertim processisse ex defectu et brevitate statutorum et ordinationum collegii vestri a Waltero de Merton piæ memoriæ, Fundatore vestro, aliquot sæculis elapsis conditorum, per quæ omnibus incommodis deinceps eventuris humana providentia non potuit prospici. Nos, igitur, pro Visitoris munere, quod Fundator vester nobis commendavit, querelas vestras prædictas iterum examinavimus et terminavimus, et tam pro consopiendis discordiis vestris, quam pro componendo et stabiliendo regimine collegii vestri, ut vos et successores vestri possitis orationibus et studiis pie et diligenter incumbere, secundum Fundatoris vestri propositum, has injunctiones, ordinationes, decreta et statutorum vestrorum declarationes, promulgavimus, quas a vobis et successoribus vestris volumus et mandamus in perpetuum observari.

Cap. 1.--*De precibus divinis frequentandis.*

Imprimis, statuimus, ordinamus et injungendo mandamus, quod Custos, Socii et scholares, collegii vestri, superpellitiis et cicullis secundum suos gradus induti, singulis Dominicis et festis diebus eorumque vigiliis, et quod diebus profestis mane inter horas quintam et sextam, singuli Magistri qui duos annos a gradu suscepto non excesserint, baccalaurei et scholares, sine superpellitiis, precibus divinis in capella collegii vestri, a principio usque ad finem, interesse teneantur, sub pœna amissionis communiarum unius diei pro singulis vicibus quibus aliquem eorum abesse contigerit, cessante legitimo impedimento, per Custodem sive, eo absente, Vicecustodem ejusve locum tenentem, si Magistri fuerint, sin baccalaurei per Decanum seniorem in collegio tum præsentem, sin vero scholares per Principalem, approbando; et post tertiam vicem pœna delinquentis in præmissis, arbitrio Custodis sive, eo absente, Vicecustodis aut locum tenentis, si Magistri fuerint, sin baccalaurei per Decanum seniorem in collegio tum præsentem, sin vero scholares per Principalem, augeatur. Volumusque quod Custos, Socii et scholares, divinis

diligenter et devote intendant, et reverenter se habeant tam tempore divinorum quam in ingressu et exitu e capella prædicta, sub pœna prædicta in delinquentes in præmissis infligenda; et quod, tempore divinorum, sedeant in capella primo loco Socii et scholares collegii vestri. Commensales vero Aulæ Sancti Albani, sine superpellitiis et cucullis, secundum gradus suos, diebus Dominicis et festis eorumque vigiliis, tempore divinorum, in chorum capellæ vestræ non admittentur; iidemque post Socios et scholares vestros sedere teneantur.

Cap. 2.—*De disputationibus theologicis.*

Item, statuimus quod disputationes in theologia semel in septimana, durante termino, habeantur: et ad eas vicibus suis obeundas, singuli Doctores et Magistri, post completum biennium a suscepto Magistri gradu (exceptis tantum Doctoribus in jure civili et medicina) teneantur. Si vero numerus Doctorum et Magistrorum, qui ad has disputationes tenentur, non excesserit octonarium, bis tantum singulis mensibus durante termino; si non excesserit quinarium, bis tantum singulis terminis disputationes habeantur. Doctores vero et Magistri qui a collegio absuerint ex causa peregrinationis, vel in familias præsulum aut magnatum asciti, ad vices suas obeundas minime teneantur: quamprimum vero ad collegium redierint, primas post eorum reditum vices ab ipsis implendas esse decernimus. E Doctoribus vero et Magistris qui vices suas non impleverint, respondentem communis suis per duas septimanas, opponentem vero per unam septimanam, proxime insequentes, a Custode vel, in ejus absentia, a Vicecustode, ejusve locum tenente, privari volumus. Vicecustos autem, ejusve locum tenens, harum disputationum erit moderator; idemque Vicecustos, pro laboris sui mercede, decem libras in fine cujuslibet anni de bonis communibus collegii percipiet; deductis ex ea summa decem solidis pro singulis vicibus quas locum tenentem pro Vicecustode absente obire contigerit.

Cap. 3.—*De disputationibus in artibus.*

Item, præcipimus et ordinamus quod disputationes in artibus, secundum antiquam et laudabilem collegii vestri consuetudinem, diligenter deinceps habeantur per duas horas ad minimum, ante horam septimam inchoandas; easdemque regere et moderari per vices singuli Decani teneantur, sub pœna amissionis communiarum per unam septimanam, iisdem per Custodem, eove absente, Vicecustodem, ejusve locum tenentem, imponenda. Nec licebit alicui Decano easdem disputationes infra minus temporis spatium contrahere, sine legitima causa per Custodem, eove absente, Vicecustodem, ejusve locum tenentem, approbanda.

Cap. 4.—*De residentia.*

Item, statuimus et injungimus quod singuli Socii, annis singulis, non absint a collegio vestro ultra quatuor menses continuos vel interpolatos, cessante impedimento legitimo, per Custodem, eove absente, Vicecustodem, et quinque seniores Socios in collegio præsentes, vel majorem partem eorundem, primitus approbanda; et quod non absint a collegio per dictos quatuor menses sine licentia Custodis, eove absente Vicecustodis; et quod Socii sic absentes, durante sua absentia, careant communiis et emolumentis collegii vestri, exceptis iis quibus peregrinari extra regnum Angliæ per Custodem, eove absente Vicecustodem, et quinque Socios seniores tum in collegio præsentes, vel eorum majorem partem, licentia conceditur. Et ut certius deinde constet de absentia Sociorum a collegio, præcipimus singulis Sociis, a collegio discessuris, quod diem discessus sui a collegio ante discessum, et diem reditus infra triduum a reditu, describere teneantur in libro ad hunc finem comparando, quem penes Vicecustodem pro tempore existentem, ejusve locum tenentem, manere volumus.

Cap. 5.—*De conversatione Magistrorum.*

Item, pro antiquo collegii vestri more conservando, præcipimus quod Magistri non conversentur cum baccalaureis aut scholaribus infra collegium vestrum, vel alibi infra Universitatem Oxoniæ, nisi in capella vel communi aula collegii vestri; sub pœna amissionis communiarum, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per tres septimanas; quarta vero vice, sub pœna amotionis perpetuæ a collegio, per Custodem, eove absente Vicecustodem, irroganda.

Cap. 6.—*De pernoctando extra collegium.*

Item, volumus et statuimus quod nullus Sociorum vel scholarium pernoctet extra collegium, infra limites Universitatis Oxoniæ; sub pœna amissionis communiarum suarum, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per tres septimanas, per Custodem, eove absente Vicecustodem, infligenda; cessante legitimo impedimento, per Custodem seu, in ejus absentia, Vicecustodem vel locum tenentem, primitus approbando. Eundemque, si quarta vice deliquerit, volumus a collegio vestro in perpetuum amoveri. Volumusque portas collegii ante dimidium horæ post nonam noctis claudi et obserari, earumque claves Custodi, eove absente Vicecustodi vel locum tenenti, tradi.

Cap. 7.—*De refectionibus in aula sumendis.*

Item, mandamus et volumus quod omnes Socii et scholares, in prandio et cœna, refectiones suas sumant in communi aula

collegii vestri; et qui alibi refectiones suas sumpserint, pro singulis refectionibus per Custodem, eove absente Vicecustodem, communiis unius diei priventur: et quod, absente Custode, Vicecustos et capellanus senior refectiones sument in aula collegii vestri, sumptibus Custodis, sicut hactenus per antiquum collegii vestri morem observatum fuit. Volumusque quod Vicecustos et Socii, in refectionibus in aula, sedeant distincte, secundum gradus suos; nec ad alias mensas quam gradui suo convenientes accedant. Et si quis tempore refectionum, videlicet, post benedictionem, in aulam venerit; quam tamen tarditatem, si nimis frequentem, prohibemus et puniri volumus; sedeat cum aliis Sociis gradus sui, sine vindicatione loci. Et quod capellani soli, in mensa sua propria, sedeant.

Cap. 8.—*De locationibus et dimissionibus terrarum.*

Item, cum e collegii vestri commodo futurum sit ut locationes et dimissiones terrarum et possessionum vestrarum fiant cum plurimi Socii in collegio intersint, et earum notitiam habeant; statuimus et decernimus quod locationes et dimissiones terrarum, maneriorum, tenementorum, firmarum, rectoriarum appropriatarum, et aliarum possessionum ad collegium vestrum pertinentium, bis tantum quotannis in posterum fiant; videlicet, intra quatuordecim dies post festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis, et post primum diem mensis Augusti, immediate insequentes; et quod omnes locationes prædictæ fiant deinceps pro viginti et uno annis, et non alias. Injungentes, etiam, et moventes Custodem et Socios, quod dimissiones et locationes alias antehac factas reducant ad annos viginti et unum, quam citius poterint; et ut pecuniarum, quæ pro dimissionibus et locationibus prædictis collegio vestro obvenerint, dimidiam partem tantum habeant Custos et Socii; reliquæ ad communes collegii usus convertantur; nisi, ex gravibus et necessariis causis, per nos et successores nostros ulterior distributio Custodi et Sociis aliquando permittetur.

Cap. 9.—*De numero et electione Sociorum.*

Item, cum numerus Sociorum collegii vestri, et tempora eligendi eosdem, a Fundatore vestro non sint definita, et inde quandoque electiones Sociorum raro fiant, quandoque plurimi Socii simul eligantur, e quibus plurima incommoda collegio vestro accidere intelligamus; ordinamus et decernimus ita temporandas esse electiones Sociorum, ut ne unquam plures simul sint Socii quam viginti quatuor; sine expresso consensu nostro sive successorum nostrorum; et ne plures sint baccalaurei artium quam sex simul, duraturi per spatium unius anni; et quod, in uno anno, deinceps, non plures quinque Sociis, et non pauciores tribus, eli-

gantur. Monentes, nihilominus, et injungentes quod electiones Sociorum frequentissime fiant, quatenus redditus collegii vestri permittent; ut, ex perpetua baccalaureorum et Magistrorum successione, disputationes et alia exercitia, secundum antiquum collegii vestri morem, continue habeantur.

Cap. 10.—*De uberiori beneficio.*

Item, cum per Fundatorem vestrum statutum sit ut Socii, qui uberius beneficium obtinuerint, a collegio vestro recedant et amoveantur, uberioris autem beneficii in eo statuto interpretatio apud vos hactenus incerta fuerit; iis quorum hac in parte interest quandoque nimis indulgentibus, quandoque nimis urgentibus contra Socios qui istiusmodi beneficia obtinuerint; ne quis deinceps gratia aut odio locus sit, determinamus et ordinamus quod, si quis e Sociis et scholaribus assecutus fuerit hæreditatem, fundumve sæculare, aut annuam pensionem durante vita, supra valorem emolumenti quod ratione Societatis ad singulos Socios redit quotannis, vel si quis ecclesiasticum beneficium, cum cura animarum vel sine cura, supra valorem annum octo librarum in Libro Censu Regii, fuerit adeptus, eum uberius beneficium in statuto prædicto nominatum assecutum fuisse declaramus, eumque, post unum annum completum a tempore assecutionis hujusmodi continuo insequentem, nisi interea beneficium dimiserit, pro non Socio et scholari habendum fore, eundemque a collegio vestro privatum et amotum fore, ipso facto. Socii vero per præsentationem Custodis et Sociorum ad ecclesiasticum beneficium quodecunque instituti et admissi, infra unum annum a die sigillatæ præsentationis continuo numerandum, loca Sociorum collegii resignare iisdemque cedere teneantur.

Cap. 11.—*De computis.*

Item, cum ad nos, in visitatione nostra, delatum fuerit computus collegii vestri, tam hebdomadalem in fine cujuslibet septimanæ quam quadrimestrem cujuslibet bursarii in fine sui quarti mensis, et annum in fine uniuscujusque anni, jam diu neglectos fuisse, cum gravi collegii vestri damno et detrimento; statuimus et ordinamus hebdomadalem computum, singulis diebus Veneris, inter horas primam et quintam post meridiem, vel diebus Sabbati inter horas primam et quartam post meridiem; quadrimestrem vero singulorum bursariorum computum infra mensem post finem cujuslibet quarti mensis continuo numerandum; annum vero seu finalem cujuslibet anni computum quotannis inter primum diem Septembris et septimum diem mensis Novembris; reddendos et perficiendos esse, sub pœna amissionis communiarum suarum, tam eorum qui computos reddere quam eorum qui eosdem accipere et exigere, ex statutis aut more collegii vestri, tenentur; cessante impedimento morbi vel valetudinis, per Cust-

todem, eove absente Vicecustodem, approbando. De Custodis vero absentia a computis, impedimenti approbationem nobis et successoribus nostris expresse reservamus.

Cap. 12.—*De receptis collegii reponendis et conservandis.*

Item, cum bursarii, per statuta collegii vestri, redditus terrarum et alios proventus collegii sub testimonio Vicecustodis recipere teneantur, pro eorundem conservatione injungimus et mandamus cistam œconomix, secundum antiquum collegii vestri morem, cum duabus serulis, infra mensem comparari; quarum una clavis sit penes bursarium, durante administratione sua, altera penes Socium seniore, qui eo anno Vicecustos non erit; omnesque proventus et alia recepta collegii in eadem cista reponi et conservari, donec ad summam centum librarum excreverint; eademque pecunias deinceps in ærarium vestrum reponi. Bursariumque pro tempore existentem, qui in præmissis deliquerit, per Custodem, eove absente Vicecustodem, et quinque seniores Socios in collegio tum præsentem, ab officio suo amoveri volumus.

Cap. 13.—*De silvis cæduis.*

Item, ut de venditione silvæ cæduæ et nemorum vestrorum certior deinceps ratio habeatur quam hactenus observata est, mandamus librum unum infra duos menses comparari et in ærario custodiri; in quo insinuabuntur singulæ venditiones, quantitas silvæ, numerus arborum, pretium, dies solutionis, et conditiones earum, una cum expositis et erogatis circa easdem; omnesque et singulos Socios ad easdem venditiones missos, infra decem dies a reditu suo ad collegium, præmissa omnia coram Custode, eove absente Vicecustode vel locum tenente, et Sociis, publice exponere, et in libro prædicto coram Custode vel Vicecustode et bursariis describere; sub pœna amissionis communitiarum per unum annum. Volumusque, quotannis, in annuo et generali computo, omnia circa præmissa eo anno gesta iterum audiri et examinari.

Cap. 14.—*De Vicecustodis officio.*

Item, ut plures in cognoscendis et tractandis collegii negotiis adhibeantur, ordinamus neminem in officio Vicecustodis ultra spatium unius anni continuandum, iterumve ad idem munus eligendum fore, ante completum quinquennium ex quo Vicecustodis munere novissime perfunctus est.

Cap. 15.—*De registris etc., in ærarium reponendis.*

Item, cum registra, chartæ, indenturæ, syngraphæ, rotuli curiarum, computus, aliaque scripta et munimenta de maneriis,

dominiis aliisque bonis collegii vestri, hactenus dispersa fuerint, et aliqua modo penes Custodem, aliqua penes Vicecustodem aliosque, manserint, et non in publica custodia; ex quo collegium vestrum sæpe jacturam et tandem perniciem pati possit; decernimus omnia scripta et munimenta prædicta, infra unum annum publicationem harum injunctionum proxime insequentem, per Custodem, Vicecustodem et bursarios, in ærarium vestrum reponeunda, et in ordinem methodumque redigenda, et in libro, in eum usum parando, eorum inventorium describendum esse. Et, quotiescunque aliquod scriptum pro publicis collegii usibus inde desumendum erit, desumens manus suæ subscriptione in eodem libro illud testabitur, coram Custode, vel in ejus absentia Vicecustode, et bursariis; idemque, infra mensem post finem ejus negotii pro quo tale scriptum desumptum fuerit, in ærarium deponere teneatur. Volumusque quod, infra duos dies post finem annui et finalis computi, Custos, eove absente Vicecustos, bursarii, et quinque seniores Socii, librum prædictum accurate inspicient, an aliquod ex præfatis scriptis desideretur, sub pœna amissionis communiarum Socii circa præmissa delinquentis per sex menses; in Custodem vero arbitrio nostro et successorum nostrorum animadvertetur.

Cap. 16.—*De habitu Sociorum.*

Item, injungimus Sociis et scholaribus ne utantur vestibus dississis, nec alterius coloris quam nigri vel subnigri, nec collaribus amplis in humeros protensis, nec ocreis sub togis suis, nec capillos gerant crispatos vel calamistratos, sed habitu incedant modesto, decenti et clericali; sub pœna amissionis communiarum suarum, prima vice per septimanam, secunda per quindenam, tertia per tres septimanas, per Custodem, eove absente Vicecustodem, imponenda; eosdemque, si quarta vice perseveraverint, a collegio perpetuo amoveri volumus.

Cap. 17.—*De loquendo Latine.*

Item, injungimus et mandamus quod omnes Socii et scholares in aula communi et alibi infra collegium Latine loquantur; exceptis conventionibus Custodis, eove absente Vicecustodis, et Sociorum, in quibus de collegii negotiis et causis agendum erit.

Cap. 18.—*De potu.*

Item, ad conservandam in victu Sociorum et scholarium temperantiam, mandamus quod deinceps bibant tantum de potu simplici, et cerevisia duplici in collegio non utantur.

Cap. 19.—*De domo Londini.*

Item, cum complures Socii collegii vestri ad nos in visitatione nostra querelas detulerint de gravi collegii vestri sumptu et onere in comparanda et instruenda domo Londini, pro usu Custodis et Sociorum; ad amputandas collegii vestri tales expensas, decernimus duas tantum cameras in aliqua domo sive hospitio Londini sumptibus collegii conducendas et instruendas esse pro Custode, uno Socio, et famulis eorum, quotiescunque eum vel eos Londini, pro necessariis et utilibus collegii causis et negotiis persequendis, morari contingat.

Cap. 20.—*De prælectione Knightleiana.*

Item, cum Richardus Knightley, Armiger, nuper decem libras annuas collegio vestro donaverit et confirmaverit, pro habenda prælectione theologica per unum Sociorum vestrorum, certis temporibus et sub conditionibus ab eo designatis, nos, ad promovendum studium theologicum in Sociis vestris, eandem prælectionem Latino sermone, et non Anglicano, habendam esse deinceps in perpetuum ordinamus.

Cap. 21.—*De cistis Bodley et Read.*

Item, cum pecuniæ per dominum Thomam Bodleium et Gulielmum Readum donatæ, et in cistis positæ pro usu Sociorum vestrorum, vel amissæ vel imminutæ sint per incuriam eorum quibus eas pecunias credendi vel mutuo dandi munus commissum est; ordinamus quod iterum, dum explorari poterit quorum culpa desiderentur istæ pecuniæ et a quibus exigendæ sint, resarciantur damna utriusque cistæ e communi ærario collegii. Quod si Custos has pecunias ab iis qui vel suo vel alieno nomine eas debent infra annum proxime sequentem exigendas et solvendas non curaverit, ipse eas collegio restituere tenebitur. Mandantes, insuper, quod, deinceps, quoties pecuniæ e cistis prædictis mutuo dabuntur, id fiet periculo custodum cistarum, qui easdem pecunias (si mutuo accipientes defecerint) restituent, cum per eos, pignoribus vel idoneis fidejussoribus datis, possit istiusmodi incommodis imposterum occurri.

Cap. 22.—*De portionistis.*

Item, ad incitandos scholares collegii vestri ad studium literarum, injungimus Custodi et Sociis quod, in eligendis Sociis, prima et præcipua scholarium collegii ratio habeatur, iidemque, cæteris paribus, præ aliis in loca Sociorum eligantur. Electio autem portionistarum, qui sunt de fundatione Wylliot, fiat juxta ordinationem ipsius Fundatoris per Custodem, distributorem, et

tres alios simpliciter seniores in collegio tempore electionis præsentis. Idemque observari volumus in eligendis seu nominandis portionistis communibus, olim communariis dictis; in quorum nominatione Principali nihilo plus juris quam cæteris electoribus competere decernimus. Quin si Principalem ipsum, tempore hujusmodi electionis habendæ, unum e tribus simpliciter senioribus esse contigerit, duplex suffragium, unum sub titulo Principalis, alterum sub titulo senioris, minime usurpabit; sed proximus senior ad suffragandum pro ea vice advocetur. Nullus vero portionista locum suum retinebit postquam in Universitate adeptus fuerit gratiam ut fiat artium baccalaureus, sed ipso facto cessasse suo loco reputetur, aliusque protinus in locum ejus subrogetur. Mandantes, insuper, quod loca scholarium gratis, sine mercede aut pacto, conferantur; et si quis Sociorum pro scholare cooptando in collegium mercedem vel ejusmodi promissionem, directe vel indirecte, habuerit, vel in tali conventionione mediator extiterit, cum a collegio vestro amoveri et pro non Socio ipso facto haberi volumus.

Cap. 23.—*De describendo statuta et injunctiones.*

Item, injungimus et mandamus quod statuta Fundatoris vestri describantur in tribus libris; quorum unus maneat continue penes Custodem, alter penes Vicecustodem vel locum tenentem, tertius in bibliotheca collegii catenatus, pro publico Sociorum usu, servetur. Volumusque quod hæ nostræ injunctiones in dictis tribus libris infra duos menses integre describantur.

Cap. 24.—*De legendo statuta et injunctiones.*

Item, ut statuta Fundatoris vestri et hæ nostræ injunctiones a Sociis collegii vestri plenius ac certius intelligantur, ordinamus et volumus quod Custos, eove absente Vicecustos, et Socii, ter in anno, in aula collegii conveniant, post factam monitionem trium dierum, temporibus in statutis vestris designatis; semel, videlicet, infra octo dies ante Natalem Domini, iterum infra octo dies ante Pascha, et tertio in festo Sanctæ Margarietæ; et coram iis statuta Fundatoris vestri juxta ipsius ordinationem perlegantur; et iisdem temporibus, immediate post lectionem statutorum vestrorum, hæ nostræ injunctiones legantur, ita quod his tribus vicibus simul junctis integre perlegantur. Injungentes singulis Sociis et scholaribus ut præsentis sint toto tempore lecturæ predictæ, sub pœna amissionis communarum unius septimanæ, per Custodem, eove absente Vicecustodem, vel ejus locum tenentem, imponenda.

Cap. 25.—*De visitatione camerarum.*

Item, statuimus et ordinamus quod, singulis annis, in festo Sancti Petri ad Vincula, quando officarios eligi moris est, vel saltem intra triduum post electos officarios, Custos, Vicecustos, seniores decanus et bursarius, singulas cameras intra collegium visitabunt, utrum sartæ tectæ præstentur exploraturi, et damnum, si quod culpa aut negligentia cameram possidentis acciderit, resarciri curent. In quibus supellectilem, si quæ ad collegium spectet vel pignoris loco obstricta sit alterutri cistæ Rediti vel Bodlei, peculiari registro in eum usum comparato inscribi curabit Vicecustos, et, singulis annis, æstimare inde fiat utrum pignus par sit summæ pro qua est obligatum.

Cap. 26.—*De derogatione injunctionum priorum.*

Denique, ad evitandam injunctionum prædecessorum nostrorum et ordinationum per Custodem et seniores collegii hujusce editarum, cum his nostris injunctionibus et ordinationibus, repugnantiam et discordiam, declaramus et ordinamus, per has nostras injunctiones prioribus injunctionibus et ordinationibus, quatenus his nostris repugnant, et non aliter, esse derogatum et per præsentem derogamus.

In cujus rei testimonium, sigillum nostrum Archiepiscopale præsentibus apponi fecimus. Datæ in manerio nostro de Lambeth, nono die mensis Maii, anno Domini 1640, et nostræ Translationis anno septimo. Præsentibus tunc et ibidem domino Nathaniele Bent, Milite, et legum Doctore, Custode dicti Collegii et Vicario nostro in spiritualibus generali, et officiali principali, Petro Turner, medicinæ Doctore, Vicecustode, Nicolao Howson in artibus Magistro, seniore Decano, et Richardo Nevil, in artibus Magistro, seniore bursario, dicti collegii Sociis.

Decree of Archbishop Tenison, 1710.

MARTII primo, 1710. Convenimus in hospitio, ubi lectæ sunt literæ a reverendissimo Cantuariensi Archiepiscopo missæ, in hæc verba :

(Earum inscriptio erat, "To the Rev. Dr. Holland, Warden of Merton College, Oxford")

MR. WARDEN,—You will herewith receive the interlocutory decree which I have thought fit to make in the appeal lately brought before me, which I would have you take care may be entered into your College books.

I am, your assured friend,

THO. CANTUAR.

Tenor decreti est is qui sequitur:—1st. That the auditors of the bursars' and bailiffs' accounts be deputed according to the twenty-third chapter of the Statutes, exclusive of the three bursars.

2ndly. That the five electors of the officers be chosen by the whole society out of the seniority, agreeable to the thirtieth chapter of the Statutes and the most ancient practice of the College thereupon; but least any doubt should arise how far this seniority shall extend, we decree that the Warden and ten seniors shall be intended by it.

3rdly. That that part of the tenth injunction of Archbishop Laud's, which directs that no benefice in the presentation of the Warden and Fellows, be the value of it never so small, shall be held together with a Fellowship, be and is hereby suspended: we judging it very proper that such little College livings as Farleigh, Dodington, &c., which are certified to be under fifty pounds *per annum*, may and shall be held by the Fellows as has been usual. As also that the other part of that injunction, making every benefice above the yearly value of eight pounds *in libro census Regii*, an *uberius beneficium*, be likewise suspended, by reason of its great uncertainty; now, especially, since we have a more certain rule by a new valuation, made by virtue of an Act of Parliament in the fifth year of the present Queen. And we do hereby decree that no living for the future shall be deemed or construed to be an *uberius beneficium* within the view of the fourteenth chapter of the Statutes, if such living has been certified by the Commissioners appointed for that purpose, not to exceed fifty pounds per annum.

And whereas Mr. Frank, presuming upon the opinion of the College that the living of Woodeaton was tenable with his Fellowship, did take institution to the same, and doth still continue a Fellow of the said College notwithstanding; we do hereby decree

that, unless the said Mr. Frank shall resign the living of Wood-eaton on or before the twenty-fifth day of March next ensuing, his Fellowship shall be void from that day, and he shall no longer be entitled to any places, profits or emoluments, belonging to the same, except for such term of grace as the Warden and Fellows shall think fit to allow him upon leaving his Fellowship, according to the usage and custom of the said College.

4thly. That the present administering bursars, and all others succeeding to those offices, be, as they are, hereby strictly charged and admonished to act in their several administrations conformable to the eleventh and twelfth chapter of the injunctions.

5thly. That Mr. Heyman's accounts be reheard; and if it shall appear to the Warden and proper officers that he, or other late bursars, have kept money in their hands to the detriment of the College, they be obliged to make satisfaction for the same, to be deducted out of the profits of their fellowships; the payment of which to be certified to us yearly till the full is paid, as they of the College shall answer the contrary.

6thly. That the appellants having been elected Fellows in November 1705, and not admitted so much as *ad annum probationis* till May 1708, have very unreasonably been kept out of the profits of their respective Fellowships for a great part of that time: that a proper satisfaction be therefore made them, and a just regard being had to the circumstances of the College and the expences of this particular appeal, we allow and order them fifty pounds each, to be paid as a debt upon the College out of their dead stock, or such money as is now or shall be laid up at the end of the year in the chest or treasury, over and above the yearly charge of the house; and the expenses on both sides to be taken out of such moneys also.

7thly. Observing many inconveniences from the Subwardens neglecting to make up the register of their respective years, we do strictly charge and admonish all such as have so neglected, that they forthwith make up their respective registers, and certify the same to us by the first of May next; as also that the present and all succeeding Subwardens fail not of their duty herein, as they shall answer the contrary.

The appellants were—

THO. DOBYNS.
 JOH. MARTEN.
 ROB. WYNTLE.
 JOH. COX.
 HEN. BYNE.
 JOS. WATKINSON.
 JA. SESSIONS.
 GILB. TROWE.

Decree of Archbishop Wake, 1 August, 1716.

Mar. 5^o, 6^o.—Die qui electioni Sociorum designatus fuerat, sedecim candidati examini sese afferebant; et cum per duos dies publice essent examinati, tum placuit Custodi ut Socii convocarentur hora secunda postmeridiana; quibus convocatis, propositum fuit utrum sex Socii subrogarentur, totidem deficientibus ab ultima electione.

Consenserunt Custos, Vicecustos, Magistri Hartopp, Marten junior, Allen, Streat, Breton. Dissidentibus Magistris Marten sen^r, Abell, Byne, Watkinson, Sessions, Trowe, Cox, Tovey, Bearcroft.

Deinde concessum est quod, crastino die, hora decima, iterum convenirent Socii.

7^o.—Quo die, præsentibus tantum tredecim senioribus, Custos denunciavit quod sex Socii eligerentur, totidem deficientibus. Tum propositi fuerunt duo candidati, videlicet, domini Meadowcourt et Gilbert; quibus ita nominatis a Custode, statim sese subdixerunt Magistri Marten senior, Abell, Byne, Watkinson, Sessions, Trowe, Cox.

Deinde Custos cum sex senioribus remanentibus consenserunt ad finiendam electionem; et unanimi suffragio electi fuerunt hi sex quorum nomina sequuntur.

Dominus Russell, e diœcesi

Dominus Meadowcourt, e diœcesi

Dominus Gilbert, e diœcesi

Dominus Herne, e diœcesi Nordovicensi.

Dominus Moseley, e diœcesi Londinensi.

Dominus Cowper, e diœcesi

Scrutinium prorogatum est ad horam secundam postmeridianam ejusdem diei. Quo tempore convenientibus omnibus Sociis, proposuit Custos utrum in annum probationis admitterentur baccalaurei tum præsentibus; et statim iterum sese subdixerunt prædicti Magistri Marten senior, &c. Quibus absentibus dubitabant Custos, Vicecustos, &c., an præsens numerus Sociorum ad baccalaureos admittendos esset idoneus; ideoque consentiebant rem esse denunciandam Patrono per Vicecustodem. Scrutinium prorogatum est ad diem 24^{um} Martii aut quemlibet diem citra.

Martii 24.—Commemoratio habita est, lecta sunt statuta, initumque est de^o more scrutinium; in quo Custos (Patroni sententia nondum recepta) adhibitis juramentis consuetis, Probationarios nuper electos admisit in annum probationis; videlicet, dominum Russell, dominum Meadowcourt, dominum Gilbert, dominum Herne, dominum Moseley et dominum Cowper.

Aprilis 3.—Vicecustos, comitantibus Magistris Streat et Breton, Londinum abiit secundum mandatum Patroni; rem nostram deferre Decano de Arcubus.

Aprilis 23.—Causa electionis agitur coram Decano de Arcubus, appellantis Magistris Marten seniori et Byne, defendentibus Vicecustode et Magistris Streat et Breton.

Tandem huic rei finem fecerunt literæ decretales Patroni nostri, hiisce verbis.

“Gulielmus, providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, Angliæ Primas et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo Custodi et Sociis collegii Merton, in Universitate Oxoniensi, salutem et gratiam. Cum nuper, in electione Sociorum collegii vestri Merton, contentionis materia inter vos exorta fuerit, aliis e vobis electionem dominorum Meadowcourt, Gilbert, Cowper, Russel, Herne et Mosley, approbantibus et in omnibus ratam habentibus, aliis dissentientibus et contra electionem et admissionem dictorum Meadowcourt, Gilbert, Cowper, Russel, Herne et Moseley, ad nos appellantis: Nos igitur, inspectis et diligenter consideratis tam statutis vestris et injunctionibus prædecessorum nostrorum, quam registris Collegii vestri, et examinatis omnibus quæ contra electionem prædictam allegata fuerant aut verisimiliter allegari poterant (prout ex fideli narratione venerabilis et egregii viri Johannis Bettesworth, Legum Doctoris, Decani nostri de Arcubus, ad quem cognitio causæ illius a nobis commissa fuerat, accepimus) electionem et admissionem prædictorum Meadowcourt, Gilbert, Cowper, Russel, Herne et Moseley, in numerum Sociorum Collegii vestri Mertonæ approbamus et confirmamus, eosque in Socios Collegii vestri rite electos et admissos fuisse et esse auctoritate nostra visitatoria, statuimus, decernimus et declaramus, per præsentem. Et quoniam in ventilatione causæ hujusmodi comperimus varias lites et contentiones in electionibus Sociorum dicti Collegii vestri, ex eo præcipue ortas fuisse, et deinceps verisimiliter oriri posse, quod Fundatoris vestri statuta neque certum Sociorum numerum neque tempus aliquod definitum electionibus Sociorum faciendis assignaverint, et quod injunctiones prædecessoris nostri bonæ memoriæ Gulielmi nuper Cantuariensis Archiepiscopi non satis clare in hac parte conceptæ, varie a vobis intellectæ fuerint et intelligantur; Nos, dictas lites et contentiones quantum in nobis fuerit amovère cupientes, et ut omnes de cætero intelligant quomodo præfata injunctiones, quoad hunc articulum, accipi debeant et interpretari, per præsentem hanc nostram auctoritativam expositionem statuimus et declaramus;

1º. Quod, in electionibus Sociorum, omnia per Custodem, tredecim seniores Collegii Socios peragentur quæ ad electionem sive admissionem Sociorum hujusmodi spectent seu quomodolibet pertineant, nisi forte de augmentando Sociorum numero ultra terminum consuetum viginti quatuor Sociorum deliberandum fuerit, si bona Domus vestræ eousque excreverint ut tale aliquod incrementum fieri posse Custodi et Sociis universis vel saltem majori eorum parte videatur. Quo in casu et non aliter, omnes

Collegii Socios convocandos fore statuimus; ut quod omnes tangit ab omnibus definiatur.

2^o. Cum multa mala atque incommoda exoriri possint si electiones vel nimis frequenter fierent, absque omni justa et rationabili causa id exigente, vel, ubi res postulaverit, ultra modum procrastinarentur; nos, utrumque extremum vitare cupientes, statuimus et ordinamus, secundum verum sensum et tenorem injunctionis prædecessoris nostri antedicti, nullam futuris temporibus Sociorum electionem faciendam fore nisi tres ad minus Socii fuerint eligendi; neque ulterius protelari quam dum quinque Sociorum loca vacaverint; quod si e venerit, ordinamus quod, infra spatium viginti dierum a morte vel discessu quinti hujusmodi Socii, dies futuræ electioni a Custode præfigetur; et si, post diem sic præfixum futuræ electioni instituendæ, alius quivis Socius sive Socii e collegio discesserit sive discesserint, vel alias locum suum sive loca sua vacuum sive vacua reliquerit aut reliquerint, statuimus ulterius et ordinamus quod, in electione sic ut præmittitur facienda, totus numerus viginti quatuor Sociorum complebitur, et tot Socii eligentur quot sufficiant ad supplendum dictum Sociorum numerum, etsi plures quam quinque Socii in hunc finem pro ista vice fuerint eligendi. In quorum omnium et singularum testimonium, præsentibus sigillum nostrum Archiepiscopale apponi fecimus. Datum ex Ædibus nostris Westinonasteriensibus, tricesimo primo die mensis Augusti, anno Domini 1716, nostræque translationis primo."

*Injunctions by John Potter, Archbishop of Canterbury,
26th June, 1738.*

John, by divine providence Archbishop of Canterbury, Primate of all England and Metropolitan, Patron and Visitor of Merton College, Oxford, to our well beloved the Warden and Scholars or Fellows of the said College greeting. Whereas diverse complaints have been made to us by you the Warden, and also by several of you the scholars or Fellows of the said College, relating to the good order and discipline, the revenue and other interests of the College; and whereas, through a course of several weeks, every thing offered by you, or any of you, or your counsel respectively, hath been particularly heard and examined, the serious consideration of all which things, through the great importance, variety, and difficulty of the points laid before us, hath necessarily taken up a very great length of time: We therefore, for settling the peace and promoting the welfare and prosperity of your College, as far as lies in our power, and for reducing it, as near as the present circumstances will allow, to the same state and condition which was intended and wherein it was left by your Founder,

have thought fit to direct and require that the following injunctions, orders, and explanations of your statutes, be duly observed by you and your successors in all future times.

Chap. 1.—*Of attendance at public prayers.*

That the Warden and all the Fellows attend every day at morning and evening prayer from the beginning to the end of the service; and that in all other respects Archbishop Laud's first injunction be strictly observed.

Chap. 2.—*Of elections of Fellows.*

That in obedience to your statutes, and as much as may be to prevent for the future the many and great inconveniences which have arisen from long vacancies, all the Fellowships now vacant, and every Fellowship which shall hereafter become vacant, be filled without delay; any rule, order, or injunction from any of our predecessors to the contrary notwithstanding.

That no person be elected Fellow who is not in all respects qualified according to your statutes.

That every person hereafter elected into any Fellowship proceed in the faculties appointed by the statutes; and that no more than four, or at the most five Fellows, be at any one time excused from applying themselves wholly to the study of divinity.

Chap. 3.—*Of residence.*

Very great neglects of necessary residence, as well in the officers as other Fellows, having been made fully to appear before us, We do hereby require that as well Archbishop Laud's injunctions as the statutes concerning residence be strictly observed.

We do also further decree and order, that no leave of absence be hereafter granted to any Fellow for more than six months at any one time, without the consent of us or our successors first obtained.

That the Subwarden for the time being shall constantly reside in the College, unless for special and urgent causes his absence be dispensed with by the same authority.

That the Deans shall be diligent and constant in the discharge of the duties required of them by the statutes: and to prevent the inconveniences arising from their long and frequent absence, two at least of the three shall be always resident.

That no other Fellow shall be absent from the College above four months at any one or different times in one and the same year, without lawful let or impediment, previously to be approved and allowed by the Warden and five seniors, or the major part of them the said Warden and five seniors, or in the Warden's absence by

the Subwarden and five seniors, or the major part of them the said Subwardens and five seniors.

That no Fellow shall be absent from the College for any less space than the said four months, without leave from the Warden, or in his absence the Subwarden, first had and obtained.

That no Fellow, absent from College without leave as above mentioned, shall during the time of such his absence be allowed the whole or any part of the profits of his Fellowship.

That no Fellow who shall be absent with leave shall have his commons or any allowance for the same; such Fellows always excepted as shall be absent upon the necessary business of the College, according to the direction of the statutes.

That all the money arising from absence shall be applied to the public use of the College; and that it may the more certainly appear what time each Fellow shall be absent, a book shall always henceforward be kept by the Subwarden, in which every Fellow with his own hand shall, before his departure, enter the day of his going out of College, and also the day of his return, within three days after such his return.

Chap. 4.—*Of the three Scrutinies and other meetings.*

That the three stated scrutinies shall be held by [the] Subwarden in the Warden's absence; and that no business shall be transacted at any of the said scrutinies but such as your statutes direct, unless the Warden himself shall previously consent to the transaction of the same.

That, besides the stated scrutinies, no capitular meeting shall be called but by the Warden, or, in his absence, the Subwarden; and that notice shall be given at least three whole days before such meeting shall be held.

That when it shall be necessary to call any meeting relating to the revenue of the College other than what is already ordered by the Statutes of your Founder or injunctions of former Visitors, such meeting shall be appointed by the Warden himself, if present, or, in his absence, by the Subwarden, with the Warden's consent, and not otherwise.

That at the three stated capitular meetings or scrutinies, and at every other capitular meeting, whatsoever shall be offered or suggested by two or more Fellows, as of service to the College, shall be proposed by the person presiding in the said meeting, provided what is so suggested relates to the purpose or design for which such meeting is held.

That in all capitular meetings, for what purpose soever assembled, every thing shall be determined by the majority of the persons there present; and that upon an equality the Warden's vote, or in his absence that of the Subwarden, shall be decisive; and that no capitular meeting shall be dissolved or prorogued but

by consent of the said majority, or the said decisive vote upon an equality.

That no new law, rule or statute, shall hereafter be established by you, or any of you, but in a meeting wherein the Warden himself and eight or ten senior Fellows shall be present; and if any rule, or pretended rule, hath been otherwise established, it shall henceforward be void and of no effect.

That every resolution taken at any meeting of the Society shall at such meeting be reduced into writing, and during the said meeting shall be audibly read and approved; that it shall then be signed by the person there presiding, and, having afterwards been registered by the Subwarden, shall at the next meeting be publicly read.

Chap. 5.—*Of shutting the College gates.*

That all the gates of the College shall be shut at half an hour after nine at night, and no Fellow or other scholar shall after that time come into the College but through the principal gate; and that the Warden, and in his absence the Subwarden, shall take care to see that the sixth injunction of Archbishop Laud be observed in an effectual manner; and that the Warden, or in his absence the Subwarden, may place what locks he shall think convenient upon all or any of the other gates.

Chap. 6.—*Of the commons of the Fellows and their attendance at meals.*

That every day, at dinner and supper, the commons of all the resident Fellows shall be carried into the public hall of the College, and every Fellow and other scholar shall attend in the said hall at every dinner and supper, unless hindered by some lawful impediment, to be approved by the Warden, or in his absence by the Subwarden.

Chap. 7.—*Of disputations and lectures.*

That the second injunction of Archbishop Laud relating to divinity disputations be punctually observed.

That the disputations in arts be performed by such persons as shall have taken the degrees of bachelors of arts, whether they be Fellows or not; and that in all other respects Archbishop Laud's third injunction be observed.

That the divinity and catechetical lectures shall be read according to the conditions directed by their respective Founders; and for every omission there shall be a proportionable defalcation from the lecturer's stipend, the number of lectures required to be read being compared with his salary; and that the money so defalcated shall be applied to the public use of the college.

Chap. 8.—*Of the punishment of crimes.*

That in the correction of great crimes, the six or seven seniors resident in the College shall be the Warden's assessors; that all the censures or punishments to be inflicted for such crimes shall be decreed by the majority, and the sentence pronounced by the Warden. That the same method shall be observed after three monitions for lesser crimes, or suspicions of crimes.

That in the punishment of your commoners, portionists, servants, and other inferior members of your College, the several officers shall act in subordination to the Warden, and in his absence to the Subwarden.

Chap. 9.—*Of the officers of the College; of the bursars' accounts; and the keys of the treasury.*

That as the Deans are by your statutes appointed to be assistant and subordinate to the Warden in the discipline of the College, so the bursars shall be assistant and subordinate to the Warden in the administration of the revenue; and that, at the next audit, in order to enable the Warden to answer such demands as shall be made upon him, the sum of one hundred pounds shall be placed in his hands, for which he shall account to the College at the end of the year, and so from time to time hereafter.

That the bursars shall give security to indemnify the College during their administration; that the eighth injunction of Archbishop Laud be observed, and that no new lease be granted until the old one shall be surrendered.

That no appointment shall be made of any steward, bailiff, gamekeeper, or their under officers, without the Warden's consent.

That the bursars' accounts shall be audited by the Warden, Subwarden, and five Seniors, if the Warden be present in College; if absent, by the Subwarden and said Seniors.

That one of the keys of the outward door of the treasury shall be kept by the Warden, and the other by the Subwarden; and that if either of them shall be absent from the College, the key of such person shall be left with the other.

Chap. 10.—*Of the Warden's allowances; of the repairs and furniture of the Warden's lodgings; of the horses of the College.*

You, the Warden, having made complaint of the smallness and insufficiency of your present allowances, to which complaint your fellows have been fully heard by themselves and their counsel, we therefore, [after] long and mature consideration, as well of the true meaning and intention of your statutes as of the dignity of your office and character, and of the state of the College revenues, have thought fit to order, and it is hereby ordered, that the Warden's yearly allowance shall hereafter be, for his clothes twenty pounds;

for the salaries of his servants twenty-five pounds, exclusive of the groom and gardener, both whose usual wages shall be continued; for his minute expenses thirteen pounds six shillings and eight pence; for his washing six pounds.

We do also further order that all the repairs judged by our Commissaries now to be wanted in the Warden's lodgings and valued at the whole at sixty-eight pounds and ten shillings, as mentioned in the schedule hereto annexed, shall without delay be made good at the public expense of the College; we reserving the consideration of the other repairs and alterations desired by the Warden to some future opportunity.

That all the furniture contained in the schedule hereto annexed, having been judged by our Commissaries to be wanted in the Warden's said lodgings, be forthwith provided by the College.

That after the Warden's lodgings shall be duly furnished according to the direction herewith given, he shall be allowed for keeping the furniture in good condition the sum of fifteen pounds yearly.

That no Fellow of the College, for his own private use, shall maintain a horse at the expense of the College; that two horses be constantly maintained for the Warden; and a third or more horses occasionally provided for the bursars or other Fellows, when the College business shall necessarily require the same; that no more hay be allowed to the Warden than ten loads yearly for the said two horses; and that the remainder of hay reserved in any of the leases shall be sold for the public benefit of the College.

Chap. 11.—*Of the marriage and resignation of Fellows.*

That from the eighth day of August next ensuing no Fellow, after his marriage or resignation, shall enjoy any profits of his Fellowship.

That Mr. Richard Meadowcourt, having for some years been possessed of a prebend in the Cathedral Church of Worcester, his Fellowship shall be and is hereby declared to be vacant from the eighth day of August next ensuing.

That it having been represented by you, the Warden and several of you the Fellows, that Mr. Henry Dunster hath an estate inconsistent with his Fellowship, and he the said Mr. Dunster, though duly cited, having never appeared before us or our Commissaries, or used any endeavour to justify himself, and having sent to the College a sort of resignation of his Fellowship, his said Fellowship shall be and is hereby declared to be vacant from the eighth day of August next ensuing.

Chap. 12.—*Exhortation to peace, harmony, good order,
and discipline.*

Lastly, we do, in the presence of God and of the company here assembled, exhort, admonish, and require, you, the Fellows, for the future to demean yourselves with all becoming respect and duty towards your Warden, laying aside and as much may be forgetting all former prejudices and animosities. You, the Warden, to treat your Fellows with civility and courtesy, giving no offence by any unbecoming language or deportment : and all of you, more especially you, the Warden, as your duty requires, to attend divine service in a regular and exemplary manner, and in all other respects so to behave yourselves as will most effectually promote the glory of God, the peace and harmony, the good order and discipline, the honour and general welfare of your College ; earnestly beseeching the Almighty that to all and every one of you He would now and evermore vouchsafe His protection and blessing. Amen.

(L.S.) JO. CANT.

June 26th, 1738. These Injunctions were signed, sealed, and delivered by his Grace the Lord Archbishop of Canterbury, in the presence of us,

THOMAS TYLLOTT, *Notary Publick.*
THOMAS PARRY, *Notary Publick.*

*The decree of his Grace the Lord Archbishop of Canterbury
December ye 9th, 1754, de uberiori beneficio.*

Thomas, by divine Providence, Lord Archbishop of Canterbury, Primate of all England and Metropolitan, Patron and Visitor of Merton College, in the University of Oxford ; to our beloved in Christ the Warden and Fellows of our said College, health and grace.

Whereas you have represented to us, in your petition of the 27th of July last, that your Founder, in declaring what ecclesiastical benefices are incompatible with his Fellowships (Stat. cap. 14.), has only used the general expression, *beneficium uberiori*, and that the particular rules contained in the injunctions of Archbishop Laud and Archbishop Tenison, for ascertaining when any benefice shall be considered as such, though specifically differing from each other, are, however, in respect of the indulgence therein granted, both of them fairly consistent with the true intent and meaning of the said general expression in your statutes ; and whereas you have therefore humbly prayed us to enable you, the Fellows of the said College, to enjoy the benefit of the permissive clauses contained in both the injunctions above-mentioned, in

answer to your said petition of the 27th of July last, for the revival of that part of Archbishop Laud's interpretation of your 14th statute, which relates to benefices not exceeding eight pounds in the King's Books, and that you, the Fellows, may enjoy the benefit of it jointly with the permission granted by Archbishop Tenison, in his injunction on the same Statute.—We, having taken the matter of your petition into our consideration, do hereby decree, that for the future no benefice shall be deemed *beneficium uberius*, within the view of the 14th Chapter of your Statutes, if such benefice does not exceed the value of eight pounds in the King's Books, or has been certified by the Commissioners in the reign of her Majesty Queen Ann not to exceed in its real value fifty pounds a year. But whereas several ecclesiastical benefices have been erected since the valuation taken in the reign of King Henry the Eighth, or are otherwise entirely omitted in that valuation, to which neither of the rules above mentioned may properly be applicable; We do hereby decree, that every such benefice, be it of what kind soever (donatives and perpetual curacies only excepted), shall be deemed *beneficium uberius*, unless the person who has been instituted, collated, or is otherwise possessed of it, shall, within one calendar month after such his possession, exhibit, or cause to be exhibited to the Warden and Seniors, a certificate from the Bishop of the diocese, that he is credibly informed that the reputed value of the said benefice does not exceed eighty pounds a year. And we do hereby order that every such certificate be entered in your College register.

We do further decree that all prebends in churches of the new foundation, and residentiaries stalls in old cathedrals, shall be deemed *uberiora beneficia*, and inconsistent with a Fellowship in Merton College.

In testimony whereof, we have caused our Archi-episcopal seal to be hereunto affixed.

Given at Croydon, the nineteenth day of December, in the year of our Lord 1754, and in the eighth year of our Translation.

**STATUTES OF ORIEL COLLEGE
OXFORD.**

APPENDIX

The earliest Statute of the
Edward II. in the year 1300
May 23, 1300. The code of
Lincoln. The code of
when the original
The code of
/pendix to his
ordinances issued
reign of Henry
code is copied
Constitution of
Bishops, ordinaries
The earlier code of
hands of Her

P R E F A C E.

THE earliest Statutes of Oriel College were given by King Edward II. in January, 1326. These were superseded in May 23, 1326, by a code issued by Henry Burgash, Bishop of Lincoln. This code governed the College till the year 1726, when the original statutes were restored.

The code of May, 1326, was printed by Hearne in an Appendix to his edition of Trokelowe's Annals, together with ordinances issued by successive Bishops of Lincoln, till the reign of Henry VIII. The text now published of this latter code is copied from an official transcript of the Patent of Confirmation by Edward II., in which it is rehearsed. The Bishops' ordinances are copied from the edition by Hearne.

The earlier code, of January, 1326, has not come into the hands of Her Majesty's Commission.

PATENT ROLL 17 JANUARY 11

De quibusdam...
Universitate...
honorum...
Patent...
in...
direct...
lecturus...
gratia...
villa...
et in...
diversa...
instituta...
ripas...
domus...
natura...
Statu...
nomi...
dem...
parochia...
domus...
statu...
celestia...
exp...
sicut...
illas...
al...
imp...
nostri...
sit...
parochia...
Tunc...

PATENT ROLL, 17 EDWARD II., p. 2, m. 20.

*De quodam collegio scholarium in } REX omnibus, ad quos &c.,
 Universitate Oxoniæ fundando. } salutem. Sciatis quod, ad
 honorem Dei, et ob affectionem quam ad Beatam Virginem
 Mariam, ejusdem Dei genetricem, gerimus et habemus, necnon
 in augmentationem cultus divini, ad instantem requisitionem
 dilecti clerici nostri Adæ de Brom, concessimus et licentiam
 dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est,
 præfato Adæ, quod ipse unum messuagium cum pertinentiis, in
 villa Oxoniæ vel ejus suburbio, sibi et hæredibus suis acquirere,
 et in eodem messuagio quoddam collegium scholarium in
 diversis scientiis studentium, in honore prædictæ Virginis,
 instituere et fundare, possit; per Rectorem, de eisdem schola-
 ribus eligendum, perpetuis temporibus, sub nomine Rectoris
 domus scholarium beatæ Mariæ Oxoniæ, regendum et guber-
 nandum, juxta formam ordinationis ejusdem Adæ inde faciendæ.
 Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non po-
 nendis edito non obstante. Et, præterea, ad instantiam ejus-
 dem Adæ, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et
 hæredibus nostris, quantum in nobis est, Rectori et scholaribus
 domus illius, qui pro tempore fuerint, quod ipsi, non obstante
 statuto prædicto, terras et tenementa, redditus et advocaciones
 ecclesiarum, usque ad valorem triginta librarum annuarum,
 exceptis terris et tenementis, redditibus et advocacionibus eccle-
 siarum, quæ de nobis tenentur in capite, acquirere, et ecclesias
 illas appropriare et in usus proprios tenere, possint, sibi et
 successoribus suis, Rectoribus et scholaribus domus prædictæ,
 ad eorum sustentationem, imperpetuum. Dum tamen, per
 inquisitiones inde in forma debita faciendas, et in Cancellariam
 nostram vel hæredum nostrorum rite retornandas, compertum
 sit quod id fieri poterit absque damno et præjudicio nostri et
 hæredum nostrorum aut alterius cujuscunque. In cujus, &c.
 Teste Rege, apud Langele, xx die Aprilis.*

Per ipsum Regem.

STATUTES OF ORIEL COLLEGE, OXFORD,

May, 1326, and 1329.

Patent Roll, 4
Edward III. p.
2, m. 35.

Pro scholaribus domus Beatæ Mariæ Oxonii. } REX omnibus, ad quos, &c. salutem.
} Inspeximus quasdam ordinationes factas, et in collegio scholarium domus nostræ beatæ Mariæ Oxonii per Præpositum et scholares dictæ domus observandas. in hæc verba.

In nomine Domini nostri Jesus Christi. Amen. Cunctis præsentibus literas inspecturis aut audituris appareat evidenter per easdem, quod hæc quæ infra scribuntur sunt ordinationes in collegio scholarium domus seu aulæ Beatæ Mariæ Oxonii, Lincolnienſis diœceſeos, de novo fundatæ, factæ et stabilitæ, per Præpositum et scholares dictæ domus, in primaria fundatione ejusdem, perpetuis temporibus firmiter observandæ.

In primis ordinatum est quod, cum eadem domus in honore Beatæ Mariæ matris et virginis gloriosæ, ut prædicitur, sit fundata, quod Domus seu Aula Beatæ Mariæ perpetuo nuncupetur. Et quod sint in eadem domo decem scholares, in sacra theologia studentes, qui ad scientiam prædictam sint habiles et bene dispositi. Hoc tamen adhibito moderamine, quod si expedire videatur, aliqui de dicto numero, concurrente ad hoc assensu societatis dictorum scholarium, vel majoris et sanioris partis eorundem, studere possint in jure canonico, vel per aliqua tempora in jure civili, juxta moderationem infrascriptam, ut ad studium in jure canonico ex hoc fiant magis dispositi; qui numerum ternarium non excedant.

Sit autem in dicta domo unus scholarium prædictorum aliorum superior, commorans cum eisdem in ipsa domo, qui Præpositi nomine perpetuo nuncupetur: vir in spiritualibus et temporalibus circumspectus; eligendus electione communi eorundem scholarium, et per Episcopum Lincolnienſem vel Officiarium Lincolnienſem, sede Episcopali vacante, quam summarie fieri potest; ne, ex diuturna vacatione Præposituræ, dictæ domui inferatur læsio; approbandus seu confirmandus. Qui sic approbatus seu confirmatus scholaribus et aliis quibuscunque in dicta domo commorantibus, quocunque nomine censeantur, ac cæteris qui ad exteriorum administrationem super regimen fuerint deputati, præmineat et presit: cui omnes supradicti, tanquam superiori, in hiis quæ ad administrationem dictæ domus pertinent, pareant et intendant.

Sit insuper in dicta domo, sub ipso Præposito, senior unus, nomen Decani gerens, conversatione et moribus approbatus,

Name of the
College.
Ten scholars,
students in
theology.

Three of the
number
allowed to
study canon
law.

Election, and
authority of
the Provost.

Appointment
of a Dean, and
his duties.

per ipsum Præpositum de consensu eorundem scholarium deputandus; qui, circa profectum et conversationem ipsorum scholarium et aliorum ministrorum dictæ domus, vices ipsius Præpositi absentis suppleat, et sibi etiam præsentem circa eadem pro viribus assistat.

Percipient vero dictus Præpositus et singuli scholarium prædictorum, pro singulis septimanis, dummodo in eadem domo moram traxerint et præsentem fuerint, duodecim denarios, per manus sui superioris, ad suas communas, de proveniibus ejusdem domus. Ita quod, si, præter necessitates domus ipsius ad quas deputati fuerint vel transmissi, extra scholas egerint, de suis portionibus pro rata temporis subtrahatur; et quod sic subtracta in utilitatem ipsius domus per dictum Præpositum convertantur. Si autem eorum aliqui propter necessitatem vel utilitatem domus ipsius abfuerint, per Præpositum, vel ipso absente, communem assensum Decani et dictorum scholarium, vel eorundem scholarium, utroque absente, deputati, qui labores in casu hujusmodi subire et negotia communia prosequi teneantur, ipsis in nullo, quominus suas portiones integre percipiant, derogetur: vel si eadem portiones pro negotiis hujusmodi prosequendis non sufficiant, tunc, ipsis penitus subtractis, expensæ necessariæ sibi pro tempore quo abfuerint, prout qualitas negotiorum ipsorum poposcerit, ministrentur de communi. Præposito autem et Decano, si ipsos vel eorum aliquem pro negotiis domus abesse oporteat, fiat in omnibus illud idem. Item, si, annuente Domino, bona et facultates domus prædictæ augeri contingat, numerus scholarium quoties hoc contigerit augeatur, quatenus ad hoc eadem facultates sufficientiam obtulerint, et ad alia dictæ domus onera supportanda. Et quilibet percipiat prout superius est expressum.

In eventu autem quo, crescentibus dictæ domus redditibus, exactus fuerit numerus scholarium, sicut est prædictum, aliqui de discretioribus scholaribus ejusdem domus, per communem assensum Præpositi et eorundem scholarium, deputentur, qui sub ipso Præposito, tanquam ejus coadjutores, minus proventorum curam, qualiter in studio et morum honestate proficiant, agere teneantur; adeo ut numero cuilibet vicenario, vel etiam de renario si necesse fuerit, præsit unus.

Vivant insuper dicti Præpositus et scholares in communi, mensam communem obtinentes et in eadem vescentes in communi, modeste et sine murmure se habentes. Et, cum facultas hoc permiserit, lectorem habeant in mensa, qui, juxta dispositionem communem, aliquid de Biblia vel sacra pagina, ipsis edentibus, legat coram eis; cui diligenter intendant, se a dissolutionibus abstinentes. Sit etiam in qualibet camera, in qua præfati commanent scholares, unus cæteris maturitate provector, qui aliis superintendat sociis; per quem de moribus

Allowance for commons.

Commons during absence.

Commons of Provost and Dean, in absence.

Increase of number of scholars.

Additional Deans.

Bible reading at meals.

Superintendence in chambers.

Dress; conduct in chambers; and use of Latin.

ipsorum et studii profectu dictis Præposito et societati scholarium innotescat.

Bringing in strangers.

In habitu, vero, dicti scholares, quantum commode poterunt, se conforment; et in cameris suis absque strepitu et absque sociorum impedimento conversentur, studioque diligenter adhærentes, siqua inter se proferant, in quantum poterunt, colloquio Latino vel saltem Gallico perfruantur. Et nullus, extraneos vel propinquos inducendo, suæ societati onerosus existat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, nec exinde contentiones vel jurgia suscitentur.

Qualifications of scholars.

Hoc insuper circa assumptionem scholarium in dictam domum omni consuetudine observetur, ne qui, præterquam honesti, casti, pacifici et humiles, quatenus humana fragilitas nosse sinit, indigentes, ad studium habiles, proficere volentes, et per communem assensum dictorum Præpositi et scholarium, ipsis scholaribus, vel majori parte eorum pro ipsis, in suis conscientiis deponentibus, electi in domo prædicta, aliquo modo admittantur. Qui per unum annum sub probatione remaneant, et sustentationem recipiant supradictam, si conditiones in eis ostenderit prænotatas. Et si per annum sic se conditionatos exhibuerint, tunc in societate ejusdem domus effectualiter admittantur.

Year of probation.

Proviso quod, si, infra annum et ante admissionem prædictam, apparuerit quodcumque ipsos sic conditionatos non esse, vel alias intolerabiles, statim, cum per societatem prædictam vel majorem partem ipsius hoc constiterit, expellantur, spe regressus totaliter frustrati. Nullus etiam in societatem scholarium prædictorum ad studendum in theologia vel jure canonico, ut prædicatur, admittatur, nisi prius in arte dialectica seu philosophia probabiliter rexerit, et provectus fuerit in eadem.

Preparatory study of dialectics and philosophy before admission.

Students in canon law to have previously studied civil law.

Et si ad studendum in jure canonico, ex dispensatione superioris, ut præmittitur, aliqui ordinari debeant, quod prius in jure civili per triennium vel saltem per biennium studuerunt, probabiliter proficiendo in eodem, cum conditionibus etiam suprascriptis, aliquo modo recipiantur. Si autem, Divina gratia mediante, exactæ fuerint facultates dictæ domus futuris temporibus; et numerus scholarium juxta earundem quantitatem augeri contigerit, ut superius est prætractum, assumentur in eadem domo, modo et forma superius memoratis, aliqui, in numero juxta discretionem Præpositi et scholarium prædictorum moderando, qui in arte dialectica prædicta, bene dispositi ad eandem, et in aliis conditionibus ut prætangitur, studeant et proficiant in societate prædicta: percipientes, pro tempore quo steterint in eadem, eorum singuli, de dictæ domus proventibus, prout alii socii ejusdem domus, alimenta seu stipendia suprascripta. Hoc attento et solerter prospecto, quod nullus eorum recipiatur, aliquo modo, nisi prius in arte prædicta probabiliter determinaverit, et de ejus profectu in eadem spes bona habeatur. Et

Additional scholars to study dialectics.

Subsequently, to study theology.

studentes prædicti in arte prædicta vel philosophia, cum in eadem probabiliter reserint, et per tempora per prædictos Præpositum et scholares moderanda, ad studium theologiae vel juris canonici, aut saltem juris civilis, per aliqua tempora, ut fiant ad discendum canones aptiores, se transferre teneantur, juxta arbitrium Præpositi et scholarium prædictorum. Quod si hoc facere noluerint vel neglexerint, juxta arbitrium prædictum eo ipso, ad morandum in societate prædicta inhabiles reputentur, in forma inferius scripta amovendi.

Si autem dictorum scholarium aliquis religionem intraverit, vel ad alicujus obsequium se transtulerit, beneficiumve uberius fuerit assecutus, vel ab ipsa domo animo studium deserendi recesserit, vel in ipsa domo studere neglexerit, ad moram ulteriorem faciendam in eadem domo et societate scholarium prædictorum, necnon ad exhibitionem supradictam ulterius recipiendam, totaliter reputetur indignus, amovendus in forma inferius annotata.

Causes of forfeiture of scholarship, by promotion, &c.

Et illud idem observetur, si quemquam de dicta societate scholarium homicidium, adulterium, furtum, rapinam, perjurium, sacrilegium vel simoniam, aut aliud grave delictum, committere, seu gravem lapsum carnis vel aliam notam turpitudinis incurere, contigerit, quod absit! per quam grave scandalum in dicta domo fuerit suscitatum; aut quisquam eorum rixosus seu jurgiorum inter socios suscitator creber extiterit, vel eorundem sociorum percussor, aut, quod plus est, Præpositi vel Decani; seu alias intolerabilis in societate prædicta; ut cum de aliquo præmissorum per facti notorietatem vel alio modo legitimo constiterit, transgressor hujusmodi a domo et exhibitione prædictis amovendus censeatur, sicut prius.

By crime.

Si vero aliquis eorum levi fama alicujus delicti de præmissis vel alterius transgressionis vel excessus gravis respersus fuerit, vel inobediens erga Præpositum et superiores dictæ domus, leviter vel murmurans, aut leve jurgium cum socio aliquo vel contentionem habens, repertus fuerit, terna monitione corripitur per Præpositum prædictum vel Decanum; primo, videlicet, inter corripientem et eum; secundo, adhibitis duobus vel tribus de societate prædictæ; et tertio si corripientem non audierit, in societate tota dictorum scholarium, ad hoc quatenus haberi poterit congregata; et si sic se emendare noluerit, a dictis societate, domo et exhibitione, extunc sit eo ipso excludendus, ut inferius scribitur plenius amovendus.

Warnings for minor offences.

Et si aliquem dictorum scholarium, ex aliqua de causis prædictis vel alia rationabili, a societate et domo prædictis amoveri, aut numerum dictorum scholarium, qui nunc est vel qui imposterum exauctus fuerit, aliquo quovis modo deficere contigerit, quoties hoc evenerit, alii loco sic amoti et aliorum deficientium de dicto numero, modo et forma expressis, superius subrogentur, et consuetus numerus impleatur.

Or expulsion.

Supply of vacancies.

Pro hujusmodi, insuper, negotiis arduis, contingentibus dictam

Holding chapters.

Mass for
Founder and
benefactors.

domum et societatem memoratam, conveniant iidem scholares, celebrando super præmissis capitula sua, et habendo adinvicem tractatus communes, specialiter et, ad minus, ter in anno; videlicet, ante Natale Domini et ante Pascha, necnon et ante festum Sanctæ Margaretæ Virginis; diebus aliquibus, postquam Magistri dictæ Universitatis ab actu legendi cessaverint, ad hoc opportunis; et in quibus singulis faciant primo, in ecclesia Beatae Mariæ Oxonii, quæ est de patronatu eorum, unam missam pro domino Edwardo, Dei gratia Rege Angliæ, illustrissimæ memoriæ, domini Edwardi quondam Regis Angliæ, filio, Fundatore domus et societatis prædictarum primario, domino Henrico Dei gratia Episcopo Lincolnensi, et domino Adam de Brom, benefactoribus maximis earundem domus et societatis, dummodo superstitibus fuerint, et pro omnibus aliis benefactoribus dictæ domus superstitibus; et cum iidem dominus Rex, Episcopus et Adam, viam universæ carnis ingressi fuerint, pro eorum animabus, et animabus aliorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum; specialiter decantari. Et subsequenter, lectis coram eis ordinationibus præsentibus, de negotiis prædictis et statu domus per omnia, moribus, conversatione et conditionibus, ac profectu studii, omnium et singulorum de dicta societate, inter se tractent et inquirent diligenter: et ea quæ corrigenda repererint corrigere et reformare studeant, quatenus de jure poterint, sine mora; et ea quæ circa præmissa corrigenda et reformanda communi assensu ordinata fuerint, prædictus Præpositus solerter et celeriter exequatur. Et, in capitulis prædictis, scholares ad dictam societatem admittendi præsentiam suam personalem exhibeant, dictæ domus beneficia petitori, et in eisdem, solummodo præmisso stricto examine, in forma et modo expressis superius, admittantur.

Reading statutes and reformation of abuses, &c.

Presentation, examination, and admission of scholars.

Consultation and assent of scholars in matters of importance.

In quibuscunque etiam temporibus contingant aliqua ardua negotia, contingentia statum dictæ domus vel personarum ejusdem, in quibus decet et expedit habere dictæ societatis consilium et consensum, teneantur dicti scholares, omnes et singuli, per dictum Præpositum aut, eo absente, Decanum vocati, nisi rationabilis causa impederit, convenire, de eisdem negotiis tractaturi, et præstituri suum consilium et assensum; sine quibus nihil arduum vel præjudiciale dictæ domui aut societati per eundem Præpositum vel aliquos alios administratores dictæ domus attemptetur aliquo modo sive fiat: quod si aliquod tale fiat absque tractatu hujusmodi, communi consilio et assensu saltem majoris et sanioris partis societatis prædictæ, ex ipso eo habeatur irritum et inane. Proviso quod idem Præpositus et alii administratores, pro levibus et quotidianis expediendis, quæ de sui natura tractatum communem hujusmodi non requirunt, dictos scholares non vexent sive turbent, quominus studio possint intendere et vacare. Ad hæc Præpositus domus et

Election and institution of Provost in cases of vacancies.

societatis prædictarum, ipsa Præpositura quandocunque vacante, quam cito commode fieri poterit, per communem electionem scholarium ejusdem societatis faciendam, et Episcopis Lincolnienſibus, qui pro tempore fuerint, quibus eadem domus et persona ejusdem de jure communi et per præſentes ordinationes ſpecialiter ſubjectæ exiſtunt, aut Officiario Lincolnienſi, ſede Episcopali vacante, præſentandus et per ipſos ut præmittitur approbandus ſeu confirmandus, præficiatur. Qui quidem Præpoſitus, ſi poſteris temporibus demerita ſua ejus amotionem expoſcant, per eoſdem, juxta diſtinctionem temporis de ipſa ſede Episcopali plena et vacante præmiſſam, procedentes, ſummarie et de plano, abſque quocunque ſtrepitu vel ſolemnitate judiciali, ſine ſcriptis et qualibet figura judicii, quatenus brevius et celerius via rationis fieri poterit, amoveatur, et alius loco ſuo abſque moræ diſpendio eligatur et præficiatur, ſicut ſuperius eſt prædictum.

Removal of Provost.

Item, quandocunque aliqui dictorum ſcholarium, poſt annum probationis effectualiter ut præmittitur admiſſorum, ex aliqua de cauſis præmiſſis ſe reddiderunt inhabiles, ſicut prædicatur, aut indignos, et propter hoc fuerint a ſocietate ſtipendiis et beneficiis, dictæ domus amovendi, circa eorum amotionem hoc firmiter obſervetur, quod ſtatim, quandocunque et quoties hoc contigerit, inſinuetur per literas dictorum Præpoſiti et collegii, ſub ſigillo eorum communi, hujus amotionis cauſa Episcopo Lincolnienſi, qui pro tempore fuerit, vel Officiario Lincolnienſi ſede Episcopali vacante: per quem, receptis literis hujusmodi, conſeſtim, abſque alia probatione vel proceſſu habendo, etiam ſine vocatione amovendorum hujusmodi, totaliter amoveantur: ipſis, et etiam dicto Præpoſito. in eventu quo ipſe amotus fuerit, ut præmittitur, ab omni appellationis, in integrum reſtitutionis, querelæ et cujuſlibet alterius proſecutionis, remedio, penitus et imperpetuum excluſis. Et nulla omnino actio vel querela contra dictum collegium aut aliquos vel aliquem de eodem collegio, vel quemvis alium, competat aliquoſiter actione antedicta.

Manner of proceeding in removal of ſcholars.

No appeal, or action.

Habeant etiam iidem ſcholares in dicta domo ſigillum commune; quod ſub ſigillo dicti Præpoſiti, in aliqua ciſta ad hoc ordinanda, et ſub clave dicti Præpoſiti, et duarum aliarum clavium ad hoc ordinarum, in cuſtodia duorum de dictis ſcholaribus, qui inter cæteros diſcretiores et fide digniores, ac in temporalibus circumſpectiores, opinione communi reputentur, eligendorum per communem aſſenſum Præpoſiti et ſcholarium prædictorum, remanebit; quorum quilibet habeat clavem unam. Ita quod nulla litera ſub eodem ſigillo exeat vel ſcriptum fiat, niſi prius per Præpoſitum et cuſtodes prædictos, vel, ſi grande concernat negotium, per ſocietatem prædictam aut deputandum ſpecialiter ab ea, examinetur et in eorum præſentia ſigilletur.

Custody and use of the common ſeal.

Et iidem cuſtodes recipiant et cuſtodiant, ſub dicto Præpoſito,

The keepers of the seal to receive rents, &c., make payments, and render account.

pecuniam quamcumque de terris redditibus et proventibus, dictæ domus proveniente[m], et eandem, per præceptum et visum Præpositi, ad ejusdem domus expensas necessarias ministrabunt; eompotis a quibuscumque administratoribus dictæ domus reddendis cum dicto Præposito intererunt, et eos audient cum eodem. Qui, cum dicto Præposito, annis singulis, in festo Sancti Michaelis vel circiter, aliquo die ad hoc opportuno, statum dictæ domus et universa recepta et expensas ejusdem coram societate dictorum scholarium, vel specialiter deputandorum ab eis, facient recitari.

Power to Provost and scholars to make additional statutes.

Cæterum, quia casus omnes futuri ab initio certa lege includi nequeunt seu statuto, idcirco ordinatum est quod, si quas observantias vel statuta salubria et honesta per Præpositum et societatem prædictos, aut eundem Præpositum et decem, vel octo seniores et discretiores dicti collegii, de perito et communi dictæ societatis consilio, ad utilitatem et observationem institutionum dicti collegii et jurium ejusdem, in posterum provideri et statui contigerit, ea, postquam per Episcopum Lincolnensem fuerint approbata, et non ante, omnes et singuli de dicta domo futuris temporibus observare teneantur. Proviso, quod nihil contrarium vel præjudiciale jurisdictioni aut juri Episcopali Lincolnæ vel officiorum suorum, aut ecclesiæ Lincolnensis, aequaliter statuatur sive fiat: et si aliqua talia attemptentur, sint ipso jure, ac omnia quæ secuta fuerint ex eisdem vel ob ea, irrita atque nulla. Amplius, duo ex dictis scholaribus in presbyteros ordinati, vel duo alii capellani ex proventibus dictæ domus per societatem prædictam inveniendi, in præfata ecclesia Sanctæ Mariæ, ad altare in capella nunc Annæ intitulata, quotidie celebrare divina cum pleno servitio de mortuis, scilicet Commendatione, Placebo et Dirige, si fuerint capellani alii a scholaribus prædictis, teneantur perpetuis temporibus in futurum, pro animabus domini de Burghassh, militis, dominæ Matildæ uxoris suæ, domini Henrici de Burghassh Episcopi Lincolnensis, filii eorundem, et aliorum Episcoporum Lincolnensium, magistri Roberti et domini Stephani ac cæterorum liberorum Roberti et Matildæ prædictorum, omniumque fidelium defunctorum; præcipue pro animabus prædicti domini Regis, post transitum suum ab hac luce, et anima domini Adæ de Brom et aliorum benefactorum domus prædictæ quorumcumque. Proviso quod prædictum dominum Regem, dictumque Episcopum et Adam de Brom præfatum, dum superstites fuerint, in missis suis, quotidie memoriæ specialiter recommendent pro ipsis devote, cum speciali collecta Dominum deprecando. Et quod alter capellanorum prædictorum celebret quotidie de Beata Virgine, in cujus honore dicta domus est fundata. Item, scholares prædicti teneantur, singulis diebus Dominicis et festis duplicibus, interesse divinis

Exequies for souls of Founders, Bishops of Lincoln, &c.

officiis in prædicta ecclesia Sanctæ Mariæ exequendis, videlicet, primis vesperis, matutinis, missæ et cæteris horis canonicis, dicendis in eadem ecclesia, et legendo cantando, prout noverint juvare in eisdem; nisi causa rationabili fuerint impediti, vel per superiorem dictæ domus licentiati: hoc tamen excepto, quod actualiter regentes necnon et legentes cursorie, præcipue librum Sententiarum vel aliam lecturam notabilem, secundis vesperis interesse minime teneantur. Sed, singulis annis postquam dominus Henricus Episcopus prædictus diem suum clausit extremum, teneantur imperpetuum dicti scholares cum presbyteris suis dictæ domus, die anniversarii sui, pro sua et cæteris animabus in ecclesia beatæ Mariæ prædictæ, cum pleno servitio de mortuis supradicto, præmissis more consueto vigiliis mortuorum, facere celebrari solemniter unam missam.

Anniversary of Henry Burghash, Bishop of Lincoln.

Quilibet etiam dictorum scholarium, in ejus admissione, jurabit dictæ domui et collegio antedicto fidelitatem, et quod secreta ejusdem domus, non communicanda cum extraneis, celabit, et quod domum prædictam, vel jura ejusdem domus aut ecclesiæ Lincolnensis, ad quemcunque statum devenierit, in tota vita sua, nullatenus impugnabit in aliquo, sed ea manutenebit pro viribus et defendet, hasque ordinationes et alias statutaque rationabilia imposterum facienda, cum per Episcopum Lincolnensem approbata fuerint, et ea didicerit, observabit. Ita, videlicet, quod, ipsis didicitis seu scitis, ea observare non contemnat. Idem vero juramentum præstabit quilibet ante factas ordinationes præsentis admissus in collegio antedicto. Et in juramento eujuslibet specialiter exprimat, quod, in eventu quo contigerit eum a dictis domo et societate, ex aliqua de causis prædictis vel alia rationabili, ut præmittitur, amoveri, quod nulla appellatione, querela, aut aliquo alio juris vel consuetudinis remedio, utetur contra amotionem hujusmodi, nec ullam prosecutionem faciet, literas vel preces magnatum impetrando, aut aliquid aliud faciendo quod cedere possit in turbationem dictæ societatis seu gravamen, quantumcunque sibi alias probitatis et vitæ merita suffragentur.

Oath of scholars.

Si vero ex præscriptis ordinationibus aliqua obscura, diminuta vel ambigua, in futurum resultare contigerit vel oriri, per Episcopum Lincolnensem, qui pro tempore fuerit, declarentur, suppleantur et si necesse fuerit corrigantur et etiam reformentur.

Power to Bishops of Lincoln to interpret and reform statutes.

In quorum omnium testimonium, sigillum commune dictorum Præpositi et collegii domus prædictæ præsentibus est appensum. Datum in collegio prædicto, Oxonii, vicesimo tertio die Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Inspeximus, etiam, quasdam alias ordinationes, per præfatos Præpositum et scholares factas, in hæc verba.

Noverint universi quod ea quæ infra scribuntur sunt ordinationes per Præpositum et scholares domus beatæ Mariæ Oxonii,

Additional statutes by Provost and scholars.

de communi et unanimi assensu eorundem factæ et stabilitæ, inter ipsos et eorum successores, in eadem domo perpetuis temporibus observandæ

Election of
Provost.

In primis, quod, licet, in ordinationibus per Præpositum et scholares domus prædictæ prius factis, contineatur quod, vacante Præpositura domus illius, scholares ejusdem domus aliquem de se ipsis in Præpositum eligant, et quod Præpositus hujusmodi et scholares vivant in communi, mensam communem obtinentes; pensata tamen utilitate domus prædictæ, ordinatum est et provisum quod, cum Præpositus ibidem eligendus fuerit, de aliis quam de se ipsis, si necesse fuerit et expedire videbitur, eligatur, sive beneficiatus fuerit sive non, dum tamen idem sic electus socius juratus ejusdem domus prius extiterit, et licet quicumque non beneficiatus ad eandem Præposituram electus, si postmodum beneficium ecclesiasticum quodcumque adeptus fuerit, remaneat nihilominus pro voluntate sua Præpositus, ac si beneficiatus non fuisset. Percipiat vero Præpositus domus prædictæ, qui pro tempore fuerit, singulis annis, pro communis suis, et pro roba sua, et pro stipendiis ejusdam famuli sibi deervientis, decem marcas de bonis domus supradictæ; et inde mensam per se teneat, vel communas suas inter Socios de dicta societate ponat quandoque sibi placuerit. Nullus insuper de dicto collegio in aliqua facultate in eadem domo incipiat, nec a lectura sua in eadem postmodum cesset, nisi de arbitrio Præpositi et Sociorum ejusdem collegii, vel majoris partis eorundem.

Stipend, &c.,
of Provost.

Inception in a
faculty.

Nec aliquis de eadem societate actum quemcumque, intrinsicum vel extrinsecum, utilitatem dictæ domus concernentem, ad quem per societatem prædictam vel majorem partem ejusdem electus fuerit sive deputatus, admittere contradicat. Et si contingat, quod absit! aliquam dissensionem sive discordiam inter aliquos de dicta societate oriri, Primo per Præpositum domus illius vel, ipso absente, ejus vices gerentem, si commode fieri poterit, sedetur et pacificetur, quod si per eos fieri non poterit, per totam societatem terminetur et finiatur. Ita quod causa inde coram aliquo iudice extra domum prædictam nullatenus ventiletur.

Settling dis-
sensions within
College.

Disputations.

Habeant etiam dicti scholares inter se, singulis septimanis, exceptis vacationibus, disputationes regulares; unam, videlicet, de philosophia, dum septem ibidem fuerint philosophiæ intendentes, quorum unus baccalareus ejusdem facultatis extiterit, et aliam de theologia, dum septem scholares theologiæ intendentes præsentés existant; nisi super hoc ex causa rationabili fuerint impediti.

Yearly inspec-
tion of books,
and distri-
bution.

Omnes insuper communes libri dictæ domus, singulis annis, in festo Commemorationis Animarum, in præsentia Præpositi vel ejus vices gerentis et scholarium prædictorum deferantur vel ostendantur. Et tunc quilibet ipsorum, secundum ordinem

suum. unum librum de scientia cui intendit, vel alium sibi magis necessarium, quem voluerit, sibi eligat; et illum habeat pro voluntate sua usque ad idem festum anno revoluto, in quo fiet consimilis electio librorum prædictorum. Et sic consequenter fiat de anno in annum. Et si plures libri ibidem fuerint quam persona, iterum modo quo prius, secundum ordinem personarum, eligantur.

Omnia etiam eis generaliter legata vel collata sub nomine domus collegii vel scholarium, non specificando certam personam cui talia legantur vel conferuntur, convertantur in thesaurum et utilitatem dictæ domus: nisi, per testamentum legantis vel factum conferentis, appareat quod voluntas legantis vel conferentis fuit quod talia legata vel collata inter personas dicti collegii dividantur, vel alias in certos usus ipsorum convertantur.

Gifts and bequests to College.

Cum vero quarterium frumenti in Oxonio vendatur pro decem solidis et ultra, quilibet scholaris de dicto collegio percipiat singulis septimanis, ultra duodecim denarios quos ex ordinatione dictæ domus nunc percipit, tres denarios, hujusmodi caristia durante. Ita quod, cessante tali caristia, et quarterium frumenti ibidem vendatur pro pretio citra decem solidos, ex tunc quilibet eorundem scholarium habeat duodecim denarios, sicut prius.

Increase of portions for commons, from dearness of corn.

Pro honestate insuper dictæ domus et personarum ejusdem, necnon pro scandalo in futurum evitando, ordinatum est quod nulla mulier, lotrix seu alia, domum prædictam ad aliquod officium ibidem exercendum ingrediatur; sed quod omnia officia infra septa domus ejusdem facienda de cætero fiant per mares. Omnes igitur scholares de dicto collegio, in majoribus duplicibus festis, omnibus horis canonicis et missæ diei in ecclesia sua beatæ Mariæ celebrandæ, superpellicis utantur in choro. et in illis festis sic eant cum processione, quando fit processio ibidem diebus hujusmodi; nisi ex causa rationabili impediti, vel a dicto Præposito seu ejus locum tenente super hoc licentiati extiterint. Percipiant, insuper, dicti scholares, singulis annis, de bonis domus suprædictæ, in septimana Natalis Domini, quinque solidos, et in septimana Paschæ quinque solidos, et in septimana Pentecostes quadraginta denarios, ad pietantiam, propter eorundem festorum solennitatem. Et etiam pro mancipio suo unam marcæ, et pro coco dimidiam marcæ, et pro barbitonsore et lotore capitem suorum decem solidos; necnon pro mapparia, vasis, et aliis utensilibus in eadem domo, singulis annis de novo providendis, dimidiam marcæ. Decanus vero ejusdem domus, qui pro tempore fuerit, decem solidos. Illi quoque duo scholares qui ad oblationes provenientes de ecclesia antedicta, necnon redditus de shopis et aliis domibus suis in villa Oxonii et ejus suburbiis colligendos et recipiendos deputati fuerint, decem solidos, videlicet, uterque eorum quinque

Female servants prohibited.

Use of surplices on principal festivals.

Pittances. Allowances for servants.

For Dean and Bursars.

solidos ; et ille qui ad decimas autumnales de Littlemore colligendas et supervidendas assignatus fuerit quinque solidos ; in recompensationem laborum suorum, singulis annis percipiant de bonis supradictis. In quorum omnium testimonium, sigillum commune dictorum Præpositi et collegii domus Prædictæ præsentibus est appensum. Datum in collegio prædicto, Oxonii, die Veneris, in festo Conceptionis Beatæ Mariæ, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono.

Nos autem ordinationes prædictas, et omnia et singula in eisdem contenta, acceptantes et approbantes, ac etiam rata habentes et grata, ea, pro nobis et hæredibus nostris, præfatis Præposito et scholaribus et eorum successoribus, inter se perpetuis temporibus observanda, concedimus et confirmamus. In cuius. &c. Teste Rege, apud Wintoniam, decimo octavo die Martii.

Confirmation
of preceding
Statutes.

STATUTES OF ORIEL COLLEGE, OXFORD,
1326, 1329.

INDEX OF SUBJECTS.

- | | |
|---|----------------------------------|
| APPEAL, prohibition of, 11 | Mass for Founder, 10 |
| Benefactors, mass for, 10 | Oath of scholars, 13 |
| Bequests, 15 | Offences, 9 |
| Bible reading, 7 | Philosophy, study of, 8 |
| Books, inspection and distribution of, 14 | Pittances, 15 |
| Burgash, Henry, Bishop of Lincoln, anniversary of, 13 | Provost, election of, 6, 10, 14 |
| Bursars, allowances for, 15 | ——, removal of, 11 |
| Canon Law, students in, 6, 8 | ——, stipend of, 14 |
| Chambers, superintendence in, 7 | Rents, receipt of, 12 |
| Chapters, 9 | Seal, common, 11 |
| Civil Law, study of, 8 | ——, keepers of, 12 |
| Commons, 7 | Servants, female, 15 |
| ——, increase of, 15 | ——, allowances for, 15 |
| Dean, appointment of, 6 | Scholars, number of, 6 |
| ——, allowances for, 15 | ——, increase of, 7 |
| Deans, additional, 7 | ——, qualifications of, 8 |
| Dearness of corn, 15 | ——, probation of, 8 |
| Dialectics, study of, 8 | ——, additional, 8 |
| Disputations, 14 | ——, admission of, 10 |
| Dissensions, 14 | ——, consultation of, 10 |
| Donations, 15 | ——, removal of, 11 |
| Dress, 8 | ——, oath of, 13 |
| Expulsion, 9 | Scholarship, forfeiture of, 9 |
| Female servants, 15 | ——, vacant, 9 |
| Founder, mass for, 10 | Statutes, reading of, 10 |
| ——, exequies for soul of, 12 | ——, power to make additional, 12 |
| Inception in a faculty, 14 | ——, interpretation of, 13 |
| Latin language, 8 | Strangers, 8 |
| Lincoln, Bishops of, exequies for souls of, 12 | Surplices, use of, 15 |
| ——, ——, power to reform statutes, 13 | Table, common, 7 |
| | Theology, students in, 6 |

ORDINANCES OF THE PROVOST AND SCHOLARS
OF ORIEL COLLEGE, OXFORD,
CONFIRMED BY BISHOPS OF LINCOLN.

Hæc sunt statuta, legenda electis in Socios collegii de Oriell Oxoniae, in primaria admissione in annum probationis.

Universis, præsentés literas inspecturis, Henricus [Burghersh],
permissioe divina, Lincolnensis Episcopus, salutem in Domino
sempiternam.

Noverit universitas vestra nos quasdam ordinationes, per
Præpositum et scholares domus seu aulae Beatæ Mariæ Oxoniæ,
nostræ diocesis, de novo fundatæ, in primaria fundatione ejus-
dem, de eorum communi et unanimi assensu factas, perpétuis
temporibus in eadem domo per eosdem et successores suos quos-
cunque firmiter observandas, sigillo communi Præpositi et col-
legii eorundem scholarium, eisdem appenso, signatas, et nobis
ex parte eorundem exhibitas, inspexisse; eo, qui sequitur, sub
tenore.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Cunctis,
præsentés literas inspecturis aut auditoris, appareat per eandem,
quod hæc, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes in collegio
scholarium domus seu aulae Beatæ Mariæ Oxoniæ, Lincolnensis
diocesis, de novo fundatæ, factæ et stabilitæ, per Præpositum et
scholares dictæ domus in primaria fundatione ejusdem, perpétuis
temporibus firmiter observandæ.

College
secrets.

Imprimis ordinatum est, quod quilibet dictorum scholarium,
in ejus admissione, jurabit dictæ domui et collegio antedicto
fidelitatem, et quod secreta ejusdem domus, non communicanda
cum extraneis, celabit.

Common table,
and Bible
reading.

Item statutum est, quod dicti scholares vivant in communi,
mensam communem obtinentes, et in eadem vescentes in com-
muni, modeste et pacifice et sine murmure se habentes. Et, cum
facultas hoc permiserit, lectorem habeant in mensa, qui, juxta
dispositionem communem, aliquid de Biblia vel sacra pagina,
ipsis edentibus, legat coram eis; cui diligenter intendant, se a
dissolutionibus abstinentes.

Use of Latin
in conver-
sation.

Item ordinatum est, quod prædicti scholares in cameris suis,
absque strepitu et absque sociorum impedimento, conversentur,
studioque diligenter adhærentes, si qua inter se proferant, in
quantum poterunt, colloquio Latino, vel saltem Gallico, perfru-
antur; et nullus, extraneos vel propinquos inducendo, suæ socie-

tati onerosus existat, ne per hoc aliorum turbetur tranquillitas, ne exinde contentiones vel jurgia suscitentur.

Introducing
strangers.

Hoc insuper circa assumptionem scholarium in dictam domum omni sollicitudine observetur, ne qui, præterquam honesti, casti, pacifici et humiles, (quantum humana fragilitas nosse sinit) indigentes, ad studium habiles, proficere volentes, et per communem assensum Præpositi et scholarium dicti collegii, ipsis scholaribus, vel majore parte eorum, pro ipsis in suis conscientiis deponentibus, electis, in domo prædicta aliquantulum admittantur; qui per unum annum sub probatione remaneant, et sustentationem recipiant supradictam, si conditiones in eis ostenderit prænotatas; et si per annum sic se conditionatos exhibuerint, tunc in Societatem ejusdem domus effectualiter admittantur. Proviso tamen, quod, si infra annum et ante admissionem prædictam, apparuerit quomocumque, ipsos sic conditionatos non esse, vel alias intolerabiles, statim, cum per Societatem supradictam, vel majorem partem ipsius, hoc constiterit, expellantur, spe regressus totaliter frustrati.

Qualifications
of scholars.

Year of
probation.

Insuper statutum est, quod si dictorum scholarium aliquis religionem intraverit, vel ad alicujus obsequium se transtulerit, beneficiumve uberius est assequutus, vel ab ipsa domo, animo studium deserendi, recesserit, vel in ipsa domo studere neglexerit, ad moram ulteriorem faciendam in ipsa domo et Societate scholarium prædictorum, necnon ad exhibitionem supradictam ulterius recipiendam, totaliter reputetur indignus, amovendus in forma inferius annotata: et illud idem observetur, si quemquam, de dicta Societate scholarium, homicidium, adulterium, furtum, rapinam, perjurium, sacrilegium vel simoniam, aut aliud grave delictum, committere, seu gravem lapsum carnis, vel aliam notam turpitudinis, incurrere contigerit (quod absit!) per quam grave scandalum in dicta domo fuerit suscitatum; aut si quisquam eorum rixosus, seu jurgiorum inter Socios suscitator creber, extiterit, vel eorundem Sociorum percussor, aut, quod plus est, Præpositi vel Decani, seu alias intolerabilis in Societate prædicta; ut, cum de aliquo præmissorum per facti notorietatem, vel alio modo legitimo, constiterit, transgressor hujusmodi a domo et exhibitione prædictis amovendus censeatur, sicut prius.

Forfeiture of
scholarship by
promotion, &c.

By crime.

Item statutum est, quod in juramento cujuslibet specialiter exprimitur, quod in eventu quo contigerit cum a dicta domo et Societate, ex aliqua de causis prædictis, vel alia rationabili, ut præmittitur, amoveri, quod nulla appellatione, querela aut aliquo alio juris vel consuetudinis remedio, utetur contra amotionem hujusmodi, nec ullam persecutionem faciet, literas vel preces magnatum impetrando, aut aliquid aliud faciendo, quod cedere possit in turbationem dictæ Societatis seu gravamen, quantumcunque sibi alias probitatis et vitæ merita suffragentur.

Renunciation
of appeal in
case of
expulsion.

Item, statutum est, quod scholares prædicti teneantur, singulis diebus Dominicis et festis duplicibus, interesse divinis officiis,

Attendance
at divine
services.

in prædicta ecclesia Beatæ Mariæ exequendis; videlicet, primis, vesperis, matutinis, missæ, et cæteris horis canonicis, dicendis in eadem ecclesia, et legendo et cantando, prout noverint juvare in eisdem; nisi causa rationabili fuerint impediti, vel per Superiorem dictæ domus fuerint licentiati.

Quædam ordinationes Præpositi et scholarium domus beatæ Mariæ Oxoniæ, per Johannem, Episcopum Lincolniensem, per communem assensum, confirmatæ; [Sept. 1364.]

Universis Christi fidelibus, præsentibus literas inspecturis, Johannes permissione divina, Lincolnienensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, nos quasdam ordinationes, per Præpositum et scholares domus seu aulæ beatæ Mariæ Oxoniæ, nostræ diocesis, de eorum communi et unanimi assensu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per ipsos et successores suos quoscunque observandas, sigillo communi Præpositi et collegii eorundem scholarium, eisdem appenso, signatas et nobis ex parte eorundem exhibitas, inspexisse, eo qui sequitur, sub tenore.

Noverint universi, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes, per Præpositum et scholares domus beatæ Mariæ Oxoniæ, de communi et unanimi assensu eorundem, factæ et stabilitæ, inter ipsos et eorum successores in eadem domo perpetuis temporibus observandæ.

Imprimis, quod, licet in ordinationibus primariis, per Præpositum et scholares dictæ domus primis factis, contineatur, quod dictus Præpositus et singuli scholares dictæ domus, singulis septimanis, dummodo moram in eadem domo traxerint et præsentibus fuerint, duodecim denarios ad suas communias de proventibus ejusdem domus percipere debeant et habere; ac postea ordinatum est per eosdem Præpositum et scholares, quod Præpositus dictæ domus, qui pro tempore fuerit, singulis annis, pro communiis suis et roba sua, et pro stipendio suo, et pro stipendiis cujusdam famuli sui deservientis, de bonis dictæ domus percipiat decem marcas; et etiam ordinatum est, quod, quando quarterium frumenti vendatur in Oxonia pro decem solidis et ultra, quilibet scholaris de dicto collegio percipiat singulis septimanis ad suas communias, hujusmodi caristia durante, tres denarios, ultra duodecim denarios quos solet percipere ex ordinatione primaria dictæ domus; pensatis tamen caristia victualium plus solito ingruente, quæ ex consuetis communiis dictæ domus dictos Præpositum et scholares congrue sustentari non sinit, et incremento dictæ domus a sua primaria foundatione, ac profectu scholarium ejusdem eo magis ampliando quo ipsis pro sua sustentatione uberius sit provisum: jam ordinatum est de novo per eosdem Præpositum et scholares, ex unanimi

assensu eorundem, quod tam Præpositus, qui pro tempore fuerit, ultra decem marcas prædictas, quam omnes alii et singuli scholares dictæ domus ultra duodecim denarios, singulis eorum singulis septimanis assignatos pro communis, qualitercunque vendetur frumentum, sive pro majore pretio sive pro minore, tres denarios in septimana recipiant ad communias, dum ibi præsentibus fuerint, ut præfertur.

Commons of
Provost and
scholars.

Insuper, ordinatum est, quod singulis [annis?] pro focalibus aulae et coquinae necessariis habeant dicti Præpositus et scholares duas marcas, de preventibus dictæ domus; et pro quatuor servientibus honestis, quorum unus continue et specialiter Præposito, reliqui vero tres sint pro necessariis scholarium præcipue attendentes, qualibet hebdomada, pro communis singulorum quatuor servientium decem denarios; videlicet, quadraginta denarios in septimana habeant de bonis dictæ domus, dummodo ibidem quatuor sic tales sint. In quorum omnium testimonium, sigillum commune dictæ domus præsentibus est appensum.

Allowances for
fuel, kitchen,
&c.

Nos igitur, inspectis et diligenter examinatis prædictis, inveniunt easdem rationabiles et honestas, nemini damnum vel præjudicium afferentes, ipsas in dicto collegio perpetuis temporibus observandas et tenendas, quantum in nobis est, ratificamus, approbamus et auctoritate pontificali confirmamus: reservantes etiam nobis et successoribus nostris potestatem prædictas ordinationes, si aliqua diminuta vel ambigua ex eis in futurum resultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, si necesse fuerit, corrigendi: salvis etiam nobis et successoribus nostris episcopalibus consuetudinibus et ecclesiæ Lincolnensis dignitate. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum præsentibus apposimus. Datum Oxoniæ, tertio idus Septembris, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quarto, et consecrationis nostræ secundo.

Confirmation
by the Bishop.

[Confirmation by William Alwick, Bishop of Lincoln, of ordinances of the Provost and Scholars, issued the 13th of May, 19 Henry VI.]

Universis, præsentibus literas inspecturis, Willelmus, permissione divina, Lincolnensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos quasdam ordinationes, per Præpositum et scholares domus seu aulae Beatæ Mariæ, Oxoniæ, nostræ diocesis, de eorum communi et unanimi assensu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eosdem et successores suos quoscunque firmiter observandas, sigillo communi Præpositi et collegii eorundem scholarium, eisdem appenso, signatas, et nobis ex parte eorundem exhibitas, inspexisse, eo, quo sequitur, tenore.

Universis, præsentis literas inspecturis, appareat evidenter, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes, ex unanimi consensu Præpositi et Sociorum ejusdem collegii beatæ Mariæ de Oriell Oxoniæ factæ et stabilitæ, per ipsos et eorum successores perpetuis futuris temporibus ibidem observandæ.

Election of scholars.

Imprimis, ordinatum et statutum est, quod in omnibus electionibus scholarium, in dicto collegio futuris temporibus celebrandis, inviolabiliter observetur, quod nullatenus, absque expresso consensu Præpositi (ipso absente) ad hujusmodi scholarium electionem procedatur; quodque non existant in prædicto collegio simul plures quam duo scholares, qui infra eandem villam, civitatem, comitatum vel diœcesin, fuerint oriundi, Præpositum, qui pro tempore fuerit, inter eos minime numerando. Et si (quod absit!) contrarium hujus aliquialiter attemptetur, eo ipso nec factum hujusmodi, ne quod ex eo subsequutum est, alicujus existat firmitatis.

Audit of accompts, and elections of officers.

Item statutum est, quod annuatim, inter festum Sancti Michaelis et festum Sancti Lucae proxime sequens, audiantur plena ratiocinia officiariorum dicti collegii, videlicet thesaurariorum et collectorum reddituum; et de statu ipsius tunc diligenter inquiretur: nisi hujusmodi ratiocinia, propter aliquam rationabilem causam, de consensu Præsidentis et majoris partis capituli, ad ulteriorem diem differantur: ac tunc pro officariis anni futuri, videlicet, Decano, thesaurariis, provideatur. Hoc adjuncto, quod, quotiescunque Decanus voluerit se per notabile tempus absentare, si capitulo videatur expedire, deputetur ab eodem capitulo aliquis de discretioribus Sociis, qui vices et officium ipsius Decani absentis in omnibus valeat et debeat adimplere; statutis tamen super electionibus Præpositorum prius editis, hiis non obstantibus, in suo robore permansuris.

Chapter to receive and give out books.

Item statutum est, quod annuatim, in festo Commemorationis Omnium Animarum, conveniant Præsidentis et Socii capitulariter, de libris ipsius collegii debita ratiocinia facturi et audituri; quo die qui se absentaverit, quominus libri suæ electionis præcedentis deliberentur sive restituantur, vel, præsens existens, eosdem deliberare aut restituere recuset, vel saltem verum valorem, in casu quo absque dolo et fraude aliquem illorum abesse contigerit, eo facto, anno illo ab omni electione librorum privatus existat; et si usque ad festum Natalis Domini, proxime extunc sequens, præfatam deliberationem sive restitutionem scienter distulerit, eo facto non Socius ibidem existat.

Pawning or alienating books.

Item, statutum est, quod si, quod absit! contigerit in futuro, quod aliquis ex dictis scholaribus impignoraverit vel alienaverit aliquem librum vel jocale ipsius collegii, præter communem assensum ejusdem collegii, seu saltem dederit hujusmodi impignorationi seu alienationi consilium, auxilium aut favorem, eo facto Societate prædicta privatus existat.

Restoration of College goods,

Item statutum est, quod Præpositus et singuli scholares, infra

mensem postquam ob aliquam rationabilem causam a jure et Societate prædicti collegii amoti fuerint, omnes libros, jocalia, munimenta, si qua habuerunt, dicto collegio pertinentia et debita, etsi ab eis non petantur, restituere teneantur.

in case of removal.

Item, ut plena certitudo de beneficio incompatibili cum Societate prædicta clarius habeatur, statutum est, quod quisunque ex dictis scholaribus, aut eorum successoribus, Præpositis tantummodo exceptis, fuerit pacifice assequutus aliquod beneficium, redditus, patrimonium, officium, pensionem, seu pluralitatem eorundem, seu aliquam aliam promotionem, quocunque nomine censeatur, unde potuerit ad suam exhibitionem annuatim, ad terminum vitæ, decem marcas de importatis percipere Oxoniæ residendo, eo facto, et alias per acceptionem hujusmodi promotionis, Societate et jure in prædicto collegio habitis privatus existat.

Benefices incompatible with Fellowships.

Item, quia in prioribus statutis et ordinationibus dicti collegii continetur, quod numerus scholarium in eodem crescere debeat et augeri, prout, annuente Domino, bona, proventus et facultates, ejusdem augmentari contingit, hinc est, quod insperu statutum est et ordinatum, quod in dicto collegio, ultra numerum scholarium decem, de statutis prioribus ejusdem expressum, ad Dei ecclesiam et cleri augmentum, et pro quadam summa mille librarum, ab executoribus venerabilis viri Johannis Franke, ad dicti collegii magnum emolumentum et commodum, recepta, alii quatuor scholares, facultatis artium baccalaurei duntaxat, in Universitate studentes Oxoniensi, qui prius probabiliter determinaverint in eadem facultate, infra annum post datum præsentium erunt electi, et, post morum probationem eorundem, secundum formam statutorum dicti collegii, in perpetuos Socios ejusdem assumpti et incorporati. Sic quod, de tempore in tempus, erunt hujusmodi quatuor scholares in dicto collegio pro perpetuo continuati; ut sint oratores præcipui regis Henrici Sexti (ejusdem collegii Fundatoris) ac venerabilis viri Johannis Franke, et parentum ipsius, dictorumque executorum ejusdem: tali adhibita conditione, prout in ipsius Johannis ultima voluntate plenius continetur; videlicet, quod ipsorum quatuor scholarium hujusmodi, quoad nativitatis originem, unus erit de comitatu Dorset, alius de comitatu Somerset, tertius erit de comitatu Wiltes, et quartus erit de comitatu Devonæ, oriundi; dummodo tales de dictis comitatibus eligibiles ad perficiendum et continuandum dictum numerum hujusmodi quatuor scholarium, in dicto collegio, sint ita habiles, secundum judicium dictorum Præpositi et majoris partis scholarium, moribus et scientia. Et hoc eo tempore cujushbet electionis futuræ, quo tales (ut præfertur) oriundi debent in dictum collegium eligi, sicut tunc alii scholares eligibiles in dicta Universitate de aliis regni Angliæ comitatibus studentes. Et si, aliquo tempore electionis futuræ, defectus de scholari vel scholaribus unius vel plurium dictorum

Addition of four scholars from the bequest of John Franke.

To be elected from certain counties.

quatuor comitatum, propter inhabilitatem, seu eorundem paucitatem, habeatur, tunc, loco ipsius eligendi seu ipsorum eligendorum, alius eligendus subrogetur, seu alii eligendi subrogentur, habilis seu habiles, moribus et scientia, secundum formam statutorum et ordinationum dicti collegii, de quocunque regni Angliæ comitatu fuerit talis eligendus oriundus, seu de quibuscunque comitatibus ejusdem regni fuerint tales eligendi oriundi; statuto de numero Sociorum seu scholarium, qui in eadem villa, comitatu seu diocesi, fuerint oriundi, semper salvo. Qui numerus integer quatuor scholarium habilium, ultra numerum decem scholarium, pro perpetuo in dicto collegio erit habitus, exhibitus et continuatus, ut cæteri Socii et scholares dicti collegii debuerint antiquitus et adhuc debent in dicto collegio haberi, exhiberi et continuari perpetuo.

Scholars to be sworn to observe these ordinances.

Item, statutum est, quod singuli scholares ipsius collegii, futuris temporibus eligendi, in eorum primis admissionibus, ad harum ordinationum fidelem observantiam speciali juramento et in specie corporaliter sint astricti. In cujus rei testimonium, sigillum commune dictorum Præpositi et Sociorum præsentibus est appensum. Datum Oxoniæ, in capella ejusdem collegii, tertio decimo die mensis Maii, anno regni Regis Henrici Sexti post conquestum decimo nono.

Confirmation by the Bishop of Lincoln.

Nos, igitur, iuspectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, inveniētes easdem, quatenus in præsentī appareat, rationabiles et honestas, et nemini damnum vel præjudicium afferentes, ipsas in dicto collegio perpetuis temporibus observandas, quantum in nobis est, ratificamus; reservantes nobis potestatem prædictas ordinationes, si aliqua obscura, diminuta vel ambigua, ex eis in futurum resultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, si necesse fuerit, corrigendi: Præposito et scholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipsi ordinationes prædictas, sub juramento eorundem, observent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter observari. In quorum omnium testimonium, præsentibus, ad modum indenturarum confectis, sigillum nostrum apposuimus. Quorum partem unam, sigillo communi dictorum Præpositi et Sociorum patenter sigillatam, penes nos retinuimus, in thesauraria ecclesiæ nostræ Lincolnensis, ad præmissorum perpetuam memoriam, remanendam; alteram vero partem, sigillo nostro sigillatam, prædictis Præposito et collegio fecimus liberari. Dat.

[Ordinances agreed upon by the Provost and Scholars; and confirmed by John Russell, Bishop of Lincoln, 5th February, 1482.]

Universis, presentes literas inspecturis, Johannes, permissione divina, Lincolnensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos quasdam ordinationes, per Præpositum et scholares domus seu aulæ Beatæ Mariæ Oxoniæ, nostræ diocesis, de eorum communi et unanimi assensu, factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eosdem et successores suos quoscunque firmiter observandas, sigillo communi Præpositi et collegii scholarium, eisdem appenso, signatas, et nobis ex parte eorundem exhibitas, inspexisse; eo, quo sequitur, sub tenore.

Universis, presentes literas inspecturis aut auditoris, appareat evidenter, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes ex unanimi consensu Præpositi et scholarium domus Beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, vocati Oriell, factæ et stabilitæ, per ipsos et eorum successores perpetuis temporibus futuris ibidem firmiter observandæ.

In primis, cum in ordinationibus et statutis primariis dictæ domus contineatur, quod, crescentibus redditibus, quoties hoc contigerit, numerus scholarium augeatur; quia, annuente Domino, per bona et eleemosynas reverendi patris et domini, Johannis Carpenter, quondam Wygorniensis Episcopi, ac magistri Henrici Sampson, executoris ejusdem, manerium de Dene, juxta Cheping Norton in comitatu Oxoniensi, præfato collegio est perquisitum et amortizatum, et ad perquisitionem insuper ac amortizationem manerii de Over Chalkeforde et Nether Chalkeforde, prædicto manerio de Dene annexi, magna pecuniæ summa est soluta: hinc statutum est et ordinatum, quod ex dictorum maneriorum cæterorumque reddituum dicti collegii proventibus, ultra numerum decem scholarium in primaria institutione, et ultra numerum quatuor scholarium ex beneficiis venerabilis viri Johannis Franke posterius ordinatum, unus alius scholaris, in et de diocesi Wigorniensis oriundus, facultatis artium baccalaureus quantaxat in Universitate Oxoniensi studens, qui prius probabiliter determinaverit in eadem, infra annum post datum præsentium erit electus, et, post morum probationem, secundum formam statutorum dicti collegii, in perpetuum Socium ejusdem assumptus et incorporatus; sic quod, de tempore in tempus, erit hujusmodi scholaris, de dicta diocesi Wigornensi oriundus, si quis reperiri poterit, in dicto collegio pro perpetuo continuatus.

Erit etiam unus alius de numero decem scholarium, in primis collegii statutis ordinato, de præfata diocesi Wigorniensis oriundus, si aliquis reperiri poterit ita idoneus ut cæteri. Qui duo scholares de dicta diocesi, sic in dicto collegio pro perpetuo continuati, sint oratores præcipui pro antedicto reverendo patre et

One scholar, of the diocese of Worcester, of the foundation of John Carpenter, Bishop of Worcester.

One of the ten scholars of the first foundation to be of the diocese of Worcester.

domino, domino Johanne Carpenter Episcopo, magistro Henrico, parentibus ac benefactoribus eorundem.

A chaplain to celebrate for the souls of the Bishop of Worcester and others.

Unus insuper capellanus de dicta societate, vel alius de personis dictæ domus inveniendus, teneatur, pro perpetuis temporibus. specialiter celebrare pro animabus antedictorum domini Johannis Carpenter Episcopi, magistri Henrici, parentum et benefactorum suorum, ac omnium fidelium defunctorum.

Scholarship to be suppressed in case of loss of the manor of Dene.

Si tamen contingat, dictum manerium de Dene per aliquem legis processum, aut per aliam quamcunque viam, a dicto collegio amoveri et auferri, nec loco sic amoti redditus alii seu bona alia ipsi collegio qualitercunque proveniant, tunc præfati Præpositus et scholares, et eorum successores, ad prædicta onera minime teneantur, sed scholares prædicti collegii imperpetuum solemniter observabunt anniversarium in festo Undecim Millia Virginum vel circiter, cum "Placebo" et "Dirige," pro animabus domini Johannis Carpenter, domini Walteri Liert, Episcoporum, dictique magistri Henrici, et omnium ejusdem domus benefactorum. In quorum omnium testimonium, sigillum commune domus prædictæ præsentibus est appensum. Datum in capella prædicti collegii Oxoniæ, ultimo die mensis Januarii, anno Domini millesimo cccc°. LXXXII°.

Confirmation of the ordinances by the Bishop of Lincoln.

Nos igitur, inspectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, inveniētes easdem rationabiles et honestas, ipsas in dicto collegio perpetuis temporibus observandas et tenendas, quantum in nobis est, ratificamus, approbamus, et auctoritate pontificali confirmamus; reservantes nobis potestatem prædictas ordinationes, si aliqua obscura, diminuta vel ambigua, ex eis in futuro resultare contigerit vel oriri, declarandi, interpretandi, et, si necesse fuerit, corrigendi: Præposito et scholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipsi ordinationes prædictas, sub juramento eorundem, observent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter observari. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum præsentibus apposimus. Datum, sub sigillo nostro, in hospitio nostro apud Vetus Templum, quinto die Februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, et nostræ consecrationis anno tertio.

*Ordinances confirmed by William Smith, Bishop of Lincoln ;
November, 1504.*

Universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentis literæ pervenerint, et præsertim hiis, quos infra scripta tangunt, aut tangere poterunt quomodolibet in futurum, Willelmus, permissione divina, Lincolnensis Episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Ad universitatis vestræ notitiam deducimus et deduci volumus

per præsentés, quod nos quasdam ordinationes, per dilectos in Christo filios Præpositum et scholares domus Beatæ Mariæ sive collegii regalis Oxoniæ, vocati Oriell, nostrarum diœcesis et jurisdictionis, de ipsorum unanimi consensu et assensu, perpetuis futuris temporibus observandas, factas et in scriptis redactas, sigilloque communi eorundem Præpositi et scholarium, in cera rubea impresso, munitas, nobisque pro parte et per partem eorundem Præpositi et scholarium realiter præsentatas, recepimus, tenorem, qui sequitur, in se continentes.

Universis, præsentés literas inspecturis, appareat evidenter, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes, ex unanimi consensu et assensu Præpositi et scholarium domus Beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, vocati Oriell, Lincolniensis diœcesis, factæ et stabilitæ, per ipsos et eorum successores perpetuis futuris temporibus ibidem observandæ.

Imprimis, quia, annuente Domino, per beneficia et pias elemosynas quorundam benefactorum dictæ domus et collegii, manerium de Schinnyngdon præfato collegio est perquisitum et amortizatum, ea intentione, ut prædictorum scholarium tenuitas in aliquo corporis operimento pie relevari possit; non obstantibus enim prioribus ordinationibus dictæ domus et collegii, in quibus cavetur, quod, crescentibus dictæ domus redditibus, quoties hoc contigerit, toties numerus scholarium augeatur; nos dicti Præpositus et scholares unanimi consensu ordinamus et statuimus, quod prædictus Præpositus percipiat quolibet secundo anno quinque virgatas panni; quilibet vero dictorum scholarium, in perpetuitatem admissorum, qui studendi gratia per majorem [partem] ipsius biennii, præcedentis hujusmodi distributionem, in prædicto collegio præsentiam exhibuit corporalem, consimili modo quinque virgatas panni, sumptibus dicti collegii, percipiat imperpetuum. Proviso semper, quod, si contingat numerum scholarium in futuris temporibus augeri, adeo quod redditus prædictarum terrarum pro dicta liberatura non sufficiat, tunc quindecim seniorum prædictorum scholarium solummodo prædictæ liberaturæ participes fiant, donec prædictus redditus ea intentione sufficienter pro singulis augeatur. Et si tamen contingat, quod absit! dictum manerium de Schinnyngton, per aliquem legis processum, aut per aliam quamcunque viam, a dicto collegio amoveri et auferri, nec loco sic amoti redditus alii, seu bona alia, ipsi collegio prædicto qualicunque proveniant, tunc prædictum collegium ad dicta onera supportanda minime teneatur.

Præterea, licet in ordinationibus, per Præpositum et scholares dictæ domus prius factis, contineatur, quod dictus Præpositus singulis annis percipiat pro communiis suis, pro roba sua, et stipendio ejusdam famuli, sibi deservientis, decem marcas, de bonis suprædicti collegii; et inde mensam per se teneat, vel communiis suas inter Socios de dicta societate ponat, quando-
cunque sibi placuerit; licet etiam contineatur, quod Decanus pro

Acquisition
of the manor
of Schinning-
ton.

Allowance of
cloth to Pro-
vost and
scholars.

To be confined
to the fifteen
senior scho-
lars.

Allowance of commons to Provost.

Increased stipends to Dean and Treasurers.

Allowance to Dean for registering ordinances.

Confirmation by the Bishop of Lincoln.

suis laboribus decem percipiat solidos, duo vero thesaurarii decem solidos, quorum uterque quinque percipiat solidos : nos tamen, dicti Præpositus et scholares, considerantes multiplices eorum fore labores nunc, ultra tempus primariæ foundationis, ordinamus, quod Præpositus dictæ domus, præter decem marcas prædictas, communias suas percipiat sicut unus prædictorum scholarium, quoties et quamdiu suam corporalem ibidem exhibuit præsentiam. Et quod Decanus, qui pro tempore fuerit, pro stipendio officii sui, percipiat annuatim viginti solidos; et thesaurariorum quilibet tredecim solidos et quatuor denarios.

Et insuper, volumus et ordinamus, quod Decanus in registro communi, ad hoc ordinato, scribat seu scribi faciat omnia acta et decreta, per Præpositum et scholares dicti collegii capitulariter facta; pro quibus percipiat Decanus, ultra pensionem prædictam, sex solidos et octo denarios de proventibus dicti collegii, imperpetuum. In quorum omnium testimonium, sigillum nostrum præsentibus apposimus. Datum in collegio prædicto Oxoniæ, vicesimo tertio die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto.

Quibus ordinationibus per nos diligenter inspectis, ac deliberatione provida examinatis, quia invenimus easdem ordinationes satis rationabiles et honestas, ac honorem et utilitatem dicti collegii et degentium in eodem non mediocriter respicientes; nos, ad instantem requisitionem dictorum Præpositi et scholarium, easdem ordinationes omnes et singulas, quantum in nobis, auctoritate nostra ordinaria et pontificali ratificamus, approbamus, ac pro nobis et successoribus nostris confirmamus, easque robur perpetuæ firmitatis habere volumus et ordinamus: statuentes et firmiter injungentes, quod præfati Præpositus et scholares moderni, ac quicumque successores sui in eodem collegio, dictas ordinationes et singula contenta in eisdem, juxta omnem tenorem, vim, formam et effectum, earundem, diligenter perpetuis futuris temporibus observent, et faciant inviolabiliter observari. Et, si quid dubium, obscurum sive diminutum, in præmissis reperiri contigerit in posterum, illud interpretandi et declarandi, ac, si opus fuerit, dictas ordinationes corrigendi et reformandi, nobis et successoribus nostris tenore præsentium reservamus potestatem. In quorum omnium et singulorum præmissorum testimonium atque fidem, sigillum nostrum est præsentibus appensum. Datum in hospitio nostro, apud Vetus Templum Londoniæ, vicesimo die mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto, et nostræ consecrationis anno nono.

[*Ordinances confirmed by William Smith, Bishop of Lincoln; May, 1507.*]

Universis, præsentibus literis inspecturis, Willelmus, permissione divina, Lincolnienſis Episcopus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos quasdam ordinationes, per Præpositum et scholares domus seu aulæ Beatæ Mariæ Oxoniæ, nostræ diœcesis, de eorum communi et unanimi assensu factas, perpetuis temporibus in eadem domo per eosdem et successores suos quoscunque firmiter observandas, sigillo communi Præpositi et collegii eorundem scholarium, eisdem appenso, signatas, et nobis ex parte eorum exhibitas, inspexisse: eo, qui sequitur, sub tenore.

Universis, præsentibus literis inspecturis aut auditoris, appareat evidenter, quod ea, quæ infra scribuntur, sunt ordinationes, ex unanimi consensu Præpositi et scholarium domus Beatæ Mariæ et collegii Regis Oxoniæ, vocati Oriell, factæ et stabilitæ, per eos et eorum successores perpetuis futuris temporibus firmiter observandæ.

Inprimis, cum in ordinationibus et statutis primariis dictæ domus et collegii contineatur, quod crescentibus dictæ domus bonis et redditibus, quoties hoc contigerit, numerus Scholarium augeatur in eodem; quia reverendus in Christo pater et dominus, dominus Willelmus, Lincolnienſis Episcopus, zelo caritatis et intuitu pietatis inductus, immensa prædicto collegio beneficia, in laudem Dei, exaltationem fidei et divini cultus, ac numeri scholarium ibidem augmentum, concessit; ac, inter cætera suæ largitatis beneficia, quandam summam trecentarum librarum, bonæ monetæ Angliæ, Sociis dicti collegii et ipsi collegio antedicto de sua munificentia contulit, donavit, et realiter tradidit: hinc statutum est et ordinatum, de unanimi consensu Præpositi et scholarium dicti collegii, quod, ex proventibus dicti collegii, ultra numerum decem scholarium in statutis primæ ordinationis expressum; ultra etiam numerum quatuor scholarium, ex beneficiis venerabilis viri Johannis Franke posterius ordinatum; ac etiam ultra unum scholarem, ex beneficiis venerabilis patris Johannis Carpenter, quondam Wigornienſis episcopi, stabilitum; unus alius scholaris, in et de diœcesi Lincolnienſi oriundus, facultatis artium baccalaureus duntaxat in Universitate Oxoniensi studens, qui prius probabiliter determinaverit in eadem, infra annum post datum præsentium erit electus, et, post morum probationem, juxta formam statutorum dicti collegii, in perpetuum Socium ejusdem assumptus erit et incorporatus: et quod, de tempore in tempus, erit hujusmodi scholaris, de diœcesi antedicta Lincolnienſi oriundus, si quis reperiri poterit, in dicto collegio perpetuo continuatus.

Item, statutum est, quod unus ex Sociis dicti collegii sacerdos, ad cantariam non obligatus, ultra jus collegii sui, si talis in collegio reperiat, alioquin alius honestus capellanus, quatuor

A scholar of the diocese of Lincoln, of the foundation W. Smith, Bishop of Lincoln.

A chaplain to celebrate for the soul of the Bishop.

marcas de proventibus dicti collegii percipiet annuatim; qui pro salute animæ dicti patris reverendi Lincolnienſis Episcopii, et animarum parentum, prædecessorum et successorum suorum, Episcoporum Lincolnienſium, in capella Beatæ Mariæ Virginis, infra ecclesiam parochialem ejusdem Beatæ Virginis, dicto collegio in Universitate Oxoniensi appropriatam, orabit et in perpetuum celebrabit.

Anniversary
of the Bishop.

Insuper, statutum est, quod, postea quam præfatus reverendus pater Lincolnienſis Episcopus mortem cum vita commutaverit, dicti Præpositus et scholares annuas sibi, et dictis suis parentibus et prædecessoribus, exequias in die anniversarii sui solenniter observabunt. Quorum Præpositus (si præsto sit in ipsis exequiis) viginti denarios, et quilibet scholaris præsens decem denarios, recipiet.

Prayers for
the Bishop.

Insuper, ordinatum est, quod singuli sacerdotes de dicta societate, in singulis suis missis celebrandis, in quibus memoriæ, juxta morem ecclesiæ consuetum, dici solent, præfatum reverendum patrem suis orationibus, cum collecta, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Willelmum, pontificem nostrum," etc., dum superstes fuerit, et, postquam fuerit viam universæ carnis ingressus, cum collecta, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes," etc., cum secretis et post communionibus ad ipsas collectas pertinentibus, commendare teneantur imperpetuum.

Postremo, in omnibus sanctis orationibus, quibus Præpositus, Socii et scholares, dicti collegii astricti sunt, præfatum reverendum patrem inter præcipuos benefactores dicti collegii nominare et commendare imperpetuum tenebuntur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, sigillum commune domus sive collegii antedicti præsentibus est appensum. Datum in capella collegii prædicti Oxoniæ, quinto die mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo septimo.

Confirmation
of ordinances
by the Bishop
of Lincoln.

Nos igitur, inspectis et diligenter examinatis ordinationibus prædictis, invenientes easdem rationabiles et honestas, ipsas in dicto collegio perpetuis temporibus observandas et tenendas, quantum in nobis est, ratificamus, approbamus, et auctoritate pontificali nostra confirmamus; reservantes nobis potestatem prædictas ordinationes, si aliqua ex eis obscura, diminuta vel ambigua, in futurum resultare contigerit vel oriri, declarandi et interpretandi, et, si necesse fuerit, corrigendi. Præposito et scholaribus collegii antedicti firmiter injungentes, quod ipsi ordinationes prædictas, sub juramento eorum, observent temporibus perpetuis, et faciant inviolabiliter observari. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, sigillum nostrum præsentibus appensum. Datum septimo die mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo septimo, et nostræ consecrationis anno duodecimo.

COMPOSITION OF THOMAS WILCOTTES.

Onera Capellani Wylcottes, sive compositio ejusdem;

[10 November, 1471.]

Hæc indentura, facta inter Henricum Sampson, Præpositum Collegii Regis Oxoniæ, vocati *the Oriell*, in comitatu Oxoniæ, et ejusdem collegii scholares, ex una parte, et Thomam Willcotes, armigerum, et Petrum Abbatem et conventum de Bruera in comitatu Oxoniæ, ex altera parte, testatur quod prædictus Thomas concessit præfato Præposito et scholaribus, et eorum successoribus, quod ipse Thomas, pro certa pecuniarum summa eidem Thomæ solvenda, et pro certis oneribus et pietatis operibus subscriptis, per ipsos Præpositum et scholares ac successores suos perpetue supportandis et sustinendis, seoffabit, citra festum Paschæ proximo futurum post datum præsentium, de et in manerio suo de Over Chalforde in comitatu Oxoniæ, et in omnibus terris et tenementis, redditibus et servitiis suis, cum pertinentiis, in Nether Chalforde, in eodem comitatu, Johannem Carpenter, Dei gratia, Wigorniensem Episcopum, Ricardum Chokke militem, Thomam Haukins archidiaconum Wigorniensem, Rogerum Power, Willelmum Bekyngham, armigeros, Thomam Ranke clericum, rectorem ecclesiæ de Stonam Aspall, de comitatu Southfolchiæ, Johannem Parker mercatorem, Robertum Skeyman clericum, rectorem de Northcrayke in comitatu Northfolchiæ, Thomam Sadeler clericum, et Willelmum Pomery de Abyndon, habendis eis, hæredibus et assignatis suis, imperpetuum, ad intentionem quod ipsi Johannes Carpenter Wigorniensis Episcopus, Ricardus Chokke, Thomas Haukyns, Rogerus Power, Willelmus Bekyngham, Thomas Ranke, Johannes Parker, Robertus Skeyman, Thomas Sadeler, Willelmus Pomery, permittent ipsum Thomam habere et percipere exitum et proficuum de eisdem manerio, terris et tenementis, provenientia, durante vita sua, absque aliqua impetitione, perturbatione vel impedimento, prædictorum Johannis Carpenter Wigorniensis Episcopi, Richardi Chokke, Thomæ, Rogeri, Willelmi, Thomæ, Johannis, Roberti, Thomæ, et Willelmi, vel alicujus illorum; et quod ipsi Johannes Carpenter Wigorniensis Episcopus, Ricardus Chokke miles, Thomas Haukins archidiaconus Wigorniensis, Rogerus Power, Willelmus Beckingham, armigeri, Thomas Ranke clericus, rector ecclesiæ de Stonam Aspall, Johannes Parker mercator, Robertus Skeyman clericus, rector de Northcreyke, Thomas Sadeler clericus, et Willelmus Pomery de Abingdon, vel ipsi eorum qui supervixerint post mortem ipsius Thomæ Wilcotes, ad custus et expensas prædictorum Præpositi et scholarium, vel successorum suorum, facient statum de et in manerio, terris et tenementis, redditibus et servitiis, prædictis, cum pertinentiis præfatis, Præposito et scholaribus, vel successoribus suis, quam

cito ad hoc faciendum fuerint requisiti sive petiti habendis et tenendis eis et successoribus suis imperpetuum, ad onera et pietatis opera subscripta supportanda et sustinenda. Et prædicti Præpositus et scholares concedunt præfato Thomæ, ac præfato abbati et conventui, et successoribus suis, quod iidem Præpositus et scholares, ac successores sui, ex tunc imperpetuum, pro manerio, terris ac tenementis, redditibus et servitiis, præfatis, in forma prædicta habendis, invenient unum capellanum de seipsis, vel alium idoneum, singulis diebus celebraturum in ecclesia Beatæ Mariæ Oxoniæ, ad altare in capella Beatæ Mariæ Virginis; nisi aliqua causa rationabili impediatur; et specialiter oraturum pro animabus Johannis Wilcottes, Aliciæ ac Elizabet, nuper uxorum suarum, Elizabet et Margaretæ filiarum ejusdem Johannis, Thomæ Gulielmi et Elizabet Malbon, et pro animabus ipsorum Thomæ et Alianoræ, post decessum eorum ab hac luce, et pro animabus omnium fidelium defunctorum; et quod ipsi Præpositus, sive ejus vicem gerens, et scholares et successores sui, semel quolibet anno imperpetuum, videlicet, die Veneris in crastino Ascensionis Domini, post vesperas, dicent pro animabus prædictorum, in ecclesia Beatæ Mariæ prædicta, "Placebo" et "Dirige" cum nota; et diè saltem in crastino ejusdem diei Veneris, missam de Requie cum nota, specialiter orando pro animabus prædictorum; et invenient duos cereos de cera circa feretrum prædicti Johannis comburentes, tam ad exequias quam ad missam, pro anima dicti Johannis; et singulis annis, die Sabbati proximo post festum Ascensionis Domini, mittent unum scholarem capellanum, seu alium capellanum idoneum, usque Magnam Tyew in comitatu prædicto, qui in ecclesia parochiali ibidem dicet, seu dici faciet, post vesperas, pro animabus prædictorum, "Placebo" et "Dirige," si curatus illius ecclesiæ hoc permittere voluerit; et in crastino ejusdem diei missam de Requie cum nota, si sufficienter coadjutores ibidem interfuerint, sin autem, sine nota; cum una collatione, inter altæ missæ illius diei Dominicæ solennia dicenda, ad monendum et inducendum populum parochiæ illius, de habendo animas prædictorum eorum orationibus specialiter recommendatas.

Et ulterius, iidem Præpositus et scholares, ac successores sui, specialiter orabunt pro bono statu prædictorum Thomæ Wilcottes et Alianoræ uxoris suæ, dum in humanis egerint; et post eorum et alterius eorum decessum, iidem Præpositus et scholares, ac successores sui, annuatim imperpetuum, per capellanum idoneum de seipsis, vel alium, proxima Dominica post festum Sanctæ Trinitatis, servabunt obitum eorundem Thomæ et Alianoræ, et alterius eorum prius decedentis, in ecclesia parochiali de Spelisbury in prædicto comitatu Oxoniæ, videlicet, die Sabbati proximo ante dictam Dominicam diem, post vesperas, "Placebo" et "Dirige," si curatus illius ecclesiæ hoc permittere voluerit; et in crastino, missam de Requie cum nota, si sufficienter coadjutores ibidem interfuerint,

et voluerint ad hoc juvare; sin autem, sine nota; cum una collatione inter altæ missæ illius Dominicæ solennia, ad exhortandum, monendum et inducendum, populum ejusdem parochiæ, de habendo animas ipsorum Thomæ et Alienoræ, et eorum alterius prius decedentis, et animas prædictorum Johannis Wilcotes, Aliciæ et Elizabet, nuper uxorum suarum, Elizabet et Margaretæ filiarum suarum, Thomæ, Gulielmi, et Elizabet Malbon, in orationibus suis specialibus, ut prædictum est, recommendatas.

Et, post amorum ipsorum Thomæ Wilcotes et Alienoræ obitum, dicti Præpositus et scholares, ac successores sui, semel quolibet anno imperpetuum, per capellanum idoneum, servabunt obitum eorundem Thomæ Wilcotes et Alienoræ, in prædicta ecclesia parochiali de Spellisbury, Dominica prius assignata, cum collatione ibidem dicenda in forma prædicta, monendo populum ibidem exorare nominatim pro animabus supradictis, si curatus illius ecclesiæ hoc permittere voluerit.

Et, quotiescunque prædicti Præpositus et scholares, ac successores sui, in dictis exequiis præfati Johannis Wilcottes in præfata ecclesia Beatæ Mariæ Oxoniæ, die Veneris in crastino Ascensionis Domini, interfuerint, quilibet eorundem Præpositi et scholarium, sic ibidem interessentium, habebit et percipiet decem denarios, per manus dicti Thomæ Wilcottes, durante vita sua, et post decessum ejusdem Thomæ per manus thesaurariorum collegii prædicti pro tempore existentium, percipiendos.

Et ulterius, idem Thomas Wilcottes concedit præfato nominato Præposito et scholaribus, ac eorum successoribus, quam citò eidem Thomæ solutum fuerit de summa pecuniarum, inter ipsum et præfatum Præpositum et scholares concordata, idem Thomas ex tunc singulis annis, durante vita sua, solvet aut solvi faciet præfato capellano, in prædicta ecclesia Beatæ Mariæ Oxoniæ pro animabus prædictis celebranti, quinque marcas pro salario suo, in exoneratione prædicti Præpositi et scholarium ac successorum suorum de et pro salario illo.

Et prædictus nunc Præpositus et scholares concedunt præfato Thomæ, ac præfato abbati et conventui, et eorum successoribus, quod, quotiescunque contigerit ipsos Præpositum et scholares, vel successores suos, in observatione et perimplatione præmissorum, ex parte sua observandorum et perimplendorum, in parte vel in toto deficere, seu remittentes et negligentes in observatione eorundem existere, toties iidem Præpositus et scholares, ac successores sui, solvent præfato Abbati et successoribus suis quinque marcas legalis monetæ Angliæ, nomine pænæ; ad quas quidem quinque marcas sic nomine pænæ solvendas, iidem nunc Præpositus et scholares obligant se et successores suos præfato Abbati et conventui et successoribus suis, per præsentis.

Proviso tamen, quod, si dictum manerium de Over Chalkeforde, cum pertinentiis, in comitatu Oxoniæ, ac omnia terræ, tenementa, redditus et servitia, in Nether Chalkeforde, extra possessionem

nostram sive successorum nostrorum, sine fraude et malo ingenio nostrum prædictorum Præpositi et scholarium, aut successorum nostrorum, evincantur, aut juridice et secundum debitum legis processum a nobis recuperentur, quod absit ! tunc prædicti Præpositus et scholares, et eorum successores, ab omni onere prædicto supportando, ac a solutione prædictarum quinque marcarum, nomine pœnæ Abbati et conventui de Bruera solvendarum, sint quieti et imperpetuum exonerati ; isto scripto indentato in aliquo non obstante. In cujus rei testimonium, dictæ partes sua sigilla alternatim apposuerunt. Datum decimo die Novembris, anno Domini 1471, et anno Edwardi Quarti undecimo.

Thomas Wilcottes, sepultus apud Spellisbury, ordinavit ut obitus patris ejus, tumulati apud Magnam Tew, servetur ibidem Dominica infra octavas Ascensionis, cum concione ad populum ibidem ; et obitus ejusdem Thomæ servetur apud Spellesbury Dominica intra octavas Corporis Christi, cum concione ad populum ibidem. Concionator tenetur, tempore concionis, hortari populum ad orandum pro animabus Thomæ Wilcottes et Alianoræ uxoris ejus, et pro anima Johannis Wilcottes patris dicti Thomæ, et Aliciæ ac Elizabet uxorum dicti Johannis, Elizabet et Margaretae filiarum dicti Johannis, et pro anima Thomæ, Gulielmi et Elizabet Malbon.

INJUNCTIONS OF VISITORS.

[*Injunctions of John Longland, Bishop of Lincoln; 20 May, 1531.*]

Johannes Longlonde, permissione divina, Lincolniensis Episcopus, dilectis nostris Præposito et Sociis collegii de Oriell, infra Universitatem Oxoniensem, nostrarum diœcesis et jurisdictionis, salutem, gratiam et benedictionem.

Visitantibus nobis nuperrime, jure nostro ordinario, idem collegium vestrum, nonnulla, reformatione et correctione digna, nobis detecta et delata fuerunt. Has igitur injunctiones subscriptas vobis transmittimus; quas omnes et singulas inviolabiliter per vos respective observari volumus et mandamus, sub pœnis in eisdem respective specificatis, juxta et secundum omnem vim, formam et effectum, earundem.

Imprimis, quia in eadem visitatione nostra ordinaria detectum est, profectum studii liberalis decrescere per absentiam Præpositi ejusdem collegii; injungimus tibi, Præposito dicti collegii moderno, ut diligentius et frequentius invigiles circa curam dicti collegii, et resideas in eodem personaliter, juxta et secundum vim, formam et effectum, statutorum, et secundum laudabiles consuetudines ejusdem collegii, sub pœna contemptus.

Item, injungimus tibi Præposito, et in tua absentia Decano ejusdem collegii, quod effectualiter admoneatis omnes et singulos baccalaureos dicti collegii, ut diligenter observent horas debitas et consuetas in liberaria ejusdem nocturnatim, ac omnes alias laudabiles, antiquas et legitimas, consuetudines ipsius collegii, secundum statuta et consuetudines laudabiles ejusdem; nec tam passim extraneos in cubicula sua inducant; ac etiam, quod antiquam modestiam, reverentiam et humilitatem, erga suos superiores omnino observent, seque obediens et corrigibiles omnimodo ostendant; sub pœna perditionis communiarum suarum, pro qualibet vice, per tres dies.

Item, injungimus Decano dicti collegii, qui pro tempore fuerit, quod, in absentia Præpositi ejusdem, sit magis diligens in corrigendo et reformando defectus et excessus Sociorum, et præcipue baccalaureorum dicti collegii delinquentium, sub pœna contemptus.

Injungimus etiam omnibus et singulis Sociis dicti collegii, ut nullus eorum curæ deserviat animarum quovis pacto, contra exigentiam statutorum et laudabilium consuetudinum dicti collegii, sub pœna privationis communiarum suarum per unum

mensem integrum, pro qualibet septimana qua sic cura deserviet.

Injungimus, præterea, vobis, omnibus et singulis Sociis collegii prælibati, ut obedientes sitis Præposito et Decano ejusdem collegii, ac quilibet vestrum sic obediens sit suo seniori, suisve senioribus, juxta statuta et consuetudines collegii sæpediti laudabiles, sub pœna expulsionis a societate dicti collegii, si tertia vice culpabilis inveniatur.

Et, quia invenimus in dicta nostra visitatione ordinaria, disputationes dicti collegii et dubia earundem multotiens remansisse insoluta, defectu Magistrorum seniorum, qui deberent interesse et eadem solvere, vobis igitur, Præposito et Decano, omnibusque et singulis Sociis senioribus dicti collegii, injungimus, ut singulis disputationibus futuris in eodem collegio intersitis, aliosve interesse faciatis qui dicta dubia solvere possint et velint, juxta statuta et laudabiles consuetudines dicti collegii, sub pœnis in hujusmodi statutis specificatis; quas pœnas vos, Præpositum et Decanum, sine aliquo favore, exequi volumus et mandamus, sub pœna contemptus.

Item, injungimus et præcipimus, ut unus thesaurarius dicti collegii imposterum nullos proventus aut pecunias ejusdem collegii recipiat aut exponat, altero inconsulto; et quod iidem thesaurarii perpetuis futuris temporibus omnes et singulas pecunias illius collegii receptas in cista thesaurariorum, juxta antiquam consuetudinem sæpediti collegii, reponant, et easdem sic repositas insimul, prout necessitas exegerit, et non alias nec alio modo, extrahant; sub pœna privationis dicti officii infra collegium prædictum imperpetuum. Injungimus itaque vobis, Præposito et thesaurariis præcitatatis, ut, in singulis supputationibus futuris, tres pedes compoti ad invicem concordantes fideliter conscribi faciatis; quorum unus penes Præpositum sive Decanum, et alii duo penes thesaurarios dicti collegii continue remaneant, juxta antiquam consuetudinem dicti collegii, sub pœna contemptus.

Præterea, injungimus vobis, Præposito et Decano, sub pœna contemptus, quod nullus Socius, etiam Magister, dicti collegii, proficiscatur in patriam aut ad parentes quovis pacto imposterum, absque speciali licentia vestra, seu alterius vestrum, primitus petita, et ex rationabili causa concessa et obtenta; et quod unicuique Socio sive Magistro, collegium sic exeunti, tam in termino quam temporibus vacationum, præfigatur terminus competens, arbitrio vestro seu alterius vestrum, redeundi ad collegium prædictum. Ita tamen, quod idem terminus non excedat sexaginta dies in anno, simul vel interpellatum, nisi ex magna et urgenti causa, per vos et duos seniores primitus approbanda; sub pœna privationis communiarum post regressum suum, tanto tempore quanto se longiore tempore abesse ab Universitate contingat.

Injungimus, iusuper, vobis Præposito, Decano et Sociis omnibus, dicti collegii, ut possessionem cujusdam silvæ vestræ, vocatæ Oriell Wode, juxta Oxoniam, quam jamdudum vestris incuria et negligentia (ut ex detectis in visitatione nostra hujusmodi manifestissime constat) negligenter et inconsulte amisistis, omnibus, quibus poteritis, juris remediis vendicetis, seu sic vendicari faciatis cum effectu.

Injungimus, præterea, omnibus et singulis Sociis dicti collegii, tam Magistris quam baccalaureis, ut amodo non sint negligentes in disputationibus suis ordinariis, et aliis, quemadmodum retro actis temporibus fuerunt, sed ut unusquisque easdem disputationes solícite, vigilanter et diligenter, observet, et cursorie exerceat atque defendat, juxta et secundum statuta ac antiquum ritum ejusdem collegii, nec absentet se ab eisdem ullo pacto; sub pœna per discretionem Præpositi, sive, in ejus absentia, Decani, infligenda. Mandantes, ut neque Præpositus neque Decanus negligenter se ostendat in hujusmodi pœnis imponendis; sub pœna communiarum perdendarum, pro qualibet vice, per unum diem completum.

Injungimus, quoque, omnibus et singulis baccalaureis dicti collegii, ut, recentioribus literis linguaque Latina et operibus poeticis postpositis, antiquioribus literis, studiis, et terminis Doctorum antiquorum, quibus ordinarias suas disputationes utilius exercere, tueri et defendere, possint, principaliter intendant.

Injungimus, ulterius, vobis Præposito, Decano et Sociis, omnibus ac singulis, dicti collegii, ut deinceps togæ vestræ sint consutæ secundum modum et formam aliorum honorabilium collegiorum dictæ Universitatis; sub pœna perditionis communiarum vestrarum, quamdiu negligentes fueritis in ea parte, et donec reformetur.

Injungimus, etiam, vobis, Præposito et Decano, ac Sociis omnibus, ut, infra unum mensem post receptionem præsentium, compleatur numerus Sociorum dicti collegii, et sic completus, de tempore in tempus, continuo observetur et sic plenus, quoties Societas vacare contigerit, infra unum mensem quo locus sic vacaverit, nisi aliqua evidens, justa, necessaria et rationabilis, causa aversetur; sub pœna contemptus. Et quod hæ nostræ injunctioes, ad perpetuam rei memoriam, in fine libri statutorum vestrorum scribantur, ac semel quolibet anno publice legantur coram Sociis dicti collegii, sub eadem pœna. In quorum omnium et singulorum fidem atque testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum sub sigillo nostro hujusmodi, xx^a die mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xxxi^o, et nostræ consecrationis anno undecimo,

JOHANNES LINCOLN.

[*Injunctions of John Longland, Bishop of Lincoln; 2 October, 1545.*]

Illustrissimi in Christo principis et domini nostri, domini Henrici Octavi, Dei gratia, Angliæ, Franciæ et Hiberniæ, Regis, fidei defensoris, et in terra ecclesiæ Anglicanæ et Hibernicæ supremi capitis, auctoritate suprema ecclesiastica, ad exercendum jurisdictionem ecclesiasticam infra diœcesin et jurisdictionem nostras, legitime munitus, Johannes, permissione divina, Lincolnienſis Episcopus, dilectis nostris Præposito, Decano, Sociis et scholasticis, collegii Oriell in Oxonia, nostræ jurisdictionis, salutem in Domino.

Cum nos nuperrime collegium vestrum hujusmodi, per vicarium nostrum in spiritualibus generalem actualiter visitantes, nonnulla reformatione digna comperimus et invenimus in eodem, vobis et cuilibet vestrum has injunctiones nostras subscriptas transmittimus; quas a vobis et quolibet vestrum inviolabiliter observari volumus, quatenus vos et quemlibet vestrum respective concernunt, sub pœnis in eisdem inferius descriptis et limitatis. Mandantes ut hæc nostræ injunctiones in tali loco custodiantur, ut quilibet Socius liberum ingressum habeat ad easdem legendas, cum voluerit.

Imprimis, injungimus omnibus et singulis Sociis ejusdem collegii ad studium theologiæ admissis et imposterum admitteſtis, ut, post suam hujusmodi admissionem, disceptationibus philosophicis in eodem collegio exercendis intersint, quousque tres completos annos post eandem admissionem compleverint; nisi aliquo legitimo impedimento, arbitrio Præpositi, aut, in ejus absentia, Decani, et duorum Sociorum ejusdem collegii, comprobando, legitime præpediti fuerint; sub pœna perditionis communiarum suarum in eodem collegio per duos dies, pro quolibet vice qua negligentis fuerint in hac parte: et quod quilibet Magister singulis disputationibus philosophicis in collegio præparet et formet unam honestam rationem ac argumentationem; sub eadem pœna.

Item, injungimus Magistris Edmundo Crispyn, Anthonio Alboyne et Johanni Gore, Sociis ejusdem collegii, ut studeant philosophiæ diligenter, secundum exigentiam statutorum, quousque, juxta ejusdem collegii ritum, admissi fuerint ad studium theologiæ in eodem; et quod ex tunc omnibus nervis et viribus suis operam dent principaliter studio theologiæ, juxta statuta et ritum ejusdem collegii. Et, quia præfatus Magister Edmundus Crispyn, ut nos informamur, publicam lectionem infra Universitatem legit in arte medica, idcirco dispensamus cum eodem pro tempore, ut possit operam dare arti medicæ. Sic tamen, quod observet debitas disputationes philosophicas et theologicas infra collegium prædictum, juxta statuta et consuetudines ejusdem collegii. Et, ulterius, injungimus eidem magistro Edmundo Crispyn, ut amodo diligenter intersit divinis officiis in ecclesia

Beatae Mariae Oxoniae, ad obeundum officium suum in eisdem, ac a blasphemis et execrandis juramentis se abstineat; sub poena excommunicationis et amotionis ab ipso collegio. Et quod, de caetero, quamdiu Socius ejusdem collegii fuerit, barbam non nutriet, nec camisiis plicatis, aut caligis ad morem laicorum scissis aut plicatis, infra collegium aut extra utatur, sed honesto et decenti apparatu clericali incedat; sub poena expulsionis a collegio praedicto. Quodque imposterum non contemnat neque derideat Praepositum, Decanum, aut ullum Sociorum dicti collegii, sed obediens sit Praeposito et Decano dicti collegii in licitis et honestis, juxta ordinationem statutorum ejusdem collegii; sub eadem poena.

Injungimus, etiam, omnibus et singulis sacerdotibus, Sociis dicti collegii, quod imposterum non dicant matutinas suas temporibus quibus matutinae in ecclesia Beatae Mariae cantantur, sed eisdem matutinis publicis intersint, et cum aliis pro sua virili cantent in eisdem; sub poena perditionis communiarum unius septimanae, pro qualibet vice. Et quod scholares tales eligantur in aulam Beatae Mariae, si commode fieri potest, qui sciunt cantare, et etiam apti sunt ad studendum in scientia logices.

Injungimus insuper Praeposito, Decano et Sociis, dicti collegii, quod faciant ostium, in muro inter dictum collegium et aulam Beatae Mariae modo ibidem existens, muro claudi, sic quod deinceps nullo modo sit ostium ibidem. Et ut provideant aliquem solertem et diligentem virum cooptari et eligi in Principalem aulam Beatae Mariae, quum Principalis ibidem modernus locum suum in eodem deseruerit; qui providebit lectores aptos, doctos, et sufficientes ad legendum scholasticis ejusdem aulae, ac ad disputationes observandas. Et quod de caetero fiant disputationes in eadem aula, juxta antiquum morem et consuetudinem ejusdem.

Praeterea, injungimus Praeposito, Decano et Sociis, dicti collegii, sub poena contemptus, ut, infra unum mensem post festum Nativitatis Domini proximum futurum immediate sequens, eligant Socios idoneos in loca Societatum jam vacantium in eodem collegio.

Insuper, injungimus Praeposito et Decano dicti collegii, ut provideant quod portae dicti collegii claudantur et obfirmentur serura et clavi nocturnatim, a festo Omnium Sanctorum usque ad festum Purificationis Beatae Mariae, hora octava, et, a festo Purificationis Beatae Mariae usque ad idem festum Omnium Sanctorum, hora nona; et postea non aperiantur, nisi ex rationabili causa, per Praepositum vel Decanum approbanda, usque ad horam quintam vel sextam in aurora diei sequentis; et claves portae, qualibet nocte, sint in custodia Praepositi aut ejus vicem gerentis.

Finaliter vero, injungimus eisdem Praeposito, Decano et Sociis, dicti collegii, quod deinceps in gravioribus negotiis ipsius collegii procedatur maturius et consultius quam hactenus fieri solet, et non praecipitanter; ita quod nihil penitus in unico consessu

concludatur aut confirmetur per Præpositum, Decanum et Socios, collegii prædicti, nisi urgens necessitas aut evidens utilitas ejusdem collegii id exposcat. Potestatem augendi, diminuendi, interpretandi, et, si opus fuerit, commutandi aut tollendi has nostras injunctiones, nobis et successoribus nostris reservantes, pro locis et temporibus congruis et opportunis. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et testimonium, sigillum nostrum præsentibus apponi mandavimus. Datum in manerio nostro de Wooborn, secundo die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, et nostræ consecrationis anno vicesimo quinto.

Quia statuta vestra Edwardi Secundi jubent, ut unusquisque sic studeat ut tandem in sacris literis doctus evadat, nos stricte injungimus ut unusquisque vestrum, post quatuor annos a Magistratu, maxime omnium sacræ theologiæ studeat; sin minus, ter monitus per Præpositum aut ejus vicem gerentem, a Societate removeatur, et in ejus locum alius, ad incrementum studii sacræ theologiæ, per Præpositum et Societatem eligatur.

STATUTES OF QUEEN'S COLLEGE,
OXFORD.

The State of
Indiana
sent to the
the State
and the
Indiana
Richard
transferred
Office

P R E F A C E.

THE Statutes of Queen's College were finally corrected by the founder, ROBERT DE EGLESFIELD, in the year 1340. The present text is derived from a manuscript, of about that date, in the Cottonian Collection in the British Museum, marked Claudius, A IV.; and it has been collated with a copy recited in Letters Patent, confirming the Statutes, granted by King Richard the Second in the first year of his reign. An official transcript of the Letters Patent was obtained from the Record Office in the Tower, for this purpose.

PATENT ROLL, 14 EDW. III. p. 3, m. 9.

De aula de novo fundanda in Oxonia per Robertum de Egleffeld. } REX omnibus ad quos, &c., salutem. Sciatis quod, ad honorem Dei et augmentationem cultus divini, necnon ad requisitionem dilecti clerici nostri Roberti de Egleffeld, de gratia nostra speciali, concessimus et licentiam dedimus pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Roberto quod ipse, in quodam messuagio suo cum pertinentiis in Oxonia, in parochia Sancti Petri in oriente situato, quandam aulam collegialem de scholaribus, capellanis et aliis, perpetuis temporibus duraturam, sub nomine Aulae Reginae de Oxonia, quæ per unum Præpositum de dictis scholaribus, juxta ordinationem præfati Roberti inde faciendam, gubernabitur, construere et de novo fundare, ac messuagium illud cum pertinentiis præfatis Præposito et scholaribus dare possit et assignare: habendum et tenendum sibi et successoribus suis Præpositis et scholaribus Aulae illius, pro eorum inhabitatione ibidem, imperpetuum. Et eisdem Præposito et scholaribus quod ipsi messuagium prædictum cum pertinentiis a præfato Roberto recipere possint et tenere sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem: et memoratam Aulam, cum Præposito et cæteris Sociis per electionem in futurum habitantibus et morantibus in eadem, quos ad verum collegium erigimus et existere exnunc proponimus, et ut collegium licitum et approbatum agnoscimus, auctoritate nostra plena qua possumus acceptamus, ratificamus et confirmamus. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut quocumque alio statuto vel ordinatione incontrarium factis, non obstantibus. Nolentes quod prædictus Robertus vel hæredes sui, seu præfati Præpositus et scholares aut dieti successores sui, ratione præmissorum, per nos vel hæredes nostros, justitianos, escautores, vicecomites, aut alios ballivos nostros, ministros nostros quoscumque, occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. Salvis tamen nobis et aliis capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis. In cujus, etc. Teste Rege, apud Turrim Londonia, xvij die Januarij.

Per breve de privato sigillo.

STATUTES OF QUEEN'S COLLEGE, OXFORD.

HONESTIS legibus humana vita regitur et respublica gubernatur, inter quas leges divinæ obtinent principatum, quæ non ut cæteræ fantasticis aut fortuitis animorum motibus sunt inventæ, sed a principio Prophetis et Patribus divinitus inspiratæ, per Christum plenitudine temporis gratiæ veniente sunt lucidius reseratæ. In quibus cum sit animæ spiritalis refectio, non incongrue paradiso militantis ecclesiæ typo ligni vitæ inscribitur cœleste spiraculum facultatis theologicæ, fidem firmam continens in radice, spem certam in stipite, et caritatem dilatatam in germine; propter quas arbor hæc deifica, velut peculiariter præelecta, non omnibus Christicolis sed viris ecclesiasticis et pro-
 vectis scholasticis committitur excolenda, ut ab his culta sollicite ad tutamen reipublicæ, non solum leges afferat pacis et concordiæ, ad decorem rationalis creaturæ dona conferat virtutis et gratiæ, verum etiam ad felicem consummationem tam corporis quam animæ inferat promissa salutis æternæ. Sicque per hanc sancta dulcescit devotio, Christiana exerescit religio, et honesta fidelium lucescit communio. Hæc est prima regula veritatis, qua firma sunt consilia; prima forma æquitatis, qua justa sunt judicia; prima norma sanctitatis, qua munitur ecclesia. Hæc est philosophia prima et præcipua, quam a sæculis comitabatur militia per quam Regum throni sunt confirmati justitia ac regnorum bona sunt in Domino stabilita. Lex enim Dei in corde Regis, et non supplantabuntur gressus ejus; hæc est enim labilium fulcitiva, et totius humani decursus, tanquam lex perfectæ libertatis, infallibiliter directiva. Ut igitur ad Dei honorem, ecclesiæ profectum, animarumque salutem, hæc arbor tam fructifera sollicitius excolatur, ego Robertus de Eglesfeld, excellentissimæ dominæ meæ dominæ Philippæ Reginae, consortis illustrissimi Regis Angliæ et Franciæ domini mei Edwardi Tertii post Conquestum, clericus licet minus dignus, versans in animo quod per viros in theologia pro-
 vectos fides catholica roboratur, universalis ecclesia decoratur Christianus populus quietatur, et verbo instructionis evangelicæ salubriter informatur, ut etiam hæredem mihi Christum constituerem, de domini mei antedicti Regis nobilissimi et principis Christianissimi licentia speciali, per suam chartam mihi gratis concessa

Study of
the law of
God, its
use and
dignity.

Foundation
of the Hall
by Robert
de Egles-
field.

For whom
founded.

The patron-
age of the
Hall given
to Queen
Philippa
and the
Queens
consort
after her.

Gift of the
living of
Burgh
under
Staynes-
more.
The name
of Queen's
College.

The sta-
tutes to be
kept by all
members
of the Hall.

Oath to be
taken on
admission.

Statutes to
be read.

Motives
of the
Founder.

et gratius confirmata, de meo patrimonio fundavi in Universitate Oxoniæ in messuagio meo infra muros villæ prædictæ in Sancti Petri in oriente parochia situato, aulam quandam collegiarem Magistrorum, capellanorum, theologorum et aliorum scholarium ad ordinem sacerdotii promovendorum, juxta formam statutorum sequentium perpetuis temporibus duraturam. Cum igitur, ad hanc foundationem inchoandam, in gazophylacium Domini cum vidua paupereula vix minutum immiserim, ulteriusque complendi finaliter, etsi voluntas non desit, facultas tamen non sufficit, advocacionem aulæ prædictæ per me tenuiter inchoatæ, spe specialis tuitionis, amplioris promotionis et finalis consummationis, concessi in perpetuum dominæ meæ prædictæ, donavique ejusdem eximiæ dignitati ac Reginarum Angliæ gradatim sibi invicem succedentium in futurum, dummodo Regibus Angliæ regnantibus fuerint copulatæ, ac consequenter pro tempore viduitatis cujuslibet earundem, quousque Regina Regi regnanti fuerit matrimonialiter copulata. Hanc siquidem donationem et concessionem in præsentia domini mei Regis antedicti et ejusdem consilii recognovi, prout in charta ejusdem plenius continetur: quam, ad Dei laudem merendi materiam et animæ suæ salutem, elementer suscipiens tam præcelsæ nobilitatis dignatio, ut non solum patronam sed potius fundatricem dictæ aulæ se ostenderet, de gratiosa concessione domini sui Regis Angliæ ad hoc Spiritus Sancti spiramine ut creditur inclinati, in arram salutis æternæ, ecclesiam de Burgo subtus Staynesmore dictæ aulæ donari et appropriari misericorditer procuravit. Ex quo dictam aulam quasi divino nutu miro præsagio Aulam Reginæ de Oxonia nominavi a principio et æternaliter institui nominandam; ut, ob reverentiam dominationis tam inclitæ et sanctitatem propositi tam commendabilis et devoti, inter cæteras Reginas eam præcedentes ipsa tanquam prima et unica fundatrix aulæ collegiaris scholarium sortiretur peculiariter memoriale perpetuum; ac sicut hujusmodi aulæ Regum titulis decorantur, ita et hæc Reginarum ascriptione de cætero honoretur. Cujus fundatio ut rata sit et grata, vice et auctoritate dominæ meæ antedictæ et mea, duxi sequentia statuenda et a quolibet Socio aulæ prædictæ, ac eligendo de cætero ad eandem, paupere etiam clerico suo tempore seu presbytero pro suo tempore, vinculo juramenti præstandi in sua admissione, quantum eos contingunt inviolabiliter observanda. Quod juramentum Præpositus in præsentia eligentium ab electo quocunque exigere teneatur; nec electus aliquis in dictæ aulæ Socium admittatur antequam hujusmodi præstiterit sacramentum. Semper autem, die electionis post ipsam electionem, coram ipsis electis, vel post in eorundem admissione, hæc mea statuta faciant inter se Socii recitari. In primis igitur cum, ad meæ insufficientiæ supplementum et tam pii operis complementum, advocacionem aulæ præmissæ dederim et concesserim dominæ meæ Philippæ

Reginæ antedictæ imperpetuum, ac Reginis Angliæ sibi gradatim succedentibus in forma præmissa, in nomine Sanctæ Trinitatis individua, ad honorem Domini nostri Jesu Christi, Matris suæ beatissimæ ac totius cælestis curiæ, necnon ad profectum universalis et specialiter ecclesiæ Anglicanæ, et ad felicem decursum domini mei Regis et Reginæ prædictorum liberorumque suorum, necnon ad salutem animarum eorundem, progenitorum successorumque suorum, necnon pro salute animarum patris mei Johannis de Eglesfeld et matris meæ Beatricis uxoris ejusdem liberorumque suorum, Thomæ de Eglesfeld, avi mei, et Hawisæ consortis ejusdem, domini Adæ de Eglesfeld filii eorundem, clerici, ac cæterorum suorum liberorum, et aliorum antecessorum parentum meorum, ac domini Willielmi de Muskham rectoris ecclesiæ de Denham, benefactorum et omnium amicorum meorum animæque meæ meritum et salutem, ac vivorum omnium et fidelium defunctorum salutare suffragium, præmissam concessionem et donationem advocacionis aulæ supradictæ per me fundatæ, sponte et ex plena deliberatione ratam habeo, eamque ordino, facio et constituo, sub confirmationibus et ratificationibus in his expressis et contentis seu alias habitis vel habendis, concessis seu concedendis. [Item volo et statuo quod omnes Magistri et Capellani, etsi conducticii fuerint, et Scholares, virtute juramenti præstiti, teneantur specialiter orare pro anima magistri Johannis de Norwod in omnibus orationibus eorum, tam missis quam aliis, et etiam pro domino Johanne de Grandissono Episcopo Exoniæ, et domina Agnete matre, et magistro Otone de Norwod fratre magistri Johannis.*] Eandemque aulam Aulam Reginæ in Oxonia æternaliter institui nominandam. Sub quo titulo, ut, sub mysterio decursus Christi et Apostolorum in terris, Sociorum dictæ aulæ initialis numerus inchoetur, tredecim personas Magistrorum moribus et scientia approbatas præfeci a principio in eadem; scilicet, magistrum Ricardum de Retteford, sacræ paginæ Professorem, ac magistros Willielmum de Cundale, Willielmum de Hawkesworth, Willielmum de Polmorna, Willielmum de Colyngham, Thomam de Trumshagh, Johannem de Dumbelton, Willielmum de Reynham, Robertum de Hardley, Willielmum de Heghtelbur, Reginaldum de Stretton, Willielmum de Wantyngg, et Hugonem de Molyngton, Karliolensis, Eboracensis, Lyncolniensis, Norwyccensis, Wygorniensis, Cantuariensis, Wyntoniensis, Salesburiensis, Herefordensis ac Exoniensis, diœcesium. Quibus in eadem, ut Collegium faciant, de domini mei Regis antedicti licentia speciali, per me a principio institutis, cum sibi per electionem in futurum aspirante Domino adjungendis, sigillum commune ad actorum suorum memoriam perpetuam et munimen in

Original
number of
the Provost
and
Fellows.

Their
names.

From what
dioceses.

Common
Seal.

* The passage between brackets is omitted in the text, but supplied in the margin: it is altogether omitted in the copy recited in the patent.

The Pro-
vost, his
qualifica-
tions, and
duties, and
powers.

signum præfectionis Collegii ordinavi. Quorum magistrorum prædictum magistrum Ricardum de Retteford sacræ theologiæ Doctorem præfeci Præpositum; volens et statuens ut in prædicta aula sit perpetuus præsidens vir moribus maturatus, spiritualibus præditus, in temporalibus providus, et in utrisque circumspectus, ejusdem aulæ Præpositus perpetuo nominatus; qui a scholaribus ejusdem in forma infra scripta de cætero eligatur, admittatque legitime eligendos ad eandem, regimini etiam et curæ ejusdem ac administrationi omnium bonorum ad ipsam pertinentium cum congrua et debita diligentia intendat; fideliter, eaque diligenter custodiat et in utilitatem dictæ aulæ et Sociorum ejusdem convertat, universa prudenter ordinet faciendam et dispenset utiliter expendenda.

Præsit etiam ejusdem aulæ scholaribus, officariis, capellanis, clericis ac quibuscunque ministris aliis quocunque nomine censeantur; eosque juxta statuta infra scripta regat et deducat regulis rationis et legibus honestatis, errantes revocando, errata corrigendo, rebellesque pœna debita si oporteat coercendo; cui in omnibus licitis, canonicis et honestis, ejusdem aulæ ministeria, negotia, officia, statum, regimen seu utilitatem, tangentibus, prædicti omnes Socii, capellani, ministri, et alii singuli teneantur regulariter obedire; necnon, cum eos pro necessitatibus seu negotiis dictæ aulæ et prosecutione eorundem mittendos ubicunque ordinaverit, eidem vel ejus locum tenenti pareant et intendant. Dicitusque Præpositus exactionem debitorum aulæ prædictæ per se vel per alium, tam in judicio quam extra, auctoritate præsentis statuti, litesque ratione violationis jurium vel injustæ usurpationis quorumcunque bonorum ejusdem, ac negotia qualitercunque ipsam contingentia, exequi diligenter, motasque lites ratione prædictorum defendere, possessionesque libertates ac privilegia manutenere, pro loco et tempore cum oportuerit, necnon vigilare, laborare, studere, explorare, corditer et cum effectu instando, per sanum consilium tam Sociorum quam aliorum, quantum in ipso est, penes Reginam vel Reginas Angliæ quæ pro tempore fuerit vel fuerint, ac alios ubi melius viderit expedire, circa profectum et augmentationem uberioris promotionis ejusdem aulæ, pro toto tempore suo, juramenti vinculo astringatur. Quo cedente vel decedente, vel vacante Præpositura qualitercunque, hanc suæ electionis formam decerno de cætero observandam; ut, sive in vacatione sive in pleno termino ipsa Præpositura vacaverit, semper infra decem dies pleni termini ipsam vacationem Præposituræ proximo sequentes, cujuscunque patroni seu alterius licentia minime requisita seu obtenta, ipsius Præpositi perfiatur electio; ita quod, si majori parti scholarium aulæ prædictæ præsentium in pleno termino videatur expediens, per septem dies decem dierum prædictorum deliberetur de eligendo Præposito, absentes si oporteat expectando; octavo vero die ad electionem ad ultimum procedatur per scrutinium, nullius

Election
of the
Provost.

expectata præsentia, congregatis singulis Sociis, præmissaque ipso die missa de Sancto Spiritu per eosdem celebranda. In qua electione, sine mora quacunque post ipsam missam quantum fuerit eis possibile celebranda, omnes et singuli Socii præsentes, tactis sacrosanctis, coram comitiva sacramentum corporale præsent in principio quod neminem ad aliquem nominandum vel in Præpositum eligendum induxerunt contra motum suum proprium vel inducent, et quod de Sociis magis idoneum et sufficientem, secundum præactas condiciones Præpositi, ad utilius et discretius gerendum Præposituræ officium, ad id nominabunt et eligent; nec odio, timore vel amore, procuracione seu interventione quacunque, spe remuneracionis habitæ vel habendæ, alium quam talem eligent seu eligi procurabunt. Hujus siquidem juramenti exactor a cæteris sit ille qui secundum statutum infra scriptum Præpositi prius gessit officium tempore vacationis Præposituræ. Juramenti vero illius exactor erit senior pro tunc præsens alius ab eodem: qui duo sint scrutatores in ipsa electione Præpositi, et vota in secretis audiant cæterorum. Senior vero in aula præsens, alius ab eisdem, cujuslibet illorum duorum votum audiat cum reliquo eorundem. Scrutatores vero jurent specialiter coram comitiva ante scrutinium, seniore post eos ipsos onerante, quod votum cujuslibet fideliter examinabunt, et cujuslibet eligentium, ipso vidente, manu sua, quantum in iis est, votum scribent, statimque post, ante suum recessum ab iis, illud in sua legent præsentia: et in quem major pars eligentium de facto consenserit, supplens vicem Præpositi auctoritate totius Collegii, statim post, ipso eodem die, habita per ipsum collatione votorum scrutinii, numeri ad numerum, vice sua et Socii sui ipsum eliget et pronuntiabit electum in Præpositum; nisi forte supplens vicem Præpositi eligatur, tunc enim ipsa pronuntiatio electionis seniori Socio post ipsum electum præsenti in scrutinio devolvetur. Quod si in octavo die, facta publicatione scrutinii votorum eligentium, non sit aliquis qui majorem partem habeat dicti Collegii, tunc, absque omni tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione, seu quocunque impedimento juris vel facti futuræ electioni præstando, in crastinum fiat expectatio pro electione Præpositi ut prius facienda; quo die crastino si major pars eligentium, facto scrutinio ut prius, in certam personam pro futuro Præposito eligendo consenserit, pronuntietur ut præmissum est electus in Præpositum. Si vero, in hujusmodi scrutinio ipso die octavo facto, eligentes diversi in diversos adeo direxerint vota sua quod non sit aliquis in scrutinio hujusmodi nominatus qui majorem partem habeat eligentium, ex tunc, ne jus eligendi aliquem in Præpositum Collegio prædicto ad extrinsecum vel extrinsecos devolvatur, sed quod per ipsos de Collegio provideatur de Præposito eidem, volo et ordino quod ex tunc dicto decimo die electio hujusmodi finaliter com-

pleatur, in forma videlicet quæ subsequitur. In primis, videlicet, quod ipso decimo die fiat scrutinium sub forma et modo prout super est præmissum, et si, facto scrutinio et eo publicato, aliquis de nominatis per eligentes in scrutinio habeat majorem partem eligentium, eligatur ipse in Præpositum, et pro Præposito habeatur, ut supra est expressum; et si forsan nullus sit de nominatis in scrutinio hujusmodi qui majorem partem habeat eligentium, sed quod duo vel tres nominati habuerint voces eligentium æquales, tunc eligatur ille in Præpositum et pro Præposito habeatur qui plures voces habuerit seniorum in Collegio prædicto. Et si non appareat nec apparere possit quis illorum sic nominatorum habuerit plures voces dictorum seniorum, tunc eligatur ille de hujusmodi sic nominatis qui senior est in Collegio supradicto. Si vero sic nominati in scrutinio voces habuerint inæquales, tunc præferatur ille in electione hujusmodi qui plures voces habuerit ipsum nominantium in scrutinio: et in casu inæqualitatis hujusmodi, si sint plures in scrutinio hujusmodi nominati qui plures habeant voces respectu aliorum in dicto scrutinio nominatorum et æquales, eligatur ille in Præpositum qui plures voces habuerit seniorum; et si hoc non apparuerit, sit ille qui senior fuerit de nominatis, prout supra de nominatione et electione hujusmodi mentio fit expressa. Quodque pronuntiatio electionis hujusmodi fiat per seniores dicti Collegii, prout superius est præmissum. Volo etiam et ordino quod, electione hujusmodi celebrata, ipsa electio venerabili in Christo patri et domino Eboracensi Archiepiscopo, Angliæ primati, qui pro tempore fuerit, in cujus provincia ecclesia parochialis de Burgo subtus Staynesmore et manerium de Ravenwyk, quæ de fundatione sunt Collegii prædicti, notorie consistunt, præsentetur, et per ipsum venerabilem patrem summarie et de plano absque processu judicario quocunque confirmetur; et in casu vacationis ecclesiæ cathedralis Eboracensis prædictæ præsidenti capitulo Eboracensi præsentetur, et per ipsum præsentem pro tempore vacationis ejusdem confirmetur electio hujusmodi præsentati: habitaque confirmatione prædicta juret dictus electus et confirmatus in Præpositum, statim post confirmationem suam, quam citius domi accesserit, coram scholaribus et Sociis dicti Collegii, seniore in ipso Collegio ipsum ad hoc onerante, quod pro suo tempore ea, quæ ad suum pertinent officium, utiliter geret et, juxta statutorum meorum ac justitiæ exigentiam, fideliter exequetur. Et quia, vacante Præpositura, de cursu prolixi temporis pro expectatione absentis posset aulæ prædictæ periculum imminere in rebus et personis, teneatur semper senior in dicto Collegio præsens, in principio notæ vacationis dictæ Præposituræ, officium supplere Præpositi in omnibus ipsam aulam et quæcumque ejusdem personam contingentibus, usque ad Præpositi novi electionem et ejus confirmationem; jurabitque senior ille prædictus quod, pro tem-

Confirmation of the Provost by the Archbishop of York.

Oath to be taken by the Provost

Senior Fellow to be Vice-Provost during the vacancy of the Provostship.

pore vacationis dicti Collegii, pro tempore suo, ea, quæ ad suum pertinent officium, utiliter geret et juxta statutorum meorum ac justitiæ exigentiam pro posse suo fideliter exequetur. Habeat autem Præpositus sic electus annuatim, ultra portionem cuicunque scholari per me ordinatam, quinque marcas. Et quia verisimiliter auctis ejus labore et cura est juste ejusdem portio augmentanda, volo ut si exerescit numerus scholarium ex augmentatione reddituum dictæ aulæ ultra numerum decenarium, habeat idem Præpositus centum solidos annuatim ultra portionem aliorum scholarium. Cum vero numerus scholarium exereverit ultra numerum vicenarium, habeat idem Præpositus decem marcas ultra portionem taxatam scholaribus. Cum autem numerus scholarium ad triginta se extenderit, habeat idem Præpositus ultra præmissam portionem decem libras annuatim. Cum autem numerus scholarium attigerit ad numerum quadragenarium aut majorem, habeat in toto annuatim quadraginta libras ulterius, nullo colore amplius percepturus. Quam summam, qualitercunque redditus dictæ aulæ vel numerus Scholarium augmententur, idem Præpositus duntaxat recipiat pro suis expensis ordinariis infra aulam et omnibus aliis necessariis. Quod si contingat eum pro negotiis communibus agere in remotis, præter summam prædictam rationabiles expensas habeat de communa. Si etiam eum contingat onerari infra aulam per extrinsecos supervenientes occasione negotiorum aulæ prædictæ, pro eorundem expensis solvatur de bonis communibus præter summam Præposito prætaxatam. Teneaturque dictus Præpositus, post habitam officii sui executionem, ac etiam quilibet locum ejus tenens, in mensa, capella seu ecclesia, si quam suo manso habuerint annexam et appropriatam, disputationibus vel quibuscunque aliis convocationibus scholarium in villa vel extra villam absens locum tenentem substituere; ne occasione hujusmodi absentia præsentis suscipiant materiam levitatis vel insolentia. Admittatque quilibet substitutus, in suo juramento, ipsam substitutionem factam per locum tenentem vel Præpositum. Sub Præpositi vero custodia, thesaurarii et camerarii, sigillum commune, jocalia et thesaurus si fuerit, bullæ, cartæ, scripta, statuta, privilegia et omnia aulæ munimenta remaneant in cista sub tribus seruris et tribus clavibus, singulis trium ipsorum inter se divisis. Præposito itaque et scholaribus in aula prædicta, ut præmittitur, a principio institutis, et eorum successoribus, in perpetuum, do et concedo plenam potestatem et committo liberam facultatem, secundum formam statutorum meorum, tam Præpositum quam Socios de cætero eligendi; voloque et statuo neminem nisi per eosdem sic electum ad eandem in Præpositum vel Socium admittendum. Adjicioque quod sicut Universitas Oxoniæ, juxta sui nominis designationem, universos suseipit undecunque ad

Income of
the Provost.

Expenses
in absence
on business.

Expenses
in receiving
strangers.

The Pro-
vost to
appoint a
substitute
in his
absence.

The cus-
tody of the
common
seal
and muni-
ments.

Election of
Fellows.

ipsam causa studii confluentes, sic et aula prædicta nulli genti vel benemeritæ nationi sinum claudat subsidii; ut quam universalis sit scholarium ipsius Universitatis recollectio, ipsorum assumendorum ad aulam præmissam sit tam generalis electio; quæ non differatur ultra mensem in pleno termino post vacationem loci scholaris dictæ aulæ cedentis, decedentis vel aliter quomodolibet finaliter discedentis, dum tamen facultates dictæ aulæ suffecerint ad sustentationem Socii eligendi. Cujus electionis hanc formam futuris temporibus decerno immutabiliter observandam: ut per Præpositum convocatis Sociis in pleno termino, missa ut prius in electione Præpositi de Sancto Spiritu celebrata, expressaque causa coram communitate electionis faciendæ, idem Præpositus injungat omnibus et singulis quod in juramento suo nominent omnes Magistros indigentes, ad profectum facultatis theologicæ habiles et idoneos, sive fuerint collegiæres sive non collegiæres, qui formam suam legendo in artibus compleverunt. In qua nominatione incipiat junior in aula, et sic nominatio ascendat ad Præpositum, qui cum aliis teneatur tales si noverit nominare. Facta autem nominatione præmissa, inquirat Præpositus Sociorum voluntatem quoad eligendum vel eligendos per scrutinium sive juramento; et ubi fuerit spes de aliquo eligendo vel aliquibus eligendis, injungat Sociis quod de illius vel illorum conditionibus secretius quo poterint diligentiusque inquirant. Post quam inquisitionem infra quindenam bis vel ter ante finalem electionem, in convocationibus specialiter ad hoc factis, scrutetur Præpositus, assistentibus sibi duobus senioribus, vota singulorum scholarium dictæ aulæ quoad eligendum vel eligendos, injunctio præmissa, in sacramento præstito in sua admissione, quod vota sua dicent et expriment attentis eligendi conditionibus juxta suæ dictamen conscientiæ. Hujusmodi vero habita deliberatione finaliter procedatur ad electionem, ad minus infra proximum mensem sequentem, per scrutinium, congregatis Sociis ad hoc per Præpositum; per quem ante electionem onerentur omnes et singuli electores, quod, postpositis omnimodis odio et timore et favore, absque acceptatione personæ vel patriæ aut occasione aliqua precis vel precum, eligent et in electione præponent quem crediderint ornatum meribus, pauperem in facultatibus, et ad proficiendum in facultate theologica magis aptum; ita tamen quod si habiles fuerint propter patriæ vastationem, personarum in eadem indigentiam amplioem, literaturæque in ipsa insolitam raritatem, illos præponent qui de comitatibus Cumbriæ et Westmerlandiæ fuerint oriundi, et præcipue de sanguine meo, ac deinde, cæteris paribus, de locis ubi de beneficiis ecclesiasticis, maneriis, terris vel tenementis, proventus recipiunt. Simili sacramento oneretur Præpositus per præsentem Socium seniore: qui quidem senior aliusque unus senior post eum, simul cum

Præposito, vota cæterorum scrutentur, scribant et fideliter recolligant in ipsa electione, singulis seorsum vocatis et vota sua coram ipsis scrutatoribus secreto dicentibus: deinde vero duo seniores post ipsos scrutatores omnium ipsorum scrutatorum vota in electione audiant singulatim; quæ quidem vota statim cum fuerint sic audita simul ipsis prædictis scrutatoribus intimentur, et in quem consenserit numerus major eligentium, statim ipso die a Præposito ipsius pronuntietur electio. Si vero electores fuerint ita singulares quod in neminem eligendum major pars consenserit eorundem, nec aliqui condescendere voluerint usquequo aliquis eligendus majorem partem vocum habuerit, tunc in electione hujusmodi procedatur prout in electione Præpositi dicti Collegii, in casu divisionis votorum in scrutinio diversos nominantium, superius est expressum. Hoc adjecto quod, in casu quo non apparuerit nec apparere poterit in quem major pars seniorum in dicto Collegio consenserit, tunc ille pro Socio in dicto Collegio eligatur et assumatur cui Præpositus dicti Collegii voluerit consentire, et quem pro tunc duxerit eligendum. Sic vero electi, ipso die electionis, vel quam cito possibilitas se obtulerit, a Præposito admittantur, si fuerint sacerdotes; prius præstito sacramento ad omnia statuta dictæ aulæ observanda, et specialiter quod sui ordinis liberam, prout verisimiliter credunt, habeant executionem. Si vero sacerdotes non fuerint, jurent statuta præmissa observare, et specialiter quod intendunt effectualiter temporibus ordinationis suæ infra scriptæ ad ordinem sacerdotii promoveri, quatenus statuta mea exigunt et requirunt. In quibus volo talem distinctionem penes ordinandos inviolabiliter observari, quod videlicet, solis illis exceptis qui illegitimi fuerint, omnes alii Magistri electi, infra primum annum a tempore suæ electionis, aliquem de sacris ordinibus assumere teneantur. Inter quos quidem Magistros, illos qui theologiæ intendunt volo infra secundum annum statim sequentem assumere ordinem sacerdotis; qui vero in jure civili per triennium studuerint, infra proximum annum sequentem in sacerdotes se faciant ordinari; qui autem illegitimi fuerint, saltem infra secundum annum a tempore suæ electionis aliquem de sacris ordinibus, et infra tertium annum ordinem sacerdotis, accipere teneantur. Magistri insuper omnes intendentes theologiæ audiant eam continue, ita quod audiendo aliam facultatem non immisceant nisi in vacationibus, et tunc solum liceat eis audire Decretales vel Decreta: hoc adjecto, quod eligatur per Præpositum et scholares virtute juramenti præstiti, de quolibet septenario citra numerum viginti unius unus, ultra vero illum numerum de quolibet decenario unus, omnibus consideratis, aptior ad audiendum jura canonica; qui sic electus jura civilia solum audiat per triennium secundum statutum præmissum, et post juris civilis auditionem per triennium teneatur sic deputatus, pro forma

Oath of the person elected—1, if a priest.

2, if not a priest.

Times of taking orders.

Studies of the theologians.

Appointment of civilians and canonists.]

incipiendi in jure canonico, legere unum librum Decretalium, Bibliamque audire et cætera ad incipiendum in jure canonico secundum statuta Universitatis requisita tam celeriter adimplere, ut ad incipiendum in eodem jure, quantum in eo est, infra decennium proximum sequens auditionem juris civilis sit paratus; infra quod etiam quantum in eo est incipiat, Universitate existente Oxoniæ. Qui vero theologiæ intendunt, ad ultimum nono anno opponant, undecimo respondeant, duodecimo lecturam Sententiarum perficiant, quoddecimo librum de canone Bibliæ legant, et sexto-decimo oppositiones et responsiones pro forma incipiendi in theologia compleant, decimo-septimo licentiæ ad incipiendum se exponant, et decimo-octavo, quantum in eis est, licentiati incipiant, Universitate Oxoniæ ad locum alium non translata. Quem processum, quoad præmissa, si theologi vel decretistæ vel aliquis eorundem, quantum in eo vel in eis est, non servaverint vel servaverit, eo ipso ab aula prædicta omni jure in eadem ejusdemque beneficiis irreparabiliter sint exclusi, et quilibet talis sit exclusus; ita ut sic exclusus vel exclusus non liceat procurare contra suam exclusionem aliquod remedium juris vel facti. Habeant insuper scholares prædicti mensam communem et honestam; in cujus mensæ principalis medio, quantum commode et honeste fieri poterit, sedeat Præpositus vel ejus locum tenens; coram qua mensa nullus sedeat in sedili quocunque vel cathedra, nec ibi comedat genuflectendo vel stando, mensa tamen laterali si oporteat duplicata. Conveniantque simul ad prandium et cœnam quantum commode poterint hora vocationis ad eadem. Fiat autem vocatio per clarionem in loco competente ab uno serviente, qui ad illud fuerit deputatus, ubi ab omnibus et singulis audiri poterit aptius. Sedentes autem in mensa, Bibliam habeant coram eis lectam per capellanium ad hoc inferius ordinatum; cujus lecturæ intendant, audientiamque per verbositatem vel clamorem non impediunt; loquantur in mensa modeste, et si quid loqui debeant, in lingua Gallica vel Latina, nisi ex lege honestatis ad aliud idioma urgeantur extraneorum supervenientium dominatione vel præsentia, vel alia causa rationabili et honesta. Turpiloquiaque et derisoria studeant evitare et ubilibet declinare: in hoc vero excedentes per Præpositum pœna debita arceantur. Sed deantque de prædictis Sociis omnes Doctores in theologia et in decretis, tam in prandio quam in cœna, singulis anni temporibus, in aula communi, propter status sui honestatem ac vestis et sanguinis Domini conformitatem, in palliis purpureis ad colla scissis, nigro fururatis bugeto. Cæteri vero in palliis ejusdem coloris simplicibus. Capellani tamen de capella sedeant in palliis albis simplicibus, loco et temporibus prætaxatis: ita quod omnia pallia singulorum in gradu suo, juxta reputationem Præpositi, conformitatem habeant in colore. Si autem de pauperibus

Studies of theologians.

Penalty for non-performance of the two last statutes.

Common table.

Order of sitting at table.

Mode of summoning to dinner.

Bible to be read.

French or Latin to be spoken.

Against bad language.

What dress is to be worn in Hall.

pueris fuerint artistæ tres vel quatuor, disputent inter se so-
 phisma semel vel bis in septimana; præsentem artista eisdem
 intendente, ac ipsos in eisdem disputatione vel disputationibus
 regulante, et conferendo diligentius informante. Collationes
 etiam coram eorum informatore habeant grammatici omnibus
 diebus, exceptis Dominicis et festis duplicibus. Sintque tam
 artista quam grammaticus, prædictis pauperibus intendentes,
 diligentes ad eorundem profectum et informationem; et ad hoc
 juramenti vinculo sint astricti. Similique obligatione ad
 eosdem pauperes informandos de cantu clerici capellæ, ut infra
 describitur, astringantur. Intendentes autem theologiæ, qua-
 libet septimana pleni termini, die Sabbati vel Veneris, vel alio
 die magis juxta suum judicium competente, disputationem
 facient theologicam, quam regulet Præpositus si præsens fuerit,
 alioquin locum ejus tenens seniorve in ipsa disputatione præsens;
 cui omnes theologiam audientes, præter Præpositum in dictæ
 aulæ negotiis plurimum occupatum, interesse teneantur, nisi
 causa legitima impediti. Quoad mensam vero Præpositi, volo
 et ordino, ut si contingat eum promoveri, vel etiam summam
 sibi prætaxatam ultra portionem scholarium in tantum augeri
 quod mensam seorsum a mensa scholarium tenere poterit, locum
 infra portas vel extra, ita quod ex distantia non negligatur
 aulæ cura vel scholarium, sibi competentem ordinet et honestum,
 mensamque et familiam; ita tamen quod in hoc nullatenus sit
 dictæ aulæ vel ejusdem scholaribus, capellanis seu clericis pau-
 peribus vel ministris, in aliquo onerosus. Voloque ut prædictus
 Præpositus non teneatur cedere officio Præposituræ propter
 quancumque habitam promotionem, nisi continuam requirat
 residentiam, vel sit tantæ curæ ut non possit simul eidem in-
 tendere et officio Præposituræ; dum tamen aliunde fuerit utilis
 dictæ aulæ et in suo officio diligens et discretus, nec se absentet
 ultra mensem, nisi in negotiis dictæ aulæ vel ex causa neces-
 saria et urgente. Si vero Socius de patrimonio, pensione per-
 petua beneficiove ecclesiastico, vel alio modo quocunque, decem
 marcas in scholis de certo expendere poterit annuatim, eo ipso
 aulæ prædictæ et juri cuicunque in eadem cedere teneatur, ab
 eaque et beneficiis ejusdem ac omnimodis proventibus eo ipso
 penitus sit exclusus. Recusansque patrimonium, pensionem
 perpetuam, ecclesiasticum beneficium non curatum decem mar-
 carum annui valoris vel beneficium curatum taxæ decem
 librarum, si vicaria non fuerit, negligens etiam aliquod talium
 consequi, cum ad hoc obtulerit se facultas, occasione moræ in
 ipsa aula ulterius faciendæ, juxta Præpositi arbitrium et majoris
 partis Sociorum, quorum judicio in hac parte stetur finaliter,
 ab ipsa aula et ejusdem beneficiis perpetuo sit exclusus.

Numerus autem scholarium juxta quantitatem facultatum
 aulæ antedictæ, ejusdem aliunde ordinariis attentis oneribus,
 augeatur. Quod si contra prædictum augmentum scholarium

Disputa-
 tions of the
 poor boys.

Disputa-
 tions of the
 theologians.

Of the
 separate
 table and
 residence
 of the
 Provost.

Of the
 promotion
 of the Pro-
 vost to a
 benefice.

Of promo-
 tion or
 accession
 to property
 vacating a
 Fellowship.

Of refusal
 of promo-
 tion or pro-
 perty va-
 cating a
 Fellowship.

That the
 number
 of Fellows
 is to in-

crease with
the means
of the
College.

Of the
commons
of the
Fellows,
and their
clothes.

Præpositus vel quiscunque alius se opposuerit, nisi ex justa et evidentissima causa, ab officio et dictæ aulae beneficio perpetuo sit exclusus; cujus causæ approbationem his committo, quibus examen depositionis Præpositi et suæ conditionis inferius concedo. Et ut prædicti scholares, quoad habitus in aula et capella sive ecclesia, si quam eis annexam habuerint, et ad omnia alia onera infra et supra scripta, sibi sufficient; ne etiam ad curam discipulorum aut aliam quamlibet occupationem egestate compulsi se subtrahant a profectu scholastico vel divino officio; volo ut quilibet dictorum scholarium decem marcas percipiat annuatim, per manus Præpositi, thesaurarii vel camerarii, liberandas, sub forma tamen infra scripta; videlicet, quod singulis hebdomadis, ne pauperum puerorum in dicta aula sustentatio seu eleemosyna ad extra dispensanda in aliquo minuatur, vel crescente caristia qualitercunque scholares ipsi nimis egeant, pro singulis scholaribus præsentibus liberetur ad minus communa octodecim denariorum in septimana, vel ultra si opportuerit, juxta Præpositi taxationem et ordinationem scholarium: dum tamen ipsa tota communa unius personæ in septimana duos solidos non excedat: quicquid vero minus quam duo solidi sterlingorum in cujuslibet communa expensum fuerit in septimana, ad augmentum eleemosynæ et non in profectum alium communitatis vel personæ convertatur. Volo etiam ut taxata communa sic ordinetur ut nec se laute nec singulariter ita faciant recreari quod, occasione talis facti, eleemosyna pro pauperibus pueris vel eorum informatoribus aliisque mendicantibus eroganda, aut mensa capellanorum officiariorumve seu aliorum servientium, in aliquo minuatur, neque etiam domus in altius cedat onus, sub pœna et periculo juramenti. Residuum vero decem marcarum præter communas distribuatur per æquales portiones ipsis scholaribus pro palliis, supelliciis et amuciis, providendis et utendis, ut inferius ordinatur, aliisque eorum necessariis: et similiter quod inde in conformi habitu robarum annis singulis vestiantur, quorum vesturam ordinet Præpositus tempore opportuno; in quo habitu honeste incedant, ita quod ad loca multum remota, in villa vel extra, ad campos vel prata, in caputiis simplicibus vel duplicatis non incedant, nec soli quantum commode poterunt, sed utantur longis collobiis vel aliis habitibus competentibus juxta ipsorum statum et conditionem et temporis imminentis exigentiam. Sic tamen fiat ipsa distributio, ut cuicunque absenti, nisi in negotiis ipsius aulae gerendis, pro tempore absentia, tam de communa quam de portione residua pro rata temporis absentia subtrahatur, et in dictæ aulae utilitatem alias convertatur; nisi forte quis absens fuerit in magna vacatione, cui sola communa pro tempore absentia sit subtracta. Et ne attenuetur eorundem eleemosyna, ministretur ipsis scholaribus ac capellanis capellæ quolibet die de duobus ferculis decentibus et fertilibus; in quorum administratione ac reliquo gestu sequantur ritum curiæ, quoad observant

That absent
Fellows are
to forfeit
their
commons.

Of the ser-
vice of the
table.

tiam curialitatis et modestiæ. In quinque vero festis majoribus, Natalis scilicet Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ, Omniumque Sanctorum, ultra administrationem communem, habeant Socii ferculum decens et largum cum vino in quantitate competenti, propter festi celebritatem, Sociorum recreationem, et eleemosynæ largitionem. Volo etiam et ordine, quod cum, pro necessitatibus seu negotiis dictæ aulæ, aliqui fuerint per Præpositum dictæ aulæ vel locum ejus tenentem, pro prosecutione negotiorum hujusmodi, extra Universitatem Oxoniæ mittendi, quod ipsis sic mittendis, juxta judicium Præpositi, thesaurarii et camerarii aulæ prædictæ, expensæ competentes ministrentur de communi, quodque dicti sic missi in suo reditu de expensis per eos extra factis compotum reddant rationabilem; ut viso compoto hujusmodi, si expensas fecerint excessivas, per Præpositum, thesaurarium et camerarium, ad refusionem earundem per subtractionem portionis quam a dicta aula sunt percipienturi, eorundem judicio vel Præpositi in casu in quo alii ab eo discordaverint, compellantur. Portionem insuper, ultra communam, tribus vicibus in anno, scilicet in fine cujuslibet termini, primo die, secundo vel tertio ad ultimum, post cessationem Magistrorum in Universitate, ordine secundum æquales portiones inter scholares juxta ratum præsentis cujuslibet dividendam, per Præpositum, thesaurarium vel camerarium, sufficientibus ad hoc ejusdem aulæ proventibus, vel post quamcito suffecerint. Ipso vero primo, secundo, vel tertio die, Præpositus et scholares statuta mea omnia inter se recitent; et specialiter pro domino meo Rege et domina mea Philippa Regina prædictis, ac cæteris in principio horum statutorum nominatis, et ejusdem aulæ benefactoribus, ac pro vivis et omnibus defunctis fidelibus, missam solennem de Sancta Trinitate in capella infra mansionem eorundem, vel ecclesia parochiali, si quam contingat dictæ aulæ annecti, faciant celebrari. Postquam missam, congregatis Sociis, inquiret Præpositus seorsum ab unoquoque eorundem de aliorum conditionibus, quoad observantiam statutorum meorum et gestus honestatem studii que profectum; istis tamen modo et forma circa inquisitionem servandis, quod videlicet duo Socii magis periti, magis modesti ac magis fideles, ad hoc per majorem partem scholarium eligendi, assistant Præposito et cum eo vota quorumlibet audiant cæterorum; quibus quidem votis auditis, recedant hi duo et deinde duo alii opinione communi post eos reputati meliores ac fide digniores continuo eligantur, qui una cum Præposito audiant vota aliorum duorum prius electorum, ac etiam quid cæteri censerint de eisdem; et si quem culpabilem invenerit dictus Præpositus, moribus dissolutum vel in officio seu studio negligentem, juxta defectus vel delicti qualitatem congruam correctionem adhibeat, de consilio et consensu duorum primo ut præmittitur electorum aut saltem

Of the expenses of Fellows sent out on the business of the College.

Of the portion of the Fellows beyond the commons.

Of reading the Statutes.

Of masses for Benefactors.

Of inquisition to be made into the conduct and character of the Fellows and boys, and of the punishment of offenders.

unius eorum : in his quoque ita stetur Præpositi iudicio ut etiam contra ipsum nullius liceat juris vel facti procurare remedium ; nisi, quod absit, si erraverit, per me inferius ordinatum. Fiat autem hujusmodi inquisitio pluries in pleno termino, si hoc expediens videatur Præposito. Cum hac siquidem inquisitione de scholaribus concurrat etiam inquisitio de pueris pauperibus, cappellanis et cæteris ministris, quorum omnium defectum committo corrigendum Præposito in animæ suæ periculo, sub modo tamen et forma paulo superius limitatis. Volo tamen quod accusato, nisi fuerit delictum notorium vel evidenter probatum, Præpositus purgationem non deueget, dum tamen scandalosa non offeratur vel contentiosa, sed privata, pacifica et honesta. Nec Sociis unquam fiat per accusationem hujusmodi neque pueris pauperibus finalis exclusio, nisi interveniente majoris partis Collegii consensu et consilio ; alias tamen pœnas sic delinquentibus taxandas, unius vel duorum scholarium, ut prædictum est, requisito consilio, Præpositi relinquo arbitrio. Et quoniam congruit ut sicut pietatis causa ad sustentationem præmissam omnes scholares dictæ aulæ sunt admissi, sic, absque aliorum onere, æqua participatione juxta suas portiones singuli in convictu communi humiliter sint contenti, volo ut nullus Magistrorum seu scholarium, extraneos vel propinquos inducendo, cuiquam Sociorum præstet impedimentum profectus, vel sit aliunde societati vel Sociis onerosus, et præcipue de nocte vel de die infra cameras vel mansum dictorum scholarium clericos pauperes peculiare vel famulos privatos communiter retinendo ; Præposito duntaxat excepto, qui pro suo famulo vel clerico communam solvat taxatam pro presbyteris in secunda mensa, omni alia mensa communi subducta. Si tamen de notitia alicujus venerit ad eum socius vel famulus vel amicus, in villa vel extra villam, nolo per statutum præcedens prohibere quin venientem ad se possit honeste in aula vel camera, suis sumptibus, et sine onere communitatis ac cæterorum impedimento scholarium, procurare et pascere. Si autem venerit quis extrinsecus ad aliquem de aula ex causa communi vel negotio, in aula communi vel privata Præpositi, sumptibus communibus, competenter juxta status sui exigentiam procuretur. Et quoniam non congruit pauperibus præcipue de eleemosyna viventibus dare panem filiorum hominum canibus ad manducandum, væque sit eis imprecatur qui in avibus cæli ludunt, nullus scholarium dictæ aulæ in eadem vel locis conjunctis leporarium teneat, canem venaticum vel alium privatum, accipitrem, vel avem reclamatoriam aut aliam, habeat qualemcunque. Et quoniam solet frequentia instrumentorum musicorum levitatem et insolentiam quam pluries provocare occasionemque afferre distractionis a studio et profectu, hujusmodi instrumentorum usum infra suum mansum, nisi temporibus communis solatii, scholares prædicti omnino sibi noverint interdictum. Omnimodumque taxillorum ludum et scaccorum, omnemque alium ludum dantem occasio-

Of the introduction and entertainment of strangers.

Against keeping hawks and hounds.

Against the use of musical instruments.

Against gaming.

nem perditionis monetæ et pecuniæ cujuscunque, in aula, cameris, seu eorum manso, nisi forte quis vel qui causa recreationis extra aulam, absque sua vel suorum sociorum districtione a studio vel divino officio, honeste et pacifice joculari voluerint aliquando: in quo præcipue caveatur ludus taxillorum et hujusmodi, ex quibus solet insurgere dissensionis materia, et frequenter contingere ludenti penuria: et ad declinationem ludorum talium ad modum scholarium, cappellani, pauperes clerici omnesque ministri seu habitantes dictam aulam, noverint se astringi, sub pœna a Præposito infligenda. Præpositus vero et locum ejus tenens ad omnia præmissa compescenda, nisi quatenus necessitas exigit vel honestas permittit, vinculo juramenti noverint se astrictos. Et quoniam aëris puritas affert studii facultatem, volo quod infra mansum scholarium prædictorum nullum sit equorum stabulum, seu retentio vel educatio aliorum animalium infectionem qualemcunque causantium. Scholares etiam omnes cameras habeant et studia, juxta assignationem Præpositi, qui in ea parte, cessante causa legitima, locum honorabiliorem et competentiorem in suo juramento gradatim deputet seniori. Copuletque duos ad minus in eadem camera, nisi forte aliud exigat alicujus scholarium dictæ aulæ status vel conditionis præ eminentia. Et quia sobrietas clarum reddit ingenium et honestat totum virum, infra eorundem mansum gentacula pretiosa, deliciis excessiva, in inepto tempore, vel ultra quod congruit convocata multitudine, secundas etiam cœnas, potationesque et comessationes, nisi quantum leges permittunt honestatis, singuli scholares et alii in dicta aula commorantes studeant declinare; nec alibi quam in aula cœnent aut comedant de communi, nisi ex causa urgente, vel alias de licentia Præpositi sive locum suum tenentis. Quod si in hujusmodi fuerit excessus, per Præpositum vel locum ejus tenentem rationabiliter cum omni modestia compescatur. Prædicti etiam scholares extra mansum suum in villa vel ejusdem suburbio non pernœtent, nisi causa necessaria et honesta, et licentia quantum in eis fuerit a Præposito vel locum ejus tenente vel seniore in aula præsentate petita et obtenta, causaque eidem primitus intimata. Abstineant etiam se scholares prædicti a tabernis et locis inhonestis, ac comitivis suspectis, ne ex comitatione suspecta scandalum oriatur, vel, quod absit, dum quod uni ad solatium alteri cedit ad fastidium, suscitetur inter eosdem materia dissensionis et discordiæ; propter quam amputandam, decerno nullos ad prædictam aulam admittendos, præter honestos, castos, pacificos, humiles, morigeratos, indigentes, ad studium habiles, proficereque volentes; quibus prædictam summam annuatim præstari solum volo, dum superioribus, ut præmittitur, rationabiliter obtemperantes fuerint et subjecti, sociis placabiles et pacifici, ac inferioribus et ministris tolera-

That no animals are to be kept under the Fellows' lodgings.

Of the assignment of rooms to the Fellows.

Of the number in each room.

Against excess in breakfasts or suppers, and supping out of the College.

Against passing the night in the town without leave.

Against frequenting taverns, places of ill-fame, and bad company.

That obstinate offenders against the last statute are to be expelled, but not irrevocably.

For what offences Fellows are to be irrevocably expelled.

That Fellows expelled are to have no remedy against the College by law or otherwise.

For what causes the Fellowship is to be forfeited.

Of the punishment of offences generally.

biles et modesti, et, quod summe pondero, in studio et divino officio frequentes et solliciti. Si quis autem in aliquo horum notabiliter deliquerit, ad gravem offensam Præpositi vel suorum sociorum vel quietis eorundem turbationem, vel scandalum dictæ aulae, vel in eadem commorantium occasionem, si trina vice correptus se ab hujusmodi excessu non cohibuerit, a prædicta aula et ejusdem beneficii totaliter excludatur: salva tamen in hoc potestate Præposito et majori parti Scholarium, post emendationem evidentem, ad reconciliandum et sic exclusum in Socium iterum admittendum, si subsint in persona notabilia probitatis insignia, et talis non fuerit exclusus ex gravi turbatione, culpa vel infamia. Quod si aliquis scholarium adulterium, furtum, rapinam, perjurium, sacrilegium, simoniam, vel aliquod enorme delictum commiserit, vel gravem carnis lapsum vel notam turpitudinis aliquam incurrerit, quod absit, per quæ grave scandalum in dicta aula poterit suscitari, vel fama scholarium ejusdem graviter denigrari; aut quisquam creber suscitator jurgiorum sit et intolerabilis, Sociorumve vel Præpositi vel alterius cujuscunque atrox percussor extiterit, nisi forte ad sui justam defensionem; cum de aliquo præmissorum per facti notorietatem seu alias legitime Præposito innotuerit, per eundem de consensu majoris partis scholarium transgressor hujusmodi a dicta aula et ejusdem beneficii, ne velut ovis morbida totum gregem corrumpat, irreparabiliter excludatur. Nec alicui ab aula prædicta excluso, decreto Præpositi vel qualitercunque aliter auctoritate statuti, vel ab officio deposito in eadem, contra formam horum statutorum meorum, competat actio contra Præpositum vel Socios ejusdem seu quoscunque alios, ratione hujusmodi exclusionis vel depositionis, agendo, appellando, querelando, supplicando seu in integrum restitutionem petendo, vel quodcunque juris vel facti contra exclusionem hujusmodi seu depositionem remedium clam vel palam procurando, vel utendo procurato, per se vel per alium. Sed omnibus literis, impetrationibus in foro ecclesiastico seu sæculari, ac omni alii juris vel facti remedio, in casu exclusionis vel depositionis prædictarum, renuntiare teneatur quilibet ad eandem aulam admissus in Socium, pauperem clericum vel capellanum, in suæ admissionis principio, sub debito juramenti. Si quis etiam scholarium religionem intraverit, seu ad alicujus obsequium se transulerit, vel ultra majorem partem pleni termini, non occupatus in dictæ aulae negotiis, sine causa necessaria et Præpositi speciali licentia se absentaverit, seu studendo proficere juxta formam prædictam dum fuerit potens neglexerit, cesset in ejus persona exhibitio supradicta. Quod si de aliquo leviori vel graviori delicto fuerit contra aliquem probabilis exorta suspicio, fama seu potius infamia deferente, nisi poterit se purgare, tanquam de eodem convictus, per Præpositum de consensu

scholarium, ut prædicatur, puniatur pœna exclusionis, vel alia juxta delicti qualitatem: in omnibus inquisitionibus ac purgationibus assidentibus duobus discretioribus, fidelioribus et modestioribus, de Collegio, juxta reputationem Præpositi et scholarium, quorum requisitis consilio et assensu, delicta gravia puniat et corrigat taliter delinquentes. Si autem inter quoscunque intrinsecos, inferiores Præposito, quacunque de causa fuerit suborta dissensionis materia, sedetur per Præpositum si commode poterit, sin autem per Præpositum et majorem partem scholarium, quorum judicio finaliter pareatur; ita ut, contra eorum arbitrium vel decretum, non liceat alicui intrinseco scholari vel alii juris vel facti, per se vel per alium, clam vel palam, remedium procurare. Si autem inter Præpositum dicti Collegii et scholarem vel scholares ejusdem contingat dissensionem oriri, quod absit, volo quod ex utraque parte stetur finaliter ordinationi, laudo, decreto et pronuntiationi, majoris partis communitatis scholarium Collegii prædicti: quodque ipsa major pars prædicta super discussione dissensionum hujusmodi summarie et de plano, absque figura judicii, processu judiciario minime observato, procedat, ac finem dissensionibus hujusmodi imponat: et quod quicquid in præmissis per majorem partem scholarium prædictorum fuerit unanimiter ordinatum, istud finaliter et firmiter observetur. Si vero inter dictum Præpositum et communitatem scholarium ipsius Collegii seu majorem partem ejusdem dissensio seu materia litis oriri contigerit, volo etiam et ordino quod, si hujusmodi litis et dissensio inter ipsosmet Præpositum et scholares bono modo terminari et finiri non poterit, quod extunc venerabilis in Christo pater et dominus Archiepiscopus Eborum qui pro tempore fuerit, et, sede Eborum vacante, præsidens capitulo Eborum, hujusmodi dissensionem et litem audiant et discutiant et finaliter decident, summarie tamen et de plano, prout superius immediate est expressum; nec liceat alicui de dicta aula, cujuscunque conditionis extiterit, in aliquo casu casuum prædictorum instantiam facere coram aliquo iudice extrinseco, sæculari vel ecclesiastico, aliter quam est præmissum; sed omnes causæ et dissensionum materia, quoscunque Socios et alios de dicta aula contingentes, infra prædictam aulam finaliter terminentur, juxta ordinationem, formam et modum, superius expressos. Volo etiam et ordino quod si quis ordinationi, decreto seu laudo, quorumcunque superius expressorum, de quibus, et prout supra fit mentio, legitime monitus non paruerit, sed in parendo hujusmodi ordinationi, decreto, arbitrio seu laudo, contradictor fuerit et rebellis, ab aula prædicta et omni officio in eadem ac ejusdem proventibus ipso facto perpetuo sit exclusus. Renuntietque quilibet, in juramento præstito in sua admissione, omni remedio juris vel facti, contra ordinationem hujusmodi, decretum seu laudum, ac, in eodem juramento, ordinationi, decreto seu laudo prædictis, sine omni contradictione

Of settling
dissensions.

That dis-
sensions be-
tween the
Provost and
the Fellows,
or the ma-
jority of
the Fellows,
are, to be
referred to
the Arch-
bishop of
York.

In what cases, and how, the Provost is to be deposed.

vel repugnantia, parere teneatur. Quod si Præpositum, propter dilapidationem bonorum dictæ aulæ, sive propter subditorum gravem oppressionem sive propter infirmitatem perpetuam, indispositionem corporis vel mentis, gravem negligentiam vel intolerabilem excessum, contingat sui officii debitum inutiliter gerere vel minime posse adimplere, vel ut prædictum est de scholaribus crimen enorme, ad scandalum dictæ aulæ vel commorantium in eadem, committere, iudicio et decreto venerabilis patris prædicti sede plena, vel præsentis capitulo Eborum sede vacante, probatis causis præmissis vel earum aliqua quæ ad ipsius Præpositi depositionem sufficere debeat, finaliter deponatur, et ab administratione sua amoveatur, absque omni appellationis supplicationis aut alio juris vel facti remedio, per quod hujusmodi depositio et amotio poterit quomodolibet impediri. Si vero, propter supervenientem infirmitatem, perpetuam senectutem vel debilitatem, inhabilitantes perpetuo ad aulæ profectum, contigerit eum ab officio Præposituræ amoveri, si nec aliunde promotus fuerit, nec morbus fuerit contagiosus, locum infra mansum scholarium habeat competentem, et annuatim ultra portionem Sociorum quadraginta solidos recipiat, si ad hoc facultates dictæ aulæ suffecerint et aliunde non fuerit onerosus, sed ad scholaribus consulendum in iis quæ aulam ipsam contingunt diligens et paratus. Si vero morbus perpetuus Præpositi fuerit contagiosus, et aliunde non fuerit promotus, in aliquo manerio prædictorum scholarium aut alibi ubi divinis poterit officiis intendere, pro eodem locus congruus ordinetur, in quo annuatim habeat pro se et famulo solummodo decem marcas; ita tamen quod ipsis scholaribus, vel manerio in quo morabitur, non sit aliunde in aliquo onerosus. Promotus autem Præpositus, quacunque causa cedens officio Præposituræ vel depositus ab eodem, ut præmittitur, nihil recipiat postmodum de proventibus dictæ aulæ; et si quicquam de eisdem postcessionem hujusmodi receperit, vel prius recepta sibi pro tunc præter per me sibi ordinata applicuerit, per successorem suum ad refusionem modis et viis possibilibus compellatur. Volo tamen quod Præpositus in infirmitate temporali recipiat sicut sanus, dum tamen locum tenentem pro se ordinet, qui vicem ejus suppleat quoad curam dictæ aulæ et bonorum ejusdem. Scholares insuper infirmi temporaliter, præsentem in dicta aula, percipiant sicut sani. Absentes autem, nisi contingat eos agentes negotia communia infirmari, nihil percipiant pro sua absentia; nisi, ut præmissum est, fuerint absentes in magna vacatione, in quo casu portio ultra communam non minuatur absentibus infirmis sicut nec sanis. Quod si contingat aliquem scholarium incurere, quod absit, infirmitatem perpetuam non contagiosam, eum inhabilitantem ad profectum scholasticum, in eorundem manso in villa Oxoniæ vel alibi in eorundem manerio extra, juxta Præpositi et Sociorum arbitrium, locum habeat competentem,

Of maintaining the Provost when removed on account of infirmity.

That the allowance of the Provost is to cease on his promotion.

That his allowance is not to be withdrawn in temporary illness.

Of the allowances of sick, absent, and infirm Fellows.

et tantummodo centum solidos annuatim, ita quod juxta ratum temporis vitæ suæ ratum recipiat dictæ summæ; dum tamen manerio vel manso in quo moratur, ipsis scholaribus vel dictæ aulæ, aliunde non fuerit onerosus. Si vero contagiosam et perpetuam infirmitatem habuerit, extra mansum eorundem de eo ordinetur, sicut præmissum est de Præposito in casu simili; hoc excepto, quod tantummodo centum solidos recipiat annuatim sicut de non habentibus contagiosam superius est expressum. Missus autem propter negotia dictæ aulæ extrinsecus, si eum contingat infirmari temporaliter, nisi per amicum, consanguineum vel alium sufficientem ad sibi sine gravi dispendio subveniendum, voluntarie succurratur, expensas rationabiles usque quo redierit, nisi morte præventus, et morte præventus pro vita sua, habeat de communa, tantum scilicet quantum præsens esset habiturus. Ministri autem et capellani, et cæteri omnes præter Socios et pauperes pueros, infirmitatem perpetuam incurrentes, ab aula prædicta perpetuo sint exclusi; si vero infirmitatem temporalem incurrerint, recipiant sicut sani; hoc adjecto de pueris pauperibus, quod in infirmitate temporali, si necessitas exigat, ultra portionem sanorum recipiant de communi quod fuerit eis necessarium. Si vero quis pauperum puerorum perpetuam infirmitatem incurrerit, sive contagiosam sive aliam, pro eis ordinetur infra mansum dictæ aulæ vel extra quoad moram, sicut superius de Sociis est expressum; hoc adhibito moderamine quod vitæ tantum percipiant necessaria in victu et vestitu. De Sociis tamen et scholaribus per Præpositum et cæteros de Collegio eligantur, secundum formam electionis scholarium, duo aptiores et fideliores et discretiores ad omnem pecuniam dictæ aulæ undecunque provenientem recipiendam, fideliter custodiendam et juxta ordinationem Præpositi utiliter liberandam et expendendam; ad receptionem etiam librorum communium deputatorum ad profectum scholasticum et eorum custodiam; quorum alter nominetur thesaurarius, et alter camerarius: qui duas cistas habeant de communi, in quibus alternatas indenturas et rotulos sibi invicem respondententes inter se factos, tam de omnibus receptis reponant, quam etiam liberatis et expensis; qui cum Præposito ballivorum, procuratorum, ac quorumcumque ministrorum extrinsecorum, scholaribus dictæ aulæ obligatorum, comptum audiant Oxoniæ et diligenter examinent, ac redditus omnesque alios exitus qualitercumque provenientes, quantum bono modo poterunt, ibidem tantummodo recipiant; ita quod, post cessationem finalem Magistrorum in ætate, infra tres dies, incipiat hujusmodi auditio et examen, et quam cito poterit terminetur: ipsis ballivis, procuratoribus et ministris cæteris, in principio suæ admissionis ad sua officia, oneratis et juratis, quod illo tempore ad hæc complenda, quantum in eis est, erunt parati Oxoniæ. Quod si in alicujus compto contingat dubium vergens ad detri-

Of infirm
servants,
Chaplains,
or poor
Boys.

Of the elec-
tion and
office of the
Treasurer
and Cham-
berlain.

Of the
office of
the Clerk
of the Treasury.

Of baking
and brew-
ing.

Of the pur-
chase of
provisions.

Of the Col-
lege mill.

mentum scholarium, vel diminutionem proventuum seu decasum reddituum dictæ aulæ, teneatur Præpositus. per se vel per Socium aut alium in partibus fide dignum, veritate inquisita, defectus tales et dubia citius quo poterit reformare. De expensis vero quotidianis Præpositi et omnium in dicta aula commorantium, quoad esculenta et poculenta, quatenus communam contingunt, per unum presbyterum, clericum thesaurarii nominandum, cum provisoribus et dispensatoribus, sero cujuslibet diei, coram senescallo aulæ pro illa septimana computetur, et pretia emptorum et expensarum illo die scribantur fideliter per eundem in senescalli præsentia. Idemque clericus in fine septimanæ, die scilicet Veneris vel Sabbati, juxta arbitrium Præpositi, coram eodem thesaurario, camerario et senescallo supradicto, computet de omnibus expensis illius septimanæ singulatim quolibet die, juxta formam per eundem præscriptam, assistentibus officariis ad quos negotium magis spectat. Prædictique Præpositus et scholares, juxta senescalli et dicti clerici thesaurarii supervisionem, panem sibi faciant pinsere infra mansum suum, ibique suam cerevisiam braciare suorum ministrorum ordinationibus et labore. Ponderetque panis cujuslibet pasta, cujuscunque fori fuerit bladum, vel cujuscunque generis fuerit panis, quadraginta et sex solidos et octo denarios sterlingorum; nec unquam liceat eisdem vel alicui eorundem pondus pastæ panis, cujuscunque pretii bladum fuerit, immutare. Et quia volo quod, ad augmentum elemosynæ, prædicti scholares, necnon capellani et pueri de elemosynaria ac cæteri servientes in aula prædicta, vivant de providentia et de stauero, ordino et statuo quod illæ quadraginta libræ quas ex hac causa, prout liquet in literis meis patentibus inde confectis, [* quas volo in thesauraria perpetuo remanere] dedi Præposito et scholaribus antedictis, remaneant in custodia thesaurarii et camerarii, qui easdem ad providentiam victualium ac focalium pro prædictis scholaribus, capellanis et pueris de elemosynaria, ac servientibus, præ manibus faciendam, annis perpetuis, secundum portiones congruas, prout utilius fuerit, liberari faciant et expendi; ita quod in fine cujuslibet anni integre respondeatur de illis quadraginta libris sicut de aliis proventibus dictæ aulæ, nec liceat alicui vel aliquibus de dicta seu in dicta aula summam illam aut aliquam partem ejus, aliquo colore, in alios usus aut proficuum aliud vertere vel mutare. Quia vero in molendinis alienis onerosum solet esse tolnetum, excessivum quoque molendinariorum stipendium, inde est quod, in remedium dictorum aut similium quorumlibet damnorum, volo et ordino quod prædicti scholares imperpetuum habeant unum et proprium molendinum equorum, pro frumento et brasio suo alioque blado molendis per suos familiares ministros, infra mansum seu alio loco apto, bene tamen propinquo; quamvis etiam alia

* Omitted in the Cottonian MS., and supplied in the patent of confirmation.

molendina propria vel aliena juxta villam aut aliis locis quantumlibet vicinis fuerint situata. Sintque Socii omnes, præter Præpositum et Doctores in theologia seu jure canonico, gradatim septimanis singulis, Senescalli, incipiendo a juniore, qui ordinent servitium aulæ pro sua septimana, et supervideant scripturam expensarum indies factarum, et compoto intersint ministrorum in fine suæ septimanæ; in qua quilibet pro suo tempore quotidie secundam tabulam incipiat, ut ministraciones ac defectus servitii si immineant supervideat et quantum in eo est corrigat. Idemque clericus thesaurarii omnibus necessariis et forinsecis expensis infra aulam vel suburbio aut in loco vicino faciendis, collectionique reddituum tam in suburbio quam in villa, et compotis receptorum ab extrinsecis de hujusmodi redditibus, sit intendens. Scribatque omnia memoranda statum seu jura dietæ aulæ qualitercunque contingentia, et transcripta omnium processuum, compotorum, placitorum, munimentorum, et omnium memorialium ipsam aulam vel jura ejusdem qualitercunque concernentium; quæ thesaurarius et camerarius in thesauraria ponere et salvo custodire pro diversis vitandis periculis imperpetuum astringantur. Post festum vero Translationis Sancti Thomæ, auditis et examinatis ratiociniis omnium ministrorum, teneantur Præpositus, thesaurarius et camerarius, ratiocinia omnium in prædicto compoto compertorum et inventorum summarie cæteris de communitate quantum in eis est, ante festum Sancti Petri ad Vincula, tradere et in scriptis aperte et fideliter intimare, in sui debito juramenti, seniorique post ipsos tres copiam summariam ministrare, quam examinent cæteri seorsum, absente Præposito, thesaurario et camerario. Postque, ipso die vel proximo sequente, idem Præpositus, thesaurarius et camerarius, coram tota communitate, de omnibus receptis et liberatis quorumcunque bonorum qualitercunque concernentium dietam aulam, in juramento præstito ipsi aulæ, fidelia ratiocinia reddere, et recipienda ac non recepta pro anno pro quo computatur ibidem detegere, teneantur, ut status dietæ aulæ ipsis scholaribus innotescat; et si aliquorum negligentia proventus reddituum dietæ aulæ levati non fuerint, de ipsa appareat, et super hoc remedium ordinetur. In his autem ratiociniis complete audiendis tanta adhibeatur diligentia, ut, quantum est in Præposito et scholaribus, finalis compotus omnium compleatur ante festum Sancti Petri ad Vincula: post cujus completionem totalis compoti fiat indentura summaria, cujus una pars remaneat penes Præpositum, et alia penes Socios de communitate, in cista communi sub duabus clavibus, seniori post Præpositum, thesaurarium et camerarium, ac juniore in aula inter se divisis. Quicumque autem Præpositus, Socius, capellanus, vel minister alius compotum redditurus, si ipse inveniatur in arreragiis, ipsa solvat infra mensem proximo sequentem; nisi causa excusationis vel dispensationis a Præposito et majore parte Schola-

Of the
office of the
Seneschal.

Of exa-
mining the
accounts.

Of inquiring into the conduct of the Treasurer and Chamberlain, and of their re-election or removal.

rium approbata : et ad hoc in sua admissione ministri quicumque, per quos pecunia prædictorum scholarium fuerit dispensanda, juramenti vinculo astringantur. Et quoniam in hujusmodi dispensatione videtur valde necessaria thesaurarii et camerarii fidelitas, sollicitudo et industria, soluto compoto eorumdem, sine mora trahant se ad partem et reddant claves suas Præposito, per quem a remanentibus de scholaribus requiratur in eorumdem juramento numquid juxta sua judicia utiliter se gesserint in suo officio ; qui si Præpositi et majoris partis in ipsa inquisitione præsentium judicio utiles censeantur, sine nova electione eisdem per Præpositum recommittatur, etsi renuentibus et renitentibus, præoccupata ministratio ; ad quam omnes tam electos, ac etiam post per Præpositum et majorem partem præsentium in præmissa inquisitione approbatos, astringi decerno. Quod si contingat thesaurarii vel camerarii aut utriusque eorum administrationem non approbari per Præpositum et majorem partem præsentium, in inquisitione facta de ministracione eorumdem, sine murmure vel strepitu quocunque, in forma prædicta, alii loco eorumdem eligantur ; vel loco alterius eorum, in casu in quo solum alter non fuerit approbatus, alius eligatur, reliquo approbato per Præpositum et majorem partem de communitate, sine nova electione, suo officio recommisso. Crescentibus insuper dictæ aulæ redditibus ad infra scripta sufficientibus, ultra numerum presbyterorum de ipsis scholaribus volo ut, secundum formam prætaxatam electionis scholarium, ad plus sint tredecim capellani mobiles assumendi, in suis officiis secundum eorum gestum, aulæ attento profectu, juxta arbitrium Præpositi et Scholarium moraturi, et in capella infra mansum eorumdem situata, vel ecclesia parochiali, si aliquam ipsos scholares aulæ suæ annexam et appropriatam habere contigerit, in officio divino indies ministrantes et horas canonicas in ipsa capella vel ecclesia hora debita, secundum usum ecclesiæ Sarum, in omnibus quantumcunque bono modo fieri poterit, devotius decantantes ; qui quolibet die quo dicendæ sunt exequiæ mortuorum juxta usum Sarum pro animabus Fundatorum, Benefactorum aulæ predictæ, et specialiter in principio horum statutorum nominatorum, ac omnium fidelium defunctorum, exequias mortuorum cum commendatione in choro in animæ suæ periculo dicere teneantur ; coram quibus per unum de clericis capellæ sive ecclesiæ annexæ et appropriatæ, ante antiphonam " Pretiosa est " etc., legatur quotidie Martyrologium in capella sua infra eorum mansum, vel ecclesiam si quam habuerint, ut est dictum, sibi annexam. Capellam quidem, infra eorum mansum situatam, volo in honore Dei, Beatæ suæ Genitricis et Omnium Sanctorum, ædificari et in perpetuum sustentari ; quam etiam capellam Omnium Sanctorum nomino et decerno de cætero nominandam. Habeantque prædicti scholares librum memorialem Obituarium

Of the thirteen Chaplains, and their office.

Of the Chapel.

nuncupatum cum Martyrologio annectendum, et cum eodem in perpetuum remansurum, nomina continentem Regis et Reginae supra nominatorum ac aliorum Benefactorum superscriptorum, et quorumcunque aliorum aulae supradictae in futurum beneficia perpetua conferentium, cum suorum beneficiorum titulis designatis; quorum nomina quotidie post Primam dictam, praesentium Sociorum et capellanorum et ministrorum omnium dictae capellae vel dictae ecclesiae flexis genibus, per sacerdotem illo die officiantem publice recitentur; statimque post hujusmodi recitationem incipiat idem sacerdos "De Profundis" pro mortuis, sequentibus oratione Dominica in privatis, et publice versiculis regularibus juxta usum Sarum, et collecta "Miserere quaesumus," etc., "Deus veniae largitor," etc., cum oratione generali. Pro vivis vero, si fuerint Benefactores, dicatur "Deus misereatur" cum oratione Dominica, ut prius, et versiculis congruis ac collecta privata et generali pro vivis, juxta usum Sarum. Die vero anniversarii cujuscunque Benefactoris, cum nomine ejusdem recitentur beneficium vel beneficia aulae praedictae per eundem collatum vel collata, ut ex hoc ad orandum pro eodem audientium devotio frequentius excitetur. Celebraturque pro omni hujusmodi Benefactore, die tali sui anniversarii, solennis missa de Requiem, cum solennibus exequiis praecedentibus per scholares, si commode interesse poterint, et capellanos ad minus, solenniter celebrandis; quibus exequiis ipsi saltem capellani commendationem omnino adhibeant: pro quorum quolibet, ad mensam lateralem pro eis ordinatam in aula sessuro, solvantur in septimana duodecim denarii ad communam, percipiatque unusquisque eorum annuatim pro caeteris necessariis viginti et octo solidos sterlingorum, de quibus singuli annuatim in robis de eadem secta, distincta tamen a secta scholarium, secundum ordinationem Praepositi vestiantur; omninoque, dum in dicta aula debent ministrare, habeant supertunicas non fissas sed clausas, cum longis collobiis et capitibus furruratis. Quorum capellanorum diebus singulis unus missam de die sine nota pro studentibus et itinerantibus celebret summo mane; matutinisque et hora prima decantatis, in choro missam celebrent cum nota pro defunctis; postque missam decantent de Beata Virgine; et consequenter missam faciant cum nota capitularem, juxta usum Sarum. Post hanc vero missam circa horam nonam, caeteris horis perdictis, cum nota celebrent magnam missam; qua finita, statim cantetur antiphona de Beata Virgine, "Ave Regina caelorum," "Ave Domina angelorum," etc. Caeteri vero capellani celebrent sicut eorum superiores decreverint. In sua vero dicta capella, sive dicta ecclesia, habeant in uno candelabro pendente vel stante, ad modum ramorum ascendente, septem candelas ardentes in qualibet missa ordinaria, in signum septiformis assistentiae Spiritus Sancti, ad declinationem temptationis septemplexis maligni Spiritus, ad honorem Sanctissimae Trinitatis persona-

Of the obituary and prayers for dead Benefactors.

Prayers for living Benefactors.

Of the commemoration of Benefactors, and masses for their souls.

Of the allowance of the Chaplains, and their dress.

Of the masses to be said by the Chaplains.

Of the candelabrum in the chapel, tapers, &c.

rumque earundem essentia unitatis, Beatae Mariae, sanctorum angelorum ac caeterorum spirituum beatorum. Semperque in sua capella aut ecclesia manso suo annexa et appropriata lampadem habeant nocte dieque ardentem, coram magno altari, in honore sacramenti Dominici. Cereosque habeant pro processionibus diebus Dominicis ac caeteris festis notabilibus competentes, cum candelabris ante magnum altare honorifice situandis. Habeant etiam pro elevatione sacramenti in missis ordinariis, ac deportatione ejusdem ad loca infirmorum, ac ad illuminationem in decantatione antiphonae Beatae Mariae post completorium, torchios magnos de cera illuminandos, quos volo de proventibus reddituum dictae aulae perpetuo sustentari: fiat autem diebus Dominicis et aliis diebus in quibus facienda est processio secundum usum Sarum, processio per eosdem vel ad minus per suos capellanos, clericos et pueros, circa eorum capellam vel ecclesiam aut infra earundem alteram; in qua, redeundo ante crucem, post antiphonam de cruce decantatam et dictam de eadem collectam, capellanus hebdomadarius, vel alius missam altam eodem die celebraturus, conversus ad populum recitet publice coram astantibus nomina Benefactorum, et specialiter domini Regis Edwardi tertii post conquestum, ac dominae Philippae Reginae, Fundatricis ac patronae dictae aulae, consortis ejusdem, ac Benefactorum praedictorum seu conferentium beneficia perpetua in futurum; pro quibus, tam in vita quam in morte, flexis genibus fiant preces hujusmodi speciales, cum praecedentibus collectis specialibus et sequentibus generalibus, juxta usum Sarum. In introitu vero chori ecclesiae seu capellae, in hujusmodi processione, semper decantetur antiphona de Beata Virgine. Intersintque missae antedictae de Domina alternis diebus profestis sex de numero pauperum puerorum, vel medietas in casu in quo fuerint in numero pauciori quam duodecim. Idemque pauperes ad ordinationem capellani elemosynarii inferius descripti, vel magistrorum eorundem in hac parte deputatorum, ad dicendum quotidie matutinas et horas de Domina, septem psalmos et quindecim psalmos, cum litania ac "Placebo" et "Dirige," cum Commendatione, secundum usum Sarum, compellantur, exceptis diebus Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, Assumptionis Beatae Mariae, Omniumque Sanctorum, in quibus volo eos ad dicendum "Placebo" aut "Dirige" cum Commendatione aequaliter obligari. Et ad id idem magistri eorum consimiliter noverint se teneri in suarum periculo animarum; hoc adjecto moderamine, quod infirmitati non provectorum in grammatica, ac minoris aetatis quam annorum duodecim, per sibi intendentes in ea parte rationabiliter condescendantur. Compellantur etiam praedicti pauperes et eorum magistri prout condecet et congruit, juxta ordinationem Praepositi, locum ejus tenentis vel elemosynarii, diebus Dominicis et aliis diebus festivis in quibus scholas non frequentant, horis

Of processions to be made on certain days.

Of the attendance of the poor Boys at masses, &c.

interesse canonicis ac missis juxta mea statuta ordinariis; ut sicut aliis diebus scholastico, ita festivis diebus ecclesiastico proficiant exercitio; nec liceat Præposito vel alicui scholarium aliquem eorumdem in vacatione vel extra distrahere ut secum vadat vel equitet in villa vel extra occasione quacunque, quod si scienter fecerit, sciat se reatum perjurii incurrere ipso facto: nec teneantur prædicti eleemosynarii Præposito seu Sociis in aliquo ministrare nisi forte in aula scholarium communi, et hoc solum cum curialitatis honestas requirit et ad id ipsis eleemosynariis opportunitas fuerit, sine impedimento profectus. Arcanturque prædicti pauperes per prædictos vel eorum aliquem ut sint diligentes circa suam doctrinam, tam in pleno termino quam in vacatione, nisi infirmitas excuset vel alia urgens causa, et, ut sic insistant, arcantur omnes eis intendentes sive de cantu sive de profectu qualicunque sub vinculo juramenti. De prædictis vero capellanis sit unus primus et capitaneus, Decanus capellæ nomine vocitandus, qui cæteros regulet in dicta ecclesia sive dicta capella; duo alii Præcentores, chorum regentes in festis majoribus, ad quorum assignationem Socii aulæ antedictæ cantare et legere teneantur. Quartus vero capellanus sit sacrista, qui vestimentis, libris et aliis omnibus intendat dictæ capellæ seu ecclesiæ ornamentis. Quintus vero Bibliam indies coram scholaribus legat, quem annuatim percipere volo quadraginta denarios ad luminare pro studio suo circa lecturam, ultra summam portionis suæ superius taxatæ. Sextus eleemosynæ intendat eamque juxta mea statuta fideliter recolligat et dispenset. Septimus vero, clericus thesaurarii vocandus, facta thesaurarii et camerarii scribat, et eis in omnibus statum aulæ concernentibus intendat, et tam de quotidianis expensis quam aliis computet, ut est superius ordinatum; quem sex solidos et octo denarios volo pro calciatura annuatim recipere, ultra summam portionis suæ supra taxatæ. Celebrent etiam singuli capellani prædicti vicissim suis septimanis tanquam hebdomadarii, nisi forte ex occupatione gravi capellanus clericus thesaurarii juxta judicium Præpositi vel locum ejus tenentis fuerit excusandus. Utantur autem prædicti capellani in dicta capella seu ecclesia quotidie suppellicis et amuciis de panno nigro, Anglice dicto *Pers*,* etiam nigra furura fururatis. sumptibus tamen aulæ. Clericique dictæ capellæ seu ecclesiæ in cameris capellanorum prædictorum jaceant et pernoctent, et in necessariis et honestis eisdem deserviant. Præpositus autem et scholares Dominicis diebus, in festis majoribus et duplicibus, propter Dei honorem, conditionis suæ et ecclesiæ honestatem, amuciis utantur duplicatis de griso. Sint etiam in eadem capella seu ecclesia duo clerici de cantu plano ac musica mensurato sufficienter instructi, qui sub prædictis capellanis ministrent, et pueros pauperes de cantu doceant, et cum eisdem in secta

Of the office of the Dean of Chapel, Præcentors, Sacristan, Reader, Almoner, and Clerk of the Treasury.

Of the vestments.

Of the two teachers of chanting, their dress and salary.

* * "Blen tirant sur le noir" — ROQUEFORT. "Sorte de drap" — RAYNOUARD. See also DUCANGE, under the word *Persus*.

The poor
Boys, their
number
and dress.

The Teach-
ers, studies,
and exer-
cises of the
poor Boys.

Mode of
election of
the poor
Boys.

For what
causes poor
Boys are
to be ex-
pelled.

simili vestiantur; qui clerici quotidie utantur supelliciiis et amuciis ad modum capellanorum superius ordinatum, sicque sui debitum persolvant officii; pro quorum quidem tam clericorum quam etiam pauperum puerorum ac eorum informatorum quolibet solvantur de communi octo denarii, præter eleemosynam, singulis septimanis. Dictis quoque clericis de capella ac aliis informatoribus dictorum pauperum puerorum solvatur salarium competens, juxta arbitrium Præpositi et scholarium moderandum. Sint insuper semper in eadem aula in locis competentibus sibi deputatis pauperes juvenes in subduplo numero ad maximum numerum parem scholarium in eadem pro tunc existentium; ita quod, qualitercunque crescente numero scholarium, numerus eorundem pauperum numerum septuaginta duorum Christi discipulorum non excedat. Ministrent etiam prædicti pauperes in capella ut choristæ, induti supelliciiis et amuciis cum tonsis honeste coronis, nudatis tamen capitibus temporibus opportunis dum de eleemosynaria perceperint victum suum. Informatoresque eorundem ipsos in grammaticilibus dum intendunt grammaticæ, in logicalibus autem dum intendunt logicæ, et ibi non solum in sophismatibus sed in textualibus, diligenter informant. Volo etiam quod omni die, præter dies Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum, tam in prandio quam in cœna, opponant Magistri sedentes in mensa dictis pauperibus, juxta conditiones eorum, pro experientia de eorundem profectu habenda, prout ipsis opponentibus in suis videbitur conscientiis faciendum; hoc ordine observato, quod junior Magister opponat minori pauperi, senior vero seniori gradatim. De scholarium vero eleemosyna vivant prædicti pauperes, sicut est præmissum, adhibito sufficienti jentaculo tum de communis tum de eleemosyna supradictis. Pauperes vero tales nominari volo et assumi juxta formam electionis Sociorum, ita tamen quod ex causis præmissis indigentes de mea parentela vel consanguinitate, et de locis ubi beneficia dictæ aulæ consistunt, cæteris præferantur. Sic vero de mea consanguinitate vel aliunde per Socios admissi ab hujusmodi eleemosyna non repellantur, nisi ob defectum morum vel profectus, ut superius de Sociis est expressum; aut nisi, postquam annos attigerint nobiles, castigationes concernentes delicta seu eruditiones eorum sive in curialitate sive in literatura, a superioribus suis quorum intererit imponendas, suscipere et servare contempserint; vel nisi in studio philosophiæ octo annos compleverint, aut citra octavum determinare neglexerint, aut post suam determinationem quatuor terminos egerint, quorum ultimus finiatur ad festum Translationis Sancti Thomæ* Archiepiscopi Cantuariæ; in quorum quidem casuum unoquoque volo quod pauperes antedicti, statim cum casus advenerit, indilate sub sui debito juramenti

* These words erased in MS.

recedant. Volo tamen quod si ad statum Magisterii in facultate artium consequenter proficiant, ut in electione fuerint præponendi, propter hujusmodi recessum ab electione ad aulam prædictam non excludantur, sed potius ratione primæ educationis eligantur, statutis prioribus semper salvis. Habeantque prædicti pauperes grammaticum bene instructum et artistam sciolum, si quis vel qui de eis artistæ fuerint et artista fuerit, qui quidem grammaticus et artista infra aulam et extra eis intendant eosque doceant diligenter, ac per congruam disciplinam regulent, civiliter et honeste, tam moribus quam doctrina. Latinum vero vel Gallicum semper loquantur, nisi causa rationabili excusentur, sub pœna debitæ castigationis, quam si sustinere noluerint pœnam incurrant paulo superius annotatam; qualem et volo suos informatores subire si in eorum castigatione inventi fuerint negligentes. Voloque quod prædicti pauperes, post solidam foundationem in grammatica ac competentem informationem in cantu plano, et insuper, quantum bono modo fieri poterit, mensurato, solum dialecticæ et philosophiæ intendant. Pauperes autem prædicti in diebus Dominicis et festivis, in subtractione mappæ mensæ principalis, resideant ad prandendum in laterali mensa dictæ aulæ, sedentibus grammatico et artista in capite ejusdem ut ipsos juvenes regant et regulent curialiter sicut decet; in aliis tamen diebus statim post oppositionem eorum resideant in mensa, ut prius, ne mora prolixior eis profectum subtrahat disciplinæ. In fine vero ejusdem mensæ post pueros sedeant clerici duo de dicta capella seu ecclesia superius nominati, quibus in mensa per presbyterum elemosynarium ministretur. Habeant idem pauperes, secundum gradum, maturitatem et probitatem eorundem, indumenta corporis cum collobiis protensis ad medium tibiæ, et calceamentis, et luminari necessario ad eruditionem eorum, ac cæteris necessariis, annis singulis conformia, quatenus bono modo magis fieri poterit, secundum discretionem dicti Præpositi, thesaurarii et camerarii aulæ antedictæ, sub debito juramenti. Cum autem indumenta dictorum puerorum sic fuerint inveterata quod pro usibus eorundem non deceant, tunc liberentur elemosynario ad distributionem inde pauperibus ipsius arbitrio faciendam. Et habeant ultra communam grammaticus et artista eisdem intendentes vestes de secta pauperum puerorum, qui cum eisdem pueris diebus et noctibus conversentur modeste, diligenter eosdem cum maturitate congrua instruentes. Jurent etiam prædicti pauperes omnes in sua admissione, qui annum quartumdecimum attigerunt, quod mea statuta ipsos contingentia observabunt; qui vero annum quartumdecimum non attigerunt in sua admissione, idem jurare quam cito illam ætatem attigerint teneantur. Habeantque prædicti scholares ministros suos de communibus proventibus, præter communam scholarium, sustentatos, ut elemosyna augeatur; pro quorum

Preference to be given to them in the election of Fellows.

Of their teachers, studies, discipline, oath, &c.

Of the College servants.

quolibet solvantur septimanatim decem denarii ad communam, exceptis garcionibus coquinæ et pistrinæ, pro quorum utroque solvantur octo denarii ad communam. Hortolanus vero percipiat in duodecim septimanis quarterium bladi, et pro stipendio annuatim sex solidos et octo denarios sine roba; præterquem omnes residui ministri, juxta qualitatem temporis, et personarum ac rationabile arbitrium Præpositi et scholarium accipiant annuatim salarium suum cum robis. Lotrix vero percipiat sicut thesaurarius et camerarius cum eadem melius poterint convenire. Sintque hujusmodi ministri non in numero excessivo sed moderato, ut videlicet unum habeant dispensatorem gerentem officium provisoris cum supervisione clerici thesaurarii; unum etiam coquum, qui et suppleat officium lardernarii; unum garcionem coquinæ; unum pistorem gerentem onus molendi bladum pertinens ad officium suum; unum braciatorum gerentem onus tam faciendi quam etiam molendi braseum; unumque garcionem eisdem intendentem ac sub eis gerentem officium molendinarii molendini equorum; unum barbitonsorem suppletem officium janitoris; unum hortolanum operarium; unam insuperque lotricem. Cæterumque in multis casibus et præcipue inter collegiatos, quos decet securius, honestius et regularius, conversari, necessariæ sunt nocturnæ vigiliæ, pro vitando ignis periculo, pro excludendo latronum incursu, pro variis etiam insolentiis explorandis, quorum singula magis solent de nocte contingere quam de die, necnon pro horis et partibus noctium certius cognoscendis; habeant igitur antedieti scholares unum vigilem qui noctanter ob casus et causas hujusmodi vigilet, et ea quæ ad officium vigilis pertinent exequatur, noctis temporibus fistulans consuetis, ut per hoc magis excitentur et sciant tam scholares quam etiam servientes quando melius quiescere debeant et quando melius laborare. Ut autem honestas et unitas inter ministros observetur sicut inter ipsos scholares et Præpositum, singuli famuli scholarium ac Præpositi conformes in gradu in eadem secta, ita quod famuli scholarium de communi, famuli Præpositi de peculiari ipsius Præpositi, in perpetuum vestiantur; et hoc fiat juxta dispositionem Præpositi, prius consensu scholarium requisito. Et quia indecens est poculenta vel esculenta quærere extrinsecus pro supervenientibus amicis communibus, volo quod dispensator semper sit præsens in domo per se vel per sufficientem substitutum, quod etiam volo de coco observari, ut tam extraneis quam ipsis Sociis juxta meas ordinationes parate de cibis et potibus cum oportuerit ministretur. Sic autem ministrantes in communi, juxta ordinationem Præpositi et scholarium, serviant etiam ipsis scholaribus in cameris suis in necessariis et privatis ministeriis, ut in lectorum reparatione, calceamentorum detractio et aliis honestis; in quo ministerio semper præponant seniores nisi ad aliud urgeat causa evidens et necessaria. Si autem necessitas urgeat

ad majorem multitudinem ministrorum, plures habeant prædicti scholares, quibus subveniatur ut prædictis. Habeatque dicta aula omnia utensilia cujuscunque officii necessaria, et ea quæ ad ornamentum aulæ tendunt, de bonis communibus. Lotrices etiam cameras scholarium vel habitantium quorumcunque in dicta aula non intrent, sed per eorundem barbitonsorem capita eorundem laventur. Oratoria seu capellas privata non habeant Præpositus vel aliquis scholarium in cameris suis nec eisdem contigua, nisi tempore infirmitatis, et tunc solum liceat eis missas in cameris ordinare super superaltaribus, suppositis tabellis mobilibus, pro tempore infirmitatis. Signa sagittationis non habeant infra eorundem mansum, nec infra idem artem sagittandi nec alium ludum exerceant indecentem. Item, inceptions solennes vel aliæ, nisi ipsorum scholarium, infra eorundem mansum nullatenus teneantur. Item volo quod eisdem scholaribus nullo modo liceat alieni extraneo perhendinanti cameram ad tempus vitæ, corrodium, pensionem, robas aut aliquid annuum vel titulum pro ordinibus recipiendis concedere, sed pro cujuscunque labore satisfaciant juxta sui laboris exigentiam. Item, quod in maneriis suis tam laicis quam beneficiariis ædificia excessiva non faciant, nec ruere permittant necessaria, nec quantum in eis est terras vel tenementa in manibus suis sub colore commodi vel profectus teneant; dummodo a firmariis fidelibus et securis, non brigosis, seu per cautelam vel potentiam oppressivis, sine sua solitudine propria tantum vel amplius quantum ex sua industria percipiunt, juxta suam verisimilem æstimationem, absque vasto et exilio poterint obtinere. Animaliaque et utensilia sua ubicunque existentia signentur signo aquilæ volantis, quod imperpetuum non mutetur. Idemque volo de sigillo communi per me eisdem scholaribus ordinato, ut in aliquo puncto in posterum non mutetur; nec eorundem mansum extra locum eis per me ordinatum in villa Oxoniæ vel extra quomodolibet transferatur; nisi contigerit, quod absit, Universitatem Oxoniæ transferri. Item quolibet die fiat potagium congruum et competens, in aliquo vase ad hoc specialiter ordinato, de fabis vel pisis vel utrisque mixtis, de mensura dimidii busselli, Londoniæ, farina avenarum vel hordei competenter immixta, de communi emptis; et singulis diebus anni ad portam cum residuo fragmentorum pauperibus erogetur, in quo præponantur pauperiores et magis indigentes juxta discretionem dispensantis. Præter autem istos pauperes, volo quod, in memoriam Christi ac duodecim Apostolorum, quolibet die introducantur in aulam tredecim pauperes indifferenter utriusque sexus, cæci, surdi, muti vel claudi, vel aliter corpore impotentes, qui pascantur de communibus aulæ proventibus in sufficientia panis, cervisiæ, potagii ac carniū vel piscium grossorum, aut alias, juxta statum prandentis et discretionem eleemosynarii, æque competenter ministrando; ex quorum

Of various matters of economy and discipline.

Of the distribution of alms.

compassione, cum palliorum purpureorum conformitate. scholares ipsi possint passionis Christi, caritatis, paupertatis et humilitatis ejusdem, indicio ostenso præ oculis, intimius memorari. Et ut juxta qualitatem temporis accrescat scholaribus dictæ aulæ devotionis materia, suisque Benefactoribus ex hoc peculiarior augeatur indulgentia, communicationis Christi cum discipulis in Cœna exemplata memoria, ipso die Cœnæ Dominicæ in aulam introducantur tempore prandii tredecim pauperes indifferenter utriusque sexus magis indigentes, qui coram dictis scholaribus pascantur competenter. Postque, ritu mandati penes cæteros regulares celebrati, post suæ devotionis obsequia, cuilibet conferant Præpositus et dicti scholares de grosso russeto supertunicam largam, ad manum non fissam, cum capicio, pallium etiam de eodem longum et largum, ad collum non excisum, cum pillio caput et collum circumtegente, fururatoque intrinsecus undequaque. Habeant insuper singuli dictorum pauperum unum par pannorum linearum grossorum, unum par caligarium juxta utriusque status decentiam, et unum par sotularium ad modum religiosorum corrigiatorum. Postque, typo Ejus qui sanguinem suum discipulis dedit eo die in poculum, scholares ipsi præmissis pauperibus potum conferant caritatis. Et qui hanc eleemosynam aliquo anno receperint, ab eadem anno sequente proximo sint exclusi; diversis hujusmodi pauperibus semper alternis annis ad percipiendam hanc eleemosynam introductis. Quolibet die, in capella sua seu ecclesia sibi annexa et appropriata, canticum de Beata Virgine, videlicet "Gaude Virgo salutata Gabriele nuntio," etc., per se vel capellanos suos et clericos et pauperes pueros æqualiter divisos post completorium celebriter faciant decantare, præcedente pulsatione campanæ pro eorundem convocatione; vice cujus, die Veneris, cantetur "Salve Regina" cum versibus. In die vero Sabbati, in præsentia Sociorum æqualiter divisorum, solenniter decantetur "Benedicta es cælorum Regina," etc. Post canticum vero de Beata Virgine dicatur quotidie flexis genibus pro domino meo Rege ac domina mea Regina Philippa, Fundatrice ac patrona dictæ aulæ prænominatis eorumque liberis, ac pro cæteris Benefactoribus superius nominatis et omnibus fidelibus, "De profundis" cum orationibus "Miserere quæsumus," etc., "Deus veniæ largitor," etc., cum oratione pro defunctis sequente generali. Hæc vero eadem, sine tamen genuum flexione, observentur post magnam missam et gratias dictas post prandium et post cœnam in diebus omnibus, exceptis festis majoribus, quando commemorationes hujusmodi post gratias fieri regulariter non solebant. Dicantur autem gratiæ post prandium et cœnam semper in subtractione mappæ mensæ principalis, incipiente "Deus pacis" etc. post prandium capellano capitaneo de capella, ac ulterius gratias dicente tam in prandio quam in cœna; in cujus absentia dicat alius capellanus, nisi aliquis Magistrorum ad illud voluerit se offerre. Post quas

sequatur memoria de Trinitate, Beata Virgine et omnibus Sanctis, et in diebus festivis ac aliis singulis tam post prandium quam post cœnam cantetur de Virgine celebriter in ipsa aula per communitatem vel per capellanos, clericos et pauperes, versiculus "Mater ora filium," etc. Item intersint prædicti Scholares, omnes et singuli, in capella sua vel ecclesia eis appropriata et annexa, in festis duplicibus et Dominicis diebus ac notabilibus festis novem lectionum, utrisque vesperis tam primis quam secundis, matutinis, missæ principali, ac cæteris horis canonicis, nisi causa a Præposito vel locum ejus tenente approbanda, sub pœna quam relinquo alterius eorundem judicio in eventu quo alter invenerit in casu tali aliquos negligentes. Nullus etiam scholarium nec aliquis aliorum capellanorum celebret extra capellam propriam seu ecclesiam sibi annexam et appropriatam, sine causa legitima vel Præpositi licentia. Omnes quidem capellani tam scholares quam alii, in omnibus missis in quibus dicenda est collecta duplex, dicant pro Benefactoribus "Miserrere quæsumus Domine clementer animabus Benefactorum nostrorum," etc. Dicantque dicti scholares, singulis diebus in quibus secundum usum Sarum exequiæ mortuorum sunt dicendæ, "Placebo" et "Dirige" cum Commendatione, missasque suas celebrent quoties opportunitatem habuerint; et hoc relinquo suis conscientiis in suarum periculo animarum. In omnibus autem missis, ad minus in secreta vivorum et defunctorum recommendatione, habeant tam Socii quam capellani specialem memoriam Regis et Reginae ac Benefactorum prænominatorum, ac cæterorum in futurum dictæ aulæ beneficia perpetua conferentium. Doctores etiam non legentes nec doctrinæ intendentes horis canonicis nocturnis et diurnis interesse volo, juxta suæ vacationis facultatem. Volo etiam et statuo ut dies anniversarios domini mei Regis et dominæ meæ Philippæ Reginae, Fundatricis et patronæ dictæ aulæ, prædictorum, aliorumque prænominatorum, ac diem anniversarii mei, solennibus exequiis præcedentibus, missa celebri de Requiem inperpetuum solennizent. Et ne libido ambiendi sit occasio leges patrias violandi vel ipsas, quod absit, damnabiliter negligendi, recipiendi beneficia vel redditus seu pecuniam, in derogationem qualemcunque statutorum præmissorum, Præposito et scholaribus omnem adimo potestatem; volens quod quilibet ad aulam prædictam admittendus in sua admissione ad id specialiter sit juratus. [Statutum est quod infra Collegium aulæ Reginae singulis temporibus affuturis, sumptibus et expensis ipsius Collegii, inveniatur unus capellanus celebrans divina pro animabus domini Roberti Achard et Agnetis uxoris suæ, animabusque antecessorum et successorum suorum, ac animabus omnium fidelium defunctorum; nisi in futurum contingat ipsum Collegium capellanum hujusmodi

Of services
and masses.

Oath of the
Fellows on
admission.

in ecclesia scilicet de Sparsholt invenire, quo casu et pro tempore illo statutum præmissum nullatenus effectum sortiatur, alioquin in suo robore permaneat. Item statutum est, quod singulis annis, diebus anniversariorum dictorum Roberti et Agnetis, erogentur apud Sparsholt pro animabus eorundem tredecim solidi et quatuor denarii sterlingorum, de quibus utroque die memorato duodecim denarii dentur vicario, octo capellano cantariæ ibidem, et quatuor clerico, dummodo præsentés fuerint in exequiis et missa. Residuum vero secundum ordinationem nostram pauperibus parochianis distribuatur die anniversarii ejusdem Roberti Archard.*] Volo etiam ut quilibet scholaris in sua admissione ad dictam aulam juret quod jura, possessiones, privilegia et libertates, ejusdem tuebitur, et ubicunque terrarum, quantum in eo est, defendet, et ad eorundem meliorationem pro loco et tempore laborabit, et cum ad uberiores fortunam pervenerit, imminente articulo opportunitatis, ad dictæ aulæ meliorationem insistet auxiliis et consiliis. Requisiteque, quoties opus fuerit, consilium fideliter adhibebit quod magis expediens dictæ aulæ crediderit: et secreta quæ ad dictæ aulæ damnum vel habitantium in eadem dehonorationem tendere possunt extrinsecus non revelabit, sed omnia secreta talia celabit tam dictæ aulæ quam habitantium in eadem: hoc etiam de secretis celandis jurent nedum ipsi scholares sed omnes capellani, pauperes clerici et cæteri ministri, in sua admissione, ne licentia capellanorum vel ministrorum cæterorum publicandi quæ audiunt sit ipsis scholaribus immeritis intolerabiliter confusiva, vel conditioni dictæ aulæ aliquid detractiva. Ut autem de memoriam habeant specialem, volo et ordino ut eoram scholaribus et in aspectu eorum, in cancello capellæ vel ecclesiæ parochialis eorundem, si aliquam ipsos scholares aulæ suæ annexam vel appropriatam habere contigerit, corpus meum sepeliatur, licet alibi primitus illud sepeliri contigerit; in quo casu volo ut in locum supra ordinatum, quantum in eis est, illud transferri faciant et humari. Volo insuper ut, non obstantibus quibuscunque præmissis meis statutis, aut aliis obstantiis quibuscunque, pro toto tempore vitæ meæ sit mihi libera facultas disponendi et ordinandi de omnibus bonis ac proventibus beneficiorum, terrarum, tenementorum seu reddituum quoruncunque, qualitercunque pertinentium ad aulam prædictam seu Præpositum et scholares ejusdem, communiter aut divisim, tam ad commune proficuum ipsorum scholarium, quam etiam ad meum proprium; dum tamen ipsis scholaribus pro tempore existentibus secundum prædictam meam ordinationem, quoad necessaria succurratur. Hiis igitur ordinatis, scholaribus dictæ aulæ et omnibus in eadem commorantibus in formatione Christi tanquam ejusdem

Of the
burial-
place of the
Founder.

Reservation
of power to
the Founder
to make
other dis-
positions
during his
lifetime.

Conclu-
sion.

* Omitted in the text, and supplied in the margin; and omitted entirely in the Patent.

discipulis divinum obsequium recomendo, ac pacis et vinculum unitatis. Ad quæ servanda Præposito committo, sine omni juris vel facti obstaculo, ut præmittitur, omnium causarum singularium inter quascunque personas ejusdem aulæ decisionem finalem; nisi forte ipse notabiliter excesserit, vel pars fuerit in causa vel dissensionis materia, in quo casu solum liceat uti forma prætaxata. Hæc eadem superius nominata, omnia et singula, per modum statutorum institui et composui, ut dicti scholares ex præmissis regulentur ad honorem Dei et utilitatem commorantium, Domino annuente, in aula memorata; cum potestate mihi reservata his addendi, hæc minuendi, mutandi, declarandi, interpretandi, corrigendi, ac alia ordinandi, et cum ordinatis dispensandi, toto tempore vitæ meæ, ad profectum et honestatem dictæ aulæ: quo ad præmissa statuta nolens aliquem interpretationem facere nisi juxta sensum et expositionem grammaticalem sine omniglossa. Dispensationem autem in casu necessitatis aut utilitatis communitatis seu Socii, in modicis et in his quæ subversionem aulæ vel ejusdem grave detrimentum non contingunt, nec ejusdem lædunt leges honestatis, ex causis rationabilibus, Præposito et majori parti committo scholarium: nec volo ut per aliquam dissuetudinem, consuetudinem vel abusum, aut aliam occasionem quamcunque, intentioni seu verbis statutorum meorum in aliquo derogetur, sed, prout facultates acceverint sive suffecerint, ita secundum modum et formam in eisdem statutis per me taxatos omnia et singula inviolabiliter observentur. Per prædicta vero nolo auferre facultatem Præposito et scholaribus quin, ad utilitatem dictæ aulæ ac profectum et honestatem commorantium in eadem, possint ordinare et statuere rationabilia quæcunque, his meis statutis non derogantia nec quovismodo contraria. Ad quæ statuenda, meo interveniente consensu in vita et post mortem meam absque consensu alterius cujuscunque, eisdem do et concedo, quantum in me est. liberam potestatem, meis statutis in suo robore imperpetuum duraturis, ut eis non liceat circa illa aliquid immutare, nec quovismodo, nisi in casu per me concesso, quoad illa quomodolibet dispensare. Acta sunt hæc mea statuta, sub correctione ultimata et finali completionem, apud Oxoniam, decimo die mensis Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, et domini mei prædicti illustrissimi Regis Edwardi Tertii post conquestum regni sui Angliæ quinto-decimo, Franciæ vero secundo. In quorum omnium præmissorum testimonium, confirmationem, roborationem et memoriam perpetuam, his sic perfectis sigillum meum, anno, loco et die, prædictis, est appensum: ac sub tali et tanto munimine statutorum dictæ aulæ compendium in Domino consummatum.

Ordinance of the Provost and Fellows, August 3, 1500.

Cum ut plurimum ubi et in quibus locis Procuratores eliguntur, et sunt brigæ et dissensiones plurimæ oriuntur, impediturque sæpissime studentium tranquillitas, eo ipso ordinatum, statutum et decretum est, per Præpositum et majorem partem Sociorum, quod in futurum nullus Socius Collegii nostri vel alius quisquam cujuscunque status fuerit, sive communibus domus vivat expensis sive propriis, præsumat sibi procurare officium Procuratoris vel si offeratur accipere, vel alicui infra mansum nostrum opem ferre sive, ut communiter dicitur, vocem dare, sub pœna solennis perjurii et finalis exclusionis, nisi licentia prius habita a Præposito et majori parte Sociorum. Editum est hoc statutum tertio die Augusti, anno Domini 1500, per magistrum Christoferum Banbrygg Archidiaconum Sur-reiensem tunc Præpositum, et magistros Johannem Wherton, Edwardum Rygg, Thomam Crakanthorpe, Johannem Aslaby, et Thomam Canse, tunc Socios. Cui statuto volumus omnes deinceps admittendos in sua admissione præstare corporale juramentum.

STATUTES OF QUEEN'S COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- Accounts, examination of, 25.
 Almoner, 29.
 Alms, 33.
 Baking and brewing, 24.
 Benefactors, prayers for, 27.
 Breakfasts, &c., 19.
 Burgh under Staynesmore, living of, 6.
 Canonists, 13.
 Chamberlain, election of, 23.
 ———, re-election of, &c. 26.
 Chanting, teachers of, 29.
 Chapel, 26.
 ———, dean of, 29.
 Chaplains, number and office of, 26.
 ———, allowance and dress of, 27.
 Civilians, 13.
 Clerk of the treasury, 24, 29.
 Commons, 16.
 Dean of chapel, 29.
 Discipline, &c., 33.
 Dissensions, settling of, 21.
 Eglesfield, Robert de, 5.
 Election of Provost, 8.
 ——— of Fellows, 11.
 ——— of Chamberlain, 23.
 ——— of Treasurer, *ib.*
 ——— of poor boys, 30.
 Expulsion of Fellows, 20.
 ——— of poor boys, 30.
 Fellows, number of, 7.
 ———, election of, 11.
 ———, oath of, 13.
 ———, studies of, *ib.*
 ———, number to increase, 15.
 ———, commons of, 16.
 ———, clothes of, *ib.*
 ———, when absent to forfeit commons, *ib.*
 ———, expenses of when out on business of the College, 17.
 ———, portion of, *ib.*
 ———, conduct of, 19.
 ———, rooms of, *ib.*
 ———, no animals to be kept under their lodgings, *ib.*
 ———, expulsion of, 20.
 ———, allowance of when sick, 22.
 ———, oath of, 36.
 Fellowship, vacation of, 15.
 Founder, motives of, 6.
 ———, burial place of, 36.
 ———, his power to alter statutes, *ib.*
 Gaming, 18.
 Hall, foundation of, 6.
 ———, patronage of, 6.
 Hawks, &c., 18.
 Infirm members, 22.
 Masses, 27, 35.
 ——— for benefactors, 17.
 Mill, 24.
 Oath of Provost, 10.
 ——— of Fellows, 13, 36.
 ——— of poor boys, 31.
 Offences, punishment of, 20.
 Orders, time of taking, 13.
 Poor boys, studies of, 15.
 ———, attendance of, at masses, &c., 28.
 ———, election of, 30.
 ———, expulsion of, *ib.*
 ———, election as Fellows, *ib.*
 ———, their number, dress, studies, &c., *ib.*
 ———, oath, &c., 31.
 Prayers for benefactors, 27.
 Processions, 28.
 Provisions, purchase of, 24.
 Provost, duties of, 8.
 ———, election of, *ib.*
 ———, confirmation of, 10.
 ———, oath of, *ib.*
 ———, expenses of, 11.
 ———, income of, *ib.*
 ———, substitute for, *ib.*
 ———, promotion of, 15.
 ———, residence of, *ib.*
 ———, table of, *ib.*
 ———, allowance of, during illness, 22.
 ———, allowance to cease on promotion, *ib.*
 ———, deposition of, *ib.*
 ———, of maintaining when infirm, *ib.*
 Punishments, 17.
 Reader, 29.
 Sacristan, *ib.*
 Seal, 7.
 ———, custody of, *ib.*
 Seneschal, office of, 25.
 Servants of the College, 31.
 ———, of infirm, 23.
 Services, 35.
 Statutes to be kept, 6.
 ———, reading of, 17.
 Strangers, entertainment of, 18.
 Taverns, against, 19.
 Theologians, studies of, 13.
 Treasurer, election of, 23.
 ———, re-election of, 26.
 Vestments, 29.
 Vice-Provost, 10.

ST. MARY'S

ST. MARY'S

ST. MARY'S

STATUTES OF
ST. MARY'S COLLEGE OF WINCHESTER IN
OXFORD;
OR, NEW COLLEGE.

P R E F A C E.

THE Statutes of St. Mary's College of Winchester, in Oxford, or New College, were given by the Founder, William of Wykeham, in the year 1400.

The present edition is taken from the Harleian Manuscript, No. 1343, in the British Museum, transcribed in the year 1631; the text having been collated with the Hargrave Manuscript, No. 337, also in the British Museum, and stated to have been transcribed for the use of the Bishop of Winchester, and his successors, Visitors of the College, in the year 1660.

The words adopted from the latter MS., and not found in the former, are placed between brackets.

ROYAL PATENT OF FOUNDATION.

Patent Roll, 3 RICHARD II., Part 1, Memb. 32.

*Pro Episcopo Wyntoniensi ; de licen- } Rex omnibus ad quos,
tia acquirendi et fundandi Collegium. } &c., salutem. Sciatis, quod
cum magister Johannes de Bukyngham, clericus, et Johannes de
Rouceby, clericus, octo placeas vacuas, continentes duas acras
terræ, cum pertinentiis, in parochia beati Petri in Oriente Oxonia,
in Oxonia, sibi et hæredibus suis de Abbate et conventu de
Oseneye, qui dictas placeas de domino Edwardo, nuper Rege
Angliæ, avo nostro, tenuerunt in capite, ut parcellam foundationis
et dotationis abbatiæ de Oseneye, quæ de fundatione progeni-
torum nostrorum quondam Regum Angliæ et nostro patronatu
existit; ac etiam sex placeas vacuas, continentes tres rodas terræ
cum pertinentiis, in eisdem parochia et villa, eisdem Johanni et
Johanni, et hæredibus suis, de Præposito et scholaribus Aulæ
Reginæ Oxoniæ, qui easdem sex placeas de dicto avo nostro
tenuerunt in capite, ut parcellam foundationis et dotationis ejus-
dem Aulæ, quæ de fundatione Philippæ nuper Reginæ Angliæ
aviæ nostræ et similiter de nostro patronatu existit; in feodo
acquisivissent et ingressi fuissent; ac Abatissa et conventus de
Godestowe quindecim solidatas redditus, cum pertinentiis, nuper
exeuntes de quadam placea terræ vacua, continente medietatem
unius acræ terræ, in eisdem parochia et villa, quam prædicti
Johannes et Johannes de Nicholao Redyng, vicario ecclesiæ
beati Petri in Oriente Oxonia, Johanne le Marescall et Johanne
Paas, qui eandem placeam tenuerunt de nobis in capite, ut in
burgagio, in feodo acquisiverunt; quas quidem quindecim soli-
datas redditus prædicti Johannes de Bukyngham et Johannes de
Rouceby solvere tenebantur prædictis Abbatissæ et conventui de
Godestowe, qui redditum illum de dicto avo nostro tenuerunt in
capite, ut parcellam foundationis et dotationis abbatiæ de Gode-
stowe, quæ de fundatione dictorum progenitorum nostrorum et
nostro patronatu similiter existit; per scriptum suum sub communi
sigillo suo, præfatis Johanni de Bukyngham et Johanni de
Rouceby, et hæredibus suis prædictis, relaxaverint et quietum cla-
maverint imperpetuum, licentia ipsius avi nostri seu nostra super
præmissis seu aliquo præmissorum non obtenta: Nos, de gratia
nostra speciali, et de avisamento et assensu Concilij nostri, pardo-
navimus prædictis Johanni de Bukyngham et Johanni de Rouceby
transgressiones factas in præmissis. Et, ulterius, de gratia nostra*

speciali ac de avisamento et assensu dicti Concilij nostri, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Johanni de Bukyngham et Johanni de Rouceby, quod ipsi tam prædictas octo placeas vacuas de prædictis Abbate et conventu de Oseneye, ac prædictas sex placeas vacuas de præfatis Præposito et scholaribus, quam prædictam placeam de præfatis Nicholao, Johanne le Mareschall et Johanne Paas, sic acquisitas, cum pertinentiis, necnon unum messuagium et duodecim placeas vacuas, cum pertinentiis, in parochia et villa prædictis, continentes tres acras et dimidium, et medietatem unius rodæ terræ, quæ de nobis tenentur in capite ut in burgagio; ac Priori et Conventui Sanctæ Frideswidæ Oxoniæ quod ipsi sex placeas vacuas, continentes medietatem unius acræ terræ cum pertinentiis in eisdem parochia et villa, quas iidem Prior et Conventus tenent de nobis in capite, ut parcelлам fundationis et dotationis dicti Prioratus sui, qui de fundatione dictorum progenitorum nostrorum et nostro patronatu existit; Magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Oxoniæ, extra portam orientalem ejusdem villæ, quod ipsi octo placeas vacuas, continentes tres rodas terræ cum pertinentiis, in eisdem parochia et villa, quas ipsi de nobis tenent in capite, ut parcelлам fundationis et dotationis hospitalis prædicti, quod de fundatione dictorum progenitorum nostrorum et nostro patronatu similiter existit; ac Majori et communitati dictæ villæ nostræ Oxoniæ, quod ipsi octo placeas vacuas, continentes duas acras terræ cum pertinentiis, in eisdem parochia et villa, et quandam venellam sive communem viam, continentem tres rodas terræ cum pertinentiis, in eisdem parochia et villa, extendentem se in quodam loco vocato Hamerhall usque ad angulum muri borealis ejusdem villæ versus orientem, et exinde usque ad posticum firmatum in muro ejusdem villæ vocatum Wyndesores Posterne; salvo tamen quod via Regia quæ se extendit a cornerio prædicti loci sive aulæ de Hamerhall versus austrum, ducens usque ad dictam ecclesiam Sancti Petri in Oriente, non includatur; et quas quidem placeas, venellam sive communem viam, iidem Major et communitas de nobis tenent in capite, ut parcelлам villæ prædictæ, quam de nobis tenent ad feodi firmam; necnon Ministro et fratribus ordinis Sanctæ Trinitatis ejusdem villæ, quod ipsi duas placeas vacuas, continentes unam acram terræ cum pertinentiis, in eisdem parochia et villa, quas ipsi de nobis tenent in capite, et quas nuper habuerunt de licentia Regia, ut dicitur, ex dono et feoffamento dictorum Majoris et communitatis, et quas iidem Major et communitas antea tenuerunt de præfato avo nostro in capite, ut parcelлам villæ supradictæ; dare possint et assignare separatim venerabili in Christo patri Willielmo de Wykeham, Episcopo Wyntoniensi, habendas et tenendas sibi et successoribus suis, Episcopis Wyntoniensibus, de nobis et hæredibus nostris, per serviitia inde debita et consueta, imperpetuum: et eidem Episcopo quod ipse,

habita plena et pacifica seisina de omnibus et singulis messuagio, placeis et venella, sive communi via, prædictis, eandem venellam sive communem viam dictis placeis includere, et eam sic inclusam, cum aisiamento et clausura muri et turellorum dictæ villæ eidem venellæ sive communi viæ contiguorum, tenere possit sibi et successoribus suis, Episcopis Wyntoniensibus, in forma prædicta, imperpetuum; et quod idem Episcopus de omnibus prædictis messuagio, placeis et venella sive communi via, quoddam collegium, domum sive aulam, de novo fundare, et certum nomen eidem imponere, et ibidem quendam Custodem et numerum septuaginta scholarium, in diversis facultatibus in Universitate villæ illius studentium, juxta voluntatem ipsius Episcopi et ordinationem suam in hac parte faciendam, ordinare et stabilire; ac dicta messuagium, placeas et venellam sive communem viam, sic inclusa, per nomen hujusmodi collegii, domus sive aulæ, præfatis Custodi et scholaribus dare possit et assignare, habenda et tenenda eisdem Custodi et scholaribus, et successoribus suis, pro mora et inhabitatione suis, de prædicto Episcopo et successoribus suis, in liberam, puram et perpetuam, eleemosynam, imperpetuum. Et quod iidem Custos et scholares messuagium, placeas et venellam sive communem viam suprædicta, sic inclusa, per nomen hujusmodi collegii, domus sive aulæ, a præfato Episcopo recipere possint et tenere eisdem Custodi et scholaribus, et successoribus suis, pro eorum mora et inhabitatione, imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod prædicta abbatix, Aula Reginae, prioratus et hospitale, de fundatione progenitorum nostrorum et nostro patronatu existunt, seu quod dicta messuagium, placeæ et venella sive communis via, de nobis tenentur, sicut prædictum est, vel quacunq̄ue alia re, materia sive causa, superius expressata, non obstante. Nolentes quod prædicti Johannes de Bukyngham et Johannes de Rouceby, vel hæredes sui, aut præfati Abbas, Abbatissa et eorum conventus, Præpositus et scholares Aulæ Reginae, Prior et ejus conventus, Magister hospitalis et fratres sui, Major et communitas, aut Minister et ejus fratres, vel eorum aliquis aut successores eorum, vel prædictus Episcopus aut Custos et scholares collegii, domus sive aulæ, prædicti sic fundandi, vel eorum aliquis seu successores eorum, ratione statuti prædicti vel aliquorum aliorum præmissorum, per nos vel hæredes nostros, justitios, escautores, vicecomites aut alios ballivos seu ministros nostros quoscunq̄ue, futuris temporibus inde occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. Salvis tamen nobis et hæredibus nostris servitiis inde debitis et consuetis. Ita, vero, quod dicti Custos et scholares collegii, domus sive aulæ, prædicti, sic fundandi, qui pro tempore erunt, teneantur ad tantum de alto muro villæ prædictæ, cum turellis ejusdem muri, quantum includet dictum collegium, cum funda-

tum fuerit, versus boream in longitudine, et versus orientem in latitudine ejusdem clausi dicti collegii, ad custus Custodis et scholarium prædictorum et successorum suorum, modo competentem reparandum et sustentandum imperpetuum; et quod prædicti Custos et scholares et eorum successores ad sustentationem muri et turrellorum prædictorum sic faciendam, cum indigerit, ad requisitionem sive prosecutionem Majoris et burgensium dictæ villæ nostræ Oxoniæ, pro tempore existentium, per nos et hæredes nostros artentur et compellantur: et quod prædicti Episcopus aut Custos, et scholares, fieri faciant seu faciat unum ostium sive posticum ad utrunque finem clausi dicti collegii, juxta murum supradictum; sic quod Major et ballivi dictæ villæ, semel de triennio in triennium, per hujusmodi ostia sive posticos ingredi possint, ad dictum murum supervidendum quod modo competenti sustentetur et reparetur; cum, videlicet, per dictos Majorem et ballivos, qui pro tempore fuerint, prædicti Custos et scholares ad prædicta ostia sive posticos ea de causa aperienda rationabiliter requisiti fuerint, et præmuniti; et quod Communitas villæ prædictæ per eadem ostia sive posticos ingredi possint, tempore guerræ, ad villam prædictam ab hostibus, cum indigerit, defendendam. In cujus, etc. Teste Rege, apud Westmonasterium, xxx die Junij.

Per breve de privato sigillo.

TABLE OF CHAPTERS.

	Page
1. De totali numero scholarium, presbyterorum, et aliorum ministrorum capellæ Collegii Oxoniæ, et studentium numero particulari in diversis scientiis et facultatibus in eodem	2
2. Quales et qui sint eligendi in collegium Oxoniæ supradictum	4
3. De tempore et modo supervisionis et scrutinii fiendis in collegio nostro prope Wintoniam, et forma electionis scholarium de eodem ad collegium Oxoniæ	7
4. Quod collegia prædicta juvent se mutuo in causis et litibus	12
5. De juramento scholarium admittendorum in collegium Oxoniæ ad annos probationis	13
6. De duobus probationis annis	16
7. De admissione scholarium in veros Socios dicti collegii post annos probationis, et eorum juramento	16
8. Ut numerus personarum in jure civili et in jure canonico studere debentium semper sit completus	20
9. De electione Custodis	23
10. De officio Custodis et ejus potestate	31
11. De portione Custodis pro sustentatione sua, et aliis oneribus eidem incumbentibus	33
12. In quibus scholares et Socii obedire debeant et parere Custodi	35
13. De Vicecustode, et ejus officio, et potestate	35
14. De Decanis præficiendis, et eorum officio	37
15. Quales communas septimanatim habebunt Socii, scholares, et capellani prædicti	38
16. De mensis Sociorum et scholarium prædictorum, et qualiter sedere debeant ad easdem	40
17. De lectura Bibliæ in prandio, et silentio tenendo	40
18. De mora non facienda in aula post prandium et cœnam	41
19. De senescallo communi aulæ singulis septimanis deputando	46
20. Ex quibus causis communi ac distributiones aliæ a scholaribus et Sociis subtrahantur	42
21. De extraneis non introducendis ad onus collegii	43
22. De communi annua vestium liberata	44
23. De habitu Sociorum et scholarium de collegio, et de armis non portandis	45
24. Quod scholares vel Socii sine licentia extra Universitatem non debeant devillare	47
25. Quod nullus scholaris vel Socius teneat canes aliquos, aut aves, accipitres, ludatve, sagittet, jaciat, vel alia exerceat infra collegium vel extra, per quæ damnum eidem collegio eveniat quovismodo	48
26. De tempore assumendi gradus in qualibet facultate	49
27. De portionibus solvendis annuatim pauperibus Sociis in gradibus assumendis, qui non habent redditum ¹ in statutis limitatum, vel amicum qui ipsis de tanta summa juvare voluerit	51
28. De informatione Sociorum et scholarium, ac salario informantium eisdem durante termino trium annorum	54
29. De tempore suscipiendi sacros ordines et sacerdotium, per Socios collegii	54
30. De remuneratione Sociorum graduatorum in ordine sacerdotii constitutorum	56
31. De disputationibus Sociorum et scholarium, cujuscunque facultatis seu scientiæ fuerint, in collegio faciendis	56

	Page
32. Quales expensas habebunt Socii, qui missi fuerint in negotiis collegii memorati	58
33. Quod non sint detractores, conspiratores, manutentores, susurrone, in collegio, vel alias discordiam seminantes, seu etiam procurantes aut consentientes iisdem	59
34. De correctionibus faciendis circa delicta leviora	60
35. Quomodo pacificari debeant dissensiones in collegio memorato	60
36. Propter quas causas possit et debeat Custos a Collegio amoveri	62
37. Propter quæ crimina, delicta et excessus, Socii et scholares a dicto collegio penitus amoveri debeant et expelli	63
38. Propter quas causas rationabiles et honestas scholares vel Socii finaliter debeant a collegio recedere memorato	64
39. Quomodo succurritur Custodi collegii in infirmitatem incidenti	65
40. Quomodo succurritur Sociis et scholaribus collegii in infirmitatem incidentibus	66
41. De precibus, orationibus, horis, et aliis suffragiis, per dicti collegii Socios et scholares dicendis	66
42. De modo dicendi missas, matutinas, et alias horas canonicas, in capella collegii memorati	68
43. De exequiis et distributionibus faciendis in iisdem	72
44. De silentio tenendo in capella, ne impediatur psallentes et legentes in eadem.	76
45. De numero presbyterorum et aliorum ministrorum servientium in capella, ac de officiis, servitiis, et stipendiis eorundem	76
46. De ordine standi in choro dictæ capellæ	79
47. Quod in majoribus collegii negotiis Custos habet requirere consensum Sociorum	80
48. Quod maneria, possessiones, advocaciones, et patronatus ecclesiarum non alienentur	80
49. Quomodo præfici debeant annis singulis tres Socii de collegio, qui bursarii debeant nuncupari, et de ipsorum officio	81
50. De sigillo et arcis communibus	83
51. De cista communi ad utilitatem Custodis ac singulorum Sociorum et scholarium collegii Oxoniæ ordinata	86
52. De dispositione camerarum	88
53. De sustentatione et reparatione capellæ et aulæ collegii, et aliorum ædificiorum ejusdem	89
54. De computo ministrorum omnium intrinsecorum et extrinsecorum, et quo tempore anni reddi debeant	90
55. Infra quod tempus Socii et ministri, qui tenentur ad computum, debeant solvere sua arreragia	92
56. Quomodo auditores computi habeant alii Socii statum collegii post computum intimare	92
57. Quomodo bursarii, redditus ipsorum computis, tenentur claves officiorum suorum Custodi liberare et tradere	93
58. De indenturis computorum in computo fiendis in custodia Vicecustodis et bursariorum remanere debentibus	93
59. Quod omnia ministeria dicti collegii fiant per masculos, quantum possint	94
60. De scrutiniis seu capitalis ter in anno in collegio celebrandis	94
61. De libris collegii conservandis et non alienandis	97
62. De custodia librorum statutorum collegiorum Oxoniæ ac prope Wintoniam	98
63. De saltibus, luctationibus, et aliis ludis inordinatis, in capella vel aula non fiendis	99
64. Quod non fiat acceptio personarum per aliquem in collegio	101
65. De portis et ostiis dicti collegii statutis temporibus claudendis et serandis	102
66. Quod Socii perpetui non transferant se ad alia collegia sæcularium scholarium clericorum infra regnum Angliæ, et de pœnis delinquentium contra ipsum articulum vel articulos alios elicitos de statutis et ordinationibus antedictis, seu contravenientium iisdem statutis vel articulis quovismodo	103
67. De Visitatione Episcopi Wintoniensis per se et ejus commissarios in dicto collegio faciendâ	110
68. Finis et conclusio omnium statutorum	112

LIBER STATUTORUM COLLEGII BEATÆ MARIÆ
WINTONIÆ IN OXONIA,
VULGARITER NUNCUPATI NEW COLLEGE.

IN nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, necnon Beatissimæ Mariæ Virginis gloriosæ, omniumque Sanctorum Dei. Nos Willielmus de Wicham, permissione divina Wintoniensis Episcopus, de summi rerum opificis bonitate confisi, qui vota cunctorum in eo fidentium cognoscit, dirigit et disponit, de bonis fortunæ, quæ nobis in hac vita de suæ plenitudinis gratia tribuit abundanter, duo perpetua collegia; unum videlicet collegium perpetuum pauperum et indigentium scholarium clericorum, in studio Universitatis Oxoniæ, Lincolnensis diœceseos, in diversis scientiis et facultatibus studere ac proficere debentium, *Saint Mary College of Winchester in Oxenford*, vulgariter nuncupatum; et quoddam aliud collegium perpetuum aliorum pauperum et indigentium scholarium clericorum grammaticam addiscere debentium, prope civitatem Wintoniæ, *Saint Mary College of Winchester*, similiter nuncupatum; ad laudem, gloriam et honorem, nominis Crucifixi ac gloriosissimæ Mariæ matris ejus, sustentationem et exaltationem fidei Christianæ, Ecclesiæ sanctæ profectum, divini cultus, liberaliumque artium, scientiarum et facultatum augmentum, auctoritate Apostolica et Regia, ordinavimus, instituvimus, fundavimus et stabilivimus; prout in chartis et literis nostris patentibus super ordinationibus, institutionibus ac foundationibus, collegiorum ipsorum confectis, plenius continetur. Unde nos volentes aliqua, quæ in presenti nostræ occurrunt memoria, facere, statuere ac etiam ordinare, quæ dicto nostro collegio Oxoniæ scholaribus, clericis, et personis aliis, ac possessionibus et bonis ejusdem collegii, necnon salubri regimini eorundem, necessaria et utilia reputamus, et quæ doctrinam, incrementum et profectum, ipsorum respicere dignoscuntur, Christi nomine primitus invocato, ad futuram et perpetuam rei memoriam ad eam procedimus in hunc modum.

RUBRICA 1.—*De totali numero scholarium, clericorum, presbyterorum et aliorum ministrorum capellæ dicti Collegii Oxoniæ, et studentium numero particulari in diversis scientiis et facultatibus in eodem.*

Of the number
of Scholars.

Imprimis, siquidem, ut sacra scriptura seu pagina, scientiarum omnium aliarum mater et domina, sua liberius ac præ cæteris dilatet tentoria, et cum ea pacifice militet utriusque juris, canonici, videlicet, et civilis, facultas, nec philosophia desit pro cæteris imbuendis, præfatum nostrum Oxoniæ collegium in et de numero unius Custodis ac septuaginta pauperum indigentium scholarium clericorum, in dictis scientiis et facultatibus studere debentium, subsistere statuimus ac etiam ordinamus, et sic ipsum volumus, Deo propitio, perpetuo permanere; ut sicut ipsum collegium de diversis quas in unum congregabit personis existere dignoscetur, sic in eodem Collegio vigeat per Dei gratiam scientiarum diversitas et etiam facultatum, philosophiæ scilicet, jurium civilis et canonici, et ut præcipue ferventius ac frequentius Christus evangelizetur, et fides cultusque divini nominis augeatur et fortius sustentetur, sacræ insuper theologiæ: ut sic dilatetur laus Dei, gubernetur ecclesia, rigor atque fervor Christianæ religionis calescant, scientiæ quoque et virtutes amplius convalescant; necnon ut generalem morbum militiæ clericalis, quam propter paucitatem cleri, ex pestilentibus, guerris et aliis mundi miseris, contingentem, graviter vulneratam conspeximus, desolationi compatiennes tam tristi partim allevare possimus, quem in toto sanare veraciter non valemus: ad quod revera pro nostro parvitas modulo nostros apponimus libenter labores. Et insuper ut Custos, scholares et Socii, dicti nostri collegii; quod ad sui regiminis rectitudinem et munimen, viros diversarum scientiarum et facultatum, qui collegium ipsum ejusdemque possessiones spirituales ac temporales, libertates et jura, impugnare volentibus resistere sciant et valeant, ex adverso habere indiget eruditos; et, exercitati jugiter in scientiis et facultatibus supradictis, viros de seipsis continue reperiant circumspectos, providos et discretos, ac aliis extraneis verisimiliter diligentiores, fideliores, et etiam promptiores ad conservandum, tuendum et viriliter defendendum, res et bona, terras, redditus, et possessiones alias spirituales et temporales, libertates et jura quæcunque collegii memorati, causas quoque, lites et placita, occasione præmissorum emergentia, prosequendum et fideliter defendendum, necnon ad faciendum, procurandum, exercendum et etiam exequendum, omnia alia et singula ipsius collegii negotia, quæ pro ejus tranquillitate, utilitate, commodo et honore occurrerint, et fuerint facienda: cupientes præterea, quod, sicut præfati scholares, clerici, prædictis diversis scientiis et facultatibus intendentes, per collationes et communicationes mutuas ubique inveniant quod addis-

cant, et proficientes continue in eisdem semper fiant, ut convenit, meliores; sic quoque multitudinis ipsorum ad unum finem tendentium sit semper cor unum et anima una; quodque per ipsorum conversationes laudabiles, Deo gratas, eorum corda divini amoris ignita radiis dilectionis fraternæ favore ac mutæ charitatis dulcedine citius ac ferventius copulentur, ut sic, propitiationis divinæ assistente clementia, dictum nostrum collegium, tot scientiarum ac facultatum viris præditum et fulcitum, firmius, securius, quietius atque fortius, in pacis pulchritudine feliciter persistere valeat et perpetuo permanere:

Statuimus proinde ut scholarium clericorum prædictorum decem jura civilia, et alii decem jura canonica audire, et in ipsorum jurium separatim facultatibus cum effectu studere, debeant et etiam teneantur, nisi cum id fieri non poterit propter causas inferius describendas; videlicet, cum de numero in facultate juris civilis sic studentium quis se faciat ad sacerdotium promoveri ante tempus nostris ordinationibus et statutis inferius limitatum, et sic jura civilia publice ulterius audire non valens ad facultatem juris canonici necessario se divertere oportebit; vel si quis de ipsa facultate juris civilis existens, post lecturam libelli Institutionum completam, antequam in ipsa facultate gradum Doctoratus assumat, ad facultatem juris canonici, ut in eadem facultate ad sui et dicti Collegii utilitatem pariter et honorem proficiat, effectualiter transferatur: tunc demum in utroque casu prædicto præfatum civilistarum decennarium numerum minui, dictumque decennarium canonistarum numerum per tres hujusmodi præcise personas, simul vel etiam successive, prout opus fuerit, permittimus augmentari.

Of the number of Scholars to study civil and canon law.

Alteration of relative numbers. 1st. by increase of Canonists;

Cum vero dictum canonistarum numerum decennarium minui contigerit quovismodo; si de numero in jure civili tunc studentium tot non reperiantur habiles vel idonei quot possint illa vice supplere deficientem numerum decennarium canonistarum prædictum; ut puta quia in facultate juris civilis, juxta formam nostris ordinationibus et statutis inferius limitatam, graduati non fuerint; tunc enim præfatus decennarius civilistarum numerus per tot augeatur personas quot poterunt supplere deficientem numerum vicennarium supradictum in dictis duabus facultatibus requisitum: aut quia in ipsa facultate juris civilis illo anno gradum Doctoratus fuerint realiter et effectualiter assumpturi: tunc vero præfatus decennarius civilistarum numerus per tres solummodo, simul vel etiam successive, personas prout opus fuerit, consimiliter augeatur; dictorum canonistarum diminutione decennarii per nos superius limitati numeri non obstante. Ita quod in prædictis duabus, canonici, videlicet, et civilis jurium, facultatibus sit semper studentium viginti complete numerus personarum; nisi, deficientibus canonistis, nullus fuerit in jure

2nd, by diminution of Canonists.

Joint number to be always twenty.

Case of exception.

civili graduatus ad juris canonici facultatem transferendus: in quo casu dictum vicennarium numerum de civilistis volumus adimpleri, quosque aliquis dictorum civilistarum fuerit graduat, ad jus canonicum merito transferendus. Reliquos vero numerus, videlicet quinquaginta, artes, seu philosophiam ac theologiam, particulariter ac diligenter audiant et addiscant. Permittimus nihilominus quod duo ex ipsis scientiæ medicinæ, dum tamen Doctor actualiter regens fuerit in facultate eadem, et alii duo duntaxat scientiæ astronomiæ vacent pariter et intendant.

Two Scholars to study medicine, and two astronomy.

Respecting Students in medicine:

Nolentes tamen, quod aliquis ad medicinæ facultatem se convertat, nisi de voluntate et consensu Custodis et Decani facultatis theologiæ, et nisi prius in artium facultate seu scientia realiter inceperit, et formam compleverit in eadem Universitate Oxoniæ requisitam. Quos sic in facultate medicinæ studentes, si Doctor in facultate ipsa actualiter regens non fuerit, ad studium theologiæ convertere se volumus ac proficere in eodem.

Exhortation to Scholars to prosecute their studies diligently, etc.

Volumusque ac præcipimus, et eos omnes et singulos scholares et Socios in visceribus Jesu Christi ac sub obtentu felicitatis vitæ præsentis pariter et futuræ obsecramus et in Domino exhortamur, ut in sustentationem et augmentum cultus divini, statum et honorem Ecclesiæ sanctæ Dei, singuli ipsorum studio in scientiis et facultatibus quibus institerint diligenter intendant; necnon ad proficiendum, procedendum, gradusque assumendum, et ad finaliter incipiendum, juxta statuta et ordinationes infrascriptas, in singulis scientiis seu facultatibus quibus insistent, se præparent, habilitent et festinent, et ad hoc omnem diligentiam adhibeant, et quilibet ipsorum adhibeat, juxta posse.

Appointment of ten Priests and ten stipendiary Clerks for the chapel.

Statuentes præterea ac etiam ordinantes, quod, præter et ultra numerum unius Custodis et septuaginta scholarium prædictorum, sint semper et continue decem presbyteri et tres clerici stipendiarii capellæ prædictæ ministri, servientes quotidie in eadem, sufficientis literaturæ, ac bonæ conditionis, et conversationis honestæ, vocem competentem habentes, in lectione et cantu sufficienter instructi; necnon sexdecim pueri scientes competenter legere et cantare, sicut et prout in aliis nostris statutis inferius plenius est expressum.

And sixteen boys for Choristers.

R. 2.—*Quales et qui sunt eligendi in [nostrum] collegium Oxoniæ supradictum.*

Item, cum juxta veteris atque novi sacram paginam Testamenti, divina et humana jura, regni quoque Angliæ leges et consuetudines, illi de genere nostro et sanguine patrimonium nostrum, dominia, maneria, advocaciones ecclesiarum, et pos-

sessiones alias temporales quascunque, quæ habuimus et alias de bonis nobis a Deo collatis gravibus sumptibus et laboribus acquisivimus, essent juste habituri et in eadem debite successuri: cumque patrimonium, dominia, maneria, advocaciones ecclesiarum, et alias possessiones hujusmodi, ut Jesum Christum filium Dei vivi hæredem mihi constituerem, prædictis Custodi et scholaribus clericis collegii nostri Oxoniæ, pro sustentatione ipsorum in diversis scientiis et facultatibus, prout superius est expressum, studere debentium, et in exaltationem fidei Christianæ, cultusque divini augmentum in Ecclesia sancta Dei, dederimus et concesserimus intuitu caritatis: nos juxta doctrinam Doctoris Gentium primo nostris domesticis providere volentes, ut qui ex præmissis donatione et concessione nostris gravati existunt, in alio se sentiant relevatos, et ne pœna duplici conterantur; statuimus, ordinamus et volumus, quod in omni electione scholarium prædictorum futuris temporibus in dictum nostrum collegium Oxoniæ facienda, principaliter et ante omnes alios ille ac illi qui sunt vel erunt de consanguinitate nostra et genere, si qui tales sint, dum tamen competenter in grammatica eruditi existant, ubicunque fuerint oriundi seu moram traxerint, per viam specialis prærogativæ in verum et perpetuum Socium vel veros et perpetuos Socios, per Custodem et Socios ejusdem collegii, virtute juramenti præstiti in eorum admissione, absque difficultate qualibet seu aliquo probationis tempore admittantur, et de bonis communibus dicti nostri collegii, sicut cæteri veri Socii et perpetui ejusdem, honeste et debite sustententur.

Preference of
Founder's kin
in election of
Scholars.

Et quia inter opera misericordiæ Christus præcipit pauperes recipere in hospitia, illosque in sua indigentia misericorditer refovere, quod nos ad memoriam reducentes, et Christi præcepta sequi corditer affectantes, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli in collegium nostrum Oxoniæ ad annos probationis eligendi post nostros consanguineos sint pauperes indigentes scholares clerici, primam tonsuram clericalem habentes, bonis moribus ac conditionibus perornati, sufficienterque in grammatica eruditi, et conversatione honesti, ad studium habiles et idonei, et in studio proficere cupientes, in nulla scientia graduati, aliove collegio collegiati nisi solummodo in collegio nostro prope Wintoniam, juxta modum et formam inferius describendos: qui, et non alii, in dictum nostrum collegium eligantur et pro probationis tempore admittantur.

Qualifications
for Scholars.

Item, quia summe affectamus et volumus quod numerus scholarium et Sociorum in dicto collegio nostro Oxoniæ per nos superius institutus plene ac perfecte, per Dei gratiam, perpetuis futuris temporibus sit completus; ac considerantes attente quod grammatica, quæ prima de artibus seu scientiis liberalibus reputatur, fundamentum, janua et origo, omnium

Of the College
at Winchester.

aliarum liberalium artium ac scientiarum existit, quodque sine ea cætera artes seu scientiæ perfecte sciri non possunt, nec ad earum veram cognitionem ac perfectionem quisquam poterit pervenire; ea propter, divina favente clementia, de bonis nobis a Deo collatis, unum aliud collegium prope civitatem Wintoniæ, ut superius memoratur, instituimus, fundavimus et stabilivimus, in et de numero unius Custodis septuagintaque pauperum indigentium scholarium clericorum, tam de sanguine nostro et genere quam de aliis, grammaticam addiscere, et in ipsa arte seu scientia grammaticali studere et per Dei gratiam proficere, debentium in eodem, prout in statutis et ordinationibus ipsius nostri collegii prope Wintoniam plenius continetur. Cupientesque ut in ipso nostro collegio prope Wintoniam dulcis et suavis doctrinæ ipsius primitivæ scientiæ potus reperiat lacteus, quo tenera ipsorum nutriatur infantia, quantenus ejusdem scientiæ primitivæ melleo rore dulciter degustato virescat, et progressu placido exercitii solliciti florere cogatur, ac demum, coruscantibus radiis et inflammatis caloribus perfectionis studii grammaticalis, ad concipiendum facilius solidum cibum, quo robusta perfectiorum juvenus virtutum suscipiat incrementa, reddatur promptior; necnon, ad veram cognitionem mysterii scripturarum studiose provecta, in ecclesia sancta Dei fructus producat fertiles et maturos: quodque idem collegium nostrum prope Wintoniam, principium et origo collegii nostri Oxoniæ prædicti, velut hortus irriguus ac vinea pubescens in gemmas ipsum collegium nostrum Oxoniæ fructifera prole fœcundet, flores et fructus mellifluos in vinea Domini sabaoth per ipsius gratiam allaturum:

Scholars from
Winchester to
be elected to
the College at
Oxford;

Idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod, consanguineis nostris deficientibus, seu alias, propter defectum numeri eorundem, numerum deficientium scholarium et Sociorum in dicto nostro collegio Oxoniæ supplere non valentibus, primo pauperes scholares clerici de collegio nostro prædicto prope Wintoniam qui per annum steterint in eodem, si toti habiles [ad tunc] inibi reperiantur, alioquin illi qui prius fuerant in eodem per annum eruditi, sufficienterque probati, habiles et idonei, secundum conditiones superius et inferius recitatas, dum tamen tempore electionis hujusmodi, ut examinari possint, in collegio nostro prope Wintoniam præsentem existant, in ipsum collegium nostrum Oxoniæ eligantur, et ad duos annos probationis etiam admittantur, quoties electio, de qua inferius statuatur, immineat faciendæ: volentes tamen quod in hujusmodi electione, ut præmittitur, faciendæ, consanguineis nostris hujusmodi deficientibus, illi de locis et parochiis in quibus possessiones spirituales et temporales collegiorum nostrorum Oxoniæ et prope Wintoniam existunt præ cæteris [eligantur]; quibus etiam deficientibus, tunc pauperiores indigentes scholares clerici oriundi de diœcesi Wintoniæ primo, deinde seriatim de comitatibus

and admitted
to two years of
probation.

Preference of
natives of
places where
the Colleges
hold estates,
&c.

Oxoniam, Berks, Wilts, Somerset, Bucks, Essex, Middlesex, Dorset, Kant,* Sussex, et Cantabrigiam, et postea de aliis partibus quibuscunque regni Angliam existentes, cum tamen de dicto collegio nostro prope Wintoniam fuerint, et in eodem per annum eruditi, si secundum conditiones et qualitates superius recitatas habiles et idonei reperti fuerint, ad dictum collegium Oxoniæ eligantur et etiam admittantur.

Statuentes insuper, quod nullus qui vicesimum ætatis suæ annum excedit, nec aliquis qui quintumdecimum ætatis suæ annum non compleverit, in dictum nostrum collegium Oxoniæ eligatur nec etiam assumatur; præter illos qui sunt et erunt de

Limit of age for a Scholar.

nostro sanguine et genere procreati, quos volumus in dictum collegium nostrum Oxoniæ recipi, dum tamen tricesimum ætatis suæ annum non excedant, si morigerati et in grammatica eruditi existant, prout de eisdem superius est expressum.

Extension of limit in favour of Founder's kin.

Statuentes præterea, quod nullus qui morbo incurabili laboraverit, vel qui mutilationem membrorum enormem et apparentem, seu defectum patitur corporalem vel alium ex suo facto vel culpa proveniente, propter quem redditur omnino inhabilis ad sacros ordines suscipiendos, in ipsum collegium nostrum Oxoniæ eligatur seu etiam admittatur.

Circumstances disqualifying for scholarships.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus habens terras, tenementa, possessiones vel annuos redditus, spirituales aut temporales, quorum redditus et proventus quinque mar-

Incomes above five marks.

carum sterlingorum valorem annum excedant, in dictum Oxoniæ collegium eligatur vel etiam admittatur; nostris consanguineis supradictis duntaxat exceptis, quos in dictum nostrum collegium Oxoniæ recipi volumus et admitti in veros Socios, ut præfertur, etiamsi habeant possessiones spirituales aut temporales, quorum redditus et proventus viginti marcarum sterlingorum supportatis oneribus valorem annum non excedant.

If of Founder's kin twenty marks.

R. 3.—*De tempore et modo supervisionis et scrutinii fiendis in collegio nostro prope Wintoniam, et forma electionis scholarium de eodem ad collegium Oxoniæ.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod singulis annis, inter festum Translationis Sancti Thomæ Martyris et primum diem mensis Octobris proxime tunc sequentem, Custos collegii nostri Oxoniæ et unus de discretioribus Sociis ejusdem collegii, gradu Magistratus in facultate philosophiæ, seu in theologia graduatus, ac unus alius gradu Doctoratus aut baccalaureatus in facultate juris civilis aut canonici, per Custodem, Vicecustodem, quinque Decanos, tres bursarios, et quinque alios dicti collegii seniores, quorum quinque seniorum

The Warden of the College at Oxford and others to inquire yearly into the condition and conduct of the College at Winchester.

* Instead of "Kant," the Hargrave MS. reads "Lancaster."

unus civilista et alius canonista existunt, concorditer eligendi, vel, ipso Custode legitime aut rationabiliter impedito, ipsius collegii Vicecustos et duo Socii electi prædicti sumptibus collegii nostri Oxoniæ accedant ad collegium nostrum prope Wintoniam, sic quod sex equorum numerum non excedant; et ibidem super regimine ipsius collegii Custodis ac Magistri in grammatica informatoris, hostiarii sub ipso, scholariumque et aliarum personarum degentium in eodem, ac super informatione doctrinæ et profectu scholastico scholarium ipsius collegii, et qualiter in victualibus provideatur eisdem, ac super aliis articulis in statutis ejusdem collegii Wintoniæ contentis, diligenter inquirent et scrutinium faciant; corrigenda et reformanda etiam in eodem, juxta statuta præfata, et secundum quod pro utilitate, honore, honestate ac felici regimine præfati collegii prope Wintoniam et personarum ejusdem, melius viderint expedire, corrigant et reforment. Et si forsitan aliqua ibidem invenerint corrigenda quæ absque gravi incommodo per se corrigere non poterint aut debite reformare, ea quam cito ad id obtulerit se facultas, infra mensem proxime tunc sequentem, domino Wintoniæ episcopo qui pro tempore fuerit, vel ejus vicario in spiritualibus generali, aut sede vacante Custodi spiritualitatis episcopatus ejusdem, denuntient, per ipsorum aliquem corrigenda et debite reformanda; et pro reformatione, correctione ac punitione, debitis eorundem diligenter insistant et prosequantur etiam juxta posse: quorum omnium conscientias in hac parte apud Altissimum arctius oneramus.

Volentes præterea, quod dictus Custos collegii Oxoniæ, vel in absentia illius Vicecustos, per literas suas sigillatas et certum eorum nuntium literas hujusmodi deferentem, præmuniat in collegio prope Wintoniam, et non alibi, Custodem si præsens fuerit, et magistrum informatorem collegii nostri prædicti prope Wintoniam, aut, ipso Custode absente, Vicecustodem et magistrum prædictum, de die quo in eodem Collegio præmissa facere et exercere, vel ad electionem, de qua inferius fit mentio, procedere voluerit, per septem hebdomadas antequam Wintoniam perveniat pro iisdem: quibus quidem literis præmunitionis per eosdem receptis, iidem Custos vel Vicecustos et Magister informator præfatum Custodem vel Vicecustodem collegii Oxoniæ de die receptionis literarum hujusmodi per eundem nuntium literatorie certificent indilate.

Et ut dicti Scholares collegii prope Wintoniam, necnon illi qui prius scholares fuerant in eodem, tempore electionis prædictæ personaliter valeant interesse, examinationem in hac parte subituri, eos de tempore electionis hujusmodi per Custodem vel Vicecustodem et magistrum informatorem prædictum, per sedulas in duabus majoribus portis et valvis capellæ dicti collegii borealibus affigendas, infra duos dies a die receptionis literarum prædictarum continue annumerandos volumus præmuniri.

Power to correct and reform.

To report to the Bishop of Winchester certain matters requiring correction, &c.

Notice to be given by the Warden of Oxford to the Warden, &c., of Winchester of a visitation or election.

Notice of an election to be affixed to the doors of the chapel of the College at Winchester.

Quo quidem supervisionis et scrutiniis tempore, volumus quod, si totalis numerus scholarium et Sociorum in dicto collegio nostro Oxoniæ, nostris statutis limitatus, in uno, duobus aut pluribus, etiam quotcunque, fuerit diminutus, tunc supervisores prædicti, una cum Custode et Vicecustode et Magistro informatore scholarium ejusdem collegii prope Wintoniam, statim post supervisionem et scrutinium supradicta, pauperes scholares de dicto collegio nostro prope Wintoniam, et, si opus fuerit, alios qui prius fuerant in eodem, diligenter et fideliter examinent super sufficientia literaturæ in grammatica, conditionibus, moribusque ac qualitatibus superius limitatis: qua examinatione sic facta, et habilitate sufficientiaque ipsorum scholarium in præmissis omnibus et singulis per communem consensum dictorum examinantium approbatis, de ipsis scholaribus magis idoneos tot eligant dicti examinantes ad dictum collegium nostrum Oxoniæ quot possunt supplere deficientem numerum in eodem, secundum ordinem personarum et locorum modumque et formam in proximo præcedenti statuto plenius recitatos, et eisdem in omnibus observatis.

¶ Volentes etiam et statuentes quod prædicti Socii dicti collegii nostri Oxoniæ, pro supervisione et electione prædictis, ut præmittitur, eligendi, postquam electi fuerint, in præsentia ipsos eligentium, quod omnia et singula superius et in statuto de electione scholarium in collegium nostrum prope Wintoniam facienda recitata, odio et favore, invidia, timore, prece ac pretio, postpositis quibuscunque, quantum ad ipsos pertinet fideliter facient et diligenter etiam exercebunt, tactis et inspectis per ipsos sacrosanctis Evangeliiis, præstent corporaliter juramentum; quodque Custos collegii nostri prope Wintoniam ac ipsius Vicecustos, et præfatus magister in grammatica informator, antequam ad examinationes et electiones hujusmodi procedatur, in præsentia Custodis collegii nostri Oxoniæ et Sociorum prædictorum, aut, ipso Custode absente, Vicecustodis et Sociorum eorundem, tactis et inspectis per ipsos sacrosanctis Evangeliiis, præstent consimile juramentum.

¶ Et ut totalis numerus scholarium nostri collegii Oxoniæ citius et facilius impleatur, ac semper integre, per Dei gratiam, conservetur, statuimus, ordinamus et volumus, quod, si in examinatione prædicta, ultra numerum ad collegium [nostrum] Oxoniæ requisitum, plures de scholaribus ipsius collegii prope Wintoniam et aliis qui prius fuerant in eodem reperiantur habiles et idonei ad ipsum Collegium Oxoniæ, si opus fuerit, merito eligendi et etiam assumendi, ad ipsum collegium Oxoniæ nominentur, et de nominibus ac cognominibus omnium scholarium eorundem inter Custodem collegii nostri Oxoniæ et Socios electos et juratos prædictos, seu, ipso Custode absente, inter Vicecustodem ipsius collegii et eosdem Socios ex parte

una, et Custodem collegii nostri prope Wintoniam ac Vice-

Of the examination and election of Scholars at Winchester to Scholarships at Oxford.

Oath to be taken by examining Fellows.

And by the Warden, Vice-warden, and Master of the College at Winchester.

Indentures of names of Scholars of Winchester approved by Examiners, over and above the number required for vacancies at Oxford.

Vacancies occurring previously to the next examination to be supplied from this list.

On announcement of vacancies, notice to be given to Scholars of Winchester who are entered in the indentures to repair to Oxford.

Certificate to be sent with them by the Warden, &c. of Winchester.

Scholars so nominated to be admitted forthwith as probationary Scholars.

The first on the list to be first admitted.

custodem et magistrum informatorem ejusdem ex parte altera, tempore prædicto annuatim fiant mutuo indenturæ. Ita, videlicet, ut eorum nomina et cognomina eo ordine in dictis indenturis scribantur quo magis idonei reperiuntur in examinatione prædicta, secundum ordinem, condiciones et qualitates, supra in statuto proximo recitatas; ut si forsan ante tempus supervisionis inibi proximo faciendæ numerum dicti collegii nostri Oxoniæ minui contigerit, ad intimationem Custodis vel Vicecustodis ejusdem collegii Oxoniæ Custodi ac magistro informatori collegii nostri prope Wintoniam, seu [ipso Custode absente] Vicecustodi et magistro eidem per eorum literas faciendam, quam infra tres dies a tempore diminutionis numeri prædicti fieri volumus et statuimus, de personis eisdem numerus sic deficiens statim absque electione aliqua poterit et debeat adimpleri. Quas quidem examinationem et nominationem scholarium et indenturas singulis supervisionum temporibus fieri volumus, quamvis totalis numerus scholarium vel Sociorum collegii nostri Oxoniæ tempore examinationis prædictæ non fuerit diminutus. Dictis vero literis intimationis per Custodem seu Vicecustodem collegii nostri prope Wintoniam et magistrum informatorem prædictum receptis, idem Custos seu Vicecustos et magister scholares in dictis indenturis nominatos, ordine illo quo scripti fuerint in eisdem, si superstites existant et laborare valeant, alioquin scholares alios in dictis indenturis nominatos etiam eodem ordine quo scripti fuerint in indenturis prædictis, infra unum diem a tempore receptionis literarum hujusmodi, absque dolo et fraude seu malo ingenio, per schedulas, ut præfertur, præmuniant, quod infra octo dies proxime tunc sequentes ad collegium nostrum Oxoniæ, ut inibi admittantur, sine ulteriore dilatione quacunque personaliter accedant. Iidemque Custos seu Vicecustos et magister præfatis Custodi seu Vicecustodi collegii Oxoniæ per suas literas nomina et cognomina scholarium quos transmittunt, ac illorum pro quibus eis scriptum fuerat in casu quo alios miserint, causamque missionis suæ continentes, distincte certificent et aperte, ipsas literas per scholares eosdem transmittentes.

Quos quidem scholares sic nominatos, necnon et scholares alios tempore supervisionis prædictæ, ut præmittitur, electos, cum ad dictum collegium Oxoniæ accesserint, Custos et Socii ejusdem collegii, seu in ipsius Custodis absentia Vicecustos et iidem Socii, primo die adventus eorum vel in crastino ad ultimum, in virtute juramenti dicto collegio Oxoniæ per eos præstiti, in scholares ipsius collegii Oxoniæ ad annos probationis admittere debeant et etiam teneantur, statuto de prærogativa consanguineorum nostrorum superius edito in omnibus semper salvo. Hoc quoque proviso, quod de nominatis hujusmodi venientibus ad collegium Oxoniæ illi primo admittantur qui in indenturis et literis responsivis hujusmodi primo scripti

fuerint et etiam nominati. Quo insuper supervisionis tempore, alii pueri et choristæ capellæ ibidem, in lectura, plano cantu et antiquo Donato, competenter instructi, et infra ætatem nostris statutis limitatam constituti, per dictos examinatores et supervisores examinentur; et qui habiles et idonei reperti fuerint eligantur, de quibus numerus scholarium ibidem tunc deficiens impleatur; cæterorumque puerorum, sic, ut præfertur, instructorum et examinatorum, nomina et cognomina in indenturis prædictis scribantur, quos ordine illo quo in indenturis prædictis scripti et nominati fuerint in dictum collegium prope Wintoniam per Custodem, vel in ipsius absentia Vicecustodem, et magistrum informatorem prædictos recipi volumus loco scholarium ad collegium nostrum Oxoniæ, ut præmittitur, mittendorum, decedentium, seu alias recedentium ab eodem.

Examination of boys and choristers of the chapel at Winchester, to fill up the vacancies in the College there.

Et si forsitan numerus septuaginta Sociorum vel scholarium in collegio Oxoniæ limitatus per sex vel plures ante primum diem mensis Maii proxime tunc sequentis fuerit diminutus, et per nominatos in dictis indenturis nequeat adimpleri, statuimus, ordinamus et volumus, quod tunc Custos collegii nostri Oxoniæ ac duo Socii ejusdem collegii in hoc casu, forma qua præmittitur electi et jurati, vel, ipso Custode absente seu alias impedito, Vicecustos et Socii prædicti, ad collegium nostrum prope Wintoniam accedant, pro electione et nominatione scholarium facienda ad numerum scholarium collegii Oxoniæ deficientium supplendum, modo et forma superius limitatis; facta primitus quindecim dierum præmunitione per dictum Custodem collegii nostri Oxoniæ, vel in absentia sua per Vicecustodem ejusdem, per literas suas Custodi vel Vicecustodi collegii nostri prope Wintoniam de die adventus eorundem ad Wintoniam, et electionis tempore memoratæ; sic quod ante finem mensis Maii prædicti totalis numerus scholarium collegii nostri Oxoniæ effectualiter et realiter impleatur.

Case of more vacancies occurring than can be filled from those named in the indentures.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, quotiescunque aliqua electio pauperum scholarium clericorum ad collegium nostrum Oxoniæ de personis quibuscunque eligendis immineat facienda, ipsa electio omnino fiat in præfato collegio nostro prope Wintoniam, modo et forma superius recitatis, et non alibi quovismodo. Quodque nullus, cujuscunque status fuerit, conditionis vel generis, aliter aut alio modo eligatur, recipiatur, assumatur, aut ibidem moretur tanquam scholaris aut Socius, nec quicquam percipiat de dicto collegio ullo modo, quocunque exquisito titulo vel colore.

Election of Scholars to the College at Oxford always to be made in the College at Winchester.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si examinatores prædicti, in electione aliqua facienda, super approbatione habilitatis et sufficientiæ scholarium in præmissis inter se discordent, et in his infra tempus unius diei consentire nequeant quovismodo, tunc ille et illi habeantur in moribus et gram-

In case of the Examiners not being unanimous in an election, the majority to determine it.

matica aliisque prænotatis probati, habiles et electi, in quem vel in quos major pars ipsorum examinantium consenserit: quos quidem scholares sic electos Custos et Socii dieti collegii Oxoniæ, seu in ipsius Custodis absentia Vicecustos et iidem Socii, ut præfertur, admittere teneantur.

Charges of Warden and Fellows of the College at Oxford, when engaged in an election, to be defrayed by the College at Winchester.

Volentes, præterea, quod Custos, Vicecustos et Socii prædicti collegii nostri Oxoniæ, quamdiu pro scrutinio, electione scholarium, cæterisque præmissis, in præfato nostro collegio prope Wintoniam extiterint, sumptibus et de bonis ejusdem collegii prope Wintoniam in esculentis et poculentis, tam pro se et servitoribus suis quam pro equis eorum, debite procurentur, ita quod sex electionum numerum non excedant.

R. 4.—*Quod collegia prædicta juvent se mutuo in causis et litibus.*

The two Colleges to assist each other in suits and actions.

Et cum præfata duo nostra collegia, licet locis situata diversis, ex una stirpe prodeant, originaliterque ab uno fonte procedant, in substantia etiam non discrepent, quorum naturaliter non est diversus effectus, convenit, congruit, expedit atque decet, ut quæ cognatione vicina congaudent, unius ejusdemque nominis seu vocabuli titulo præsignantur, quoties opus fuerit mutuis se prosequantur suffragiis, et favoribus sibi invicem subveniant opportunis: idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod in actionibus, litibus, causis et controversiis, in quibuscunque curiis et locis, coram quibuscunque iudicibus ecclesiasticis vel sæcularibus, aut aliis amicabilebus compositoribus per collegiorum dictorum Custodes vel eorum alterum, aut contra eosdem Custodes seu ipsorum alterum, occasione bonorum, possessionum aut jurium, spiritualium vel temporalium, seu rerum mobilium et immobilium, ad dicta collegia vel ipsorum alterum spectantium, motis seu movendis, in sanis consiliis auxiliis et favoribus opportunis, ipsa collegia se invicem præveniant, et mutuis subventionibus ac patrocinis sibi succurrant. Custodesque, Socii et scholares, omnes et singuli, collegiorum ipsorum præsentis et futuri, ad favores, consilia et auxilia hujusmodi, sicut et prout ac quoties opus fuerit, cum super his congrue requisiti fuerint, alterutrum impendenda præsentis nostræ ordinationis et statuti vigore arctius obligati existant, et in virtute præstandi sive præstiti per eosdem dicto collegio juramenti efficaciter teneantur. Sicque gaudeant se mutua defensione munitos, quos in origine identitas, in numero paritas, in nominibus æqualitas, et (annuente Domino) mutuæ ac perpetuæ caritatis, integritas conformiter decorarunt. Nolentes quod aliquis de collegiis supradictis, prætextu alicujus præsidii seu impensi favoris, in casibus hujusmodi quicquam præter expensas rationabiles et necessarias exigat quovismodo.

Without charge, beyond necessary expenses.

Ordinantes, præterea, quod Custodes, Socii et scholares, utriusque collegii nostri supradicti ordinationes et statuta integra alterutrius collegii per nos edita et edenda penes se alterutrum habeant, nostro sigillata sigillo Quæ omnia et singula, iidem Custodes, et Socii et scholares, omnes et singuli, quantum ipsa ordinationes et statuta eos communiter vel divisim seu singulariter concernunt, inviolabiliter in perpetuum observare arctius teneantur et debeant; et ad ea sic, ut præmittitur, observanda tam Custodes quam etiam omnes et singulos dictorum collegiorum Socios et scholares arctari volumus sub ipsorum debito juramento.

The Warden, Fellows, and Scholars of either College to have copies of the Statutes of the other.

R. 5.—*De juramento scholarium admittendorum in collegium Oxoniæ ad annos probationis.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod electus quilibet ad annos probationis in collegium nostrum Oxonia, in ejus admissione primaria ad annos probationis, publice in præsentia Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, ac sex vel ad minus quinque aliorum Sociorum graduatorum dicti collegii, tactis per ipsum corporaliter sacrosanctis Evangeliiis, juret personaliter sub hac forma: "Ego N., ad annos probationis in collegium Sanctæ Mariæ Wintoniæ in Oxonia electus, juro quod non habeo aliquid de quo mihi constat, unde possum expendere annuatim ultra quinque marcas sterlingorum. Item, si contingat me scire aliqua secreta ipsius collegii vel collegii Sanctæ Mariæ prope Wintoniam, ipsa in damnum sive præjudicium eorundem collegiorum non revelabo ad extra. Item, quod ad dictorum collegiorum meliorationem, augmentationem honorum, terrarum, possessionum, reddituum, et jurium eorundem conservationem et defensionem, promotionem, ac expeditionem negotiorum dictorum collegiorum quorumcunque, ad quemcunque statum in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo et pro eisdem fideliter laborabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem seu annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate in præsentibus statutis et ordinationibus limitati, contra formam statutorum eorundem, vel ea fieri permittam secundum meum posse, aut eisdem consentiam quovismodo. Item, quod omnia statuta et ordinationes dicta collegia concernentia, per reverendum in Christo patrem dominum Willielmum de Wiccam, Fundatorem ipsorum collegiorum, edita seu edenda, secundum planum, literalem et grammaticalem, intellectum ipsorum, quantum ad me pertinet, tenebo et inviolabiliter observabo, ac quantum in me fuerit, faciam ab aliis teneri et etiam observari. Quodque nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes,

Oath of one elected a Probationary Scholar in the College at Oxford. Annual income.

College secrets. Defence and assistance of the Colleges.

Diminution of number prescribed for any science or faculty.

Observance and interpretation of Founder's Statutes.

immutationes, injunctiones, declarationes aut expositiones, alias præsentibus ordinationibus et statutis, vel qualitercunque vero intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quemcunque seu quoscunque alium vel alios quam per dictum reverendum patrem Willielmum de Wiccam, Fundatorem prædictum, fiendas vel fienda, quomodolibet acceptabo. vel ad ea consentiam, aut ipsa aliquid admittam, nec iisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar in collegiis prædictis vel extra, tacite vel expresse. Item, quod non ero detractor susurro, seu faciens obloquia, aut provocans odium, iram, discordias, invidiam, contumelias, rixas vel jurgia, aut speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum, allegans; nec inter Socios eorundem collegiorum, aut alios Universitatis Oxoniæ scholares australes, aquilonares seu boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias qualitercunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa commovendi malitiose Socios vel scholares, aut scientias aliquas, faciam quovismodo tacite vel expresse. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confæderationes seu pactiones aliquas, ubicunque infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dicta collegia concernentia, vel contra ipsorum collegiorum statum, commodum et honorem, Custodes vel Vicecustodes vel aliquem Socium eorundem collegiorum, illicite faciam, nec ipsa procurabo seu permittam ab aliis fieri quantum in me fuerit quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel aliquid eorundem præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem; aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Et si aliquem vel aliquos scivero contrarium aut contraria procurantes, conspirantes, seu etiam facientes, ea Custodi, Vicecustodi, Decanis et bursariis, certificabo, et eos expresse præmuniam ore tenus vel in scriptis. Quodque tranquillitatem, pacem, utilitatem, commodum et honorem, dictorum Collegiorum, et Sociorum eorundem unitatem, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, viis et modis quibus potero, conservabo et ab aliis observari et fieri procurabo.

Item, si contingat me (quod absit), propter mea demerita, juxta exigentiam præsentium statutorum, a collegio Oxoniæ prædicto expelli seu etiam amoveri, nunquam ipsum collegium, Custodem, Vicecustodem, seu Socium aliquem ejusdem, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, prosequar, molestabo seu inquietabo, per me, alium vel alios, seu ab aliis prosequi, molestari seu inquietari, quomodolibet procurabo in foro ecclesiastico seu sæculari; sed omni actioni sæculari,

Detraction
and provoca-
tion of anger
and dissension.

Conspiracies
against the Sta-
tutes or Col-
leges.

Protection of
the peace and
honor of the
Colleges.

Renuntiation
of power of ap-
peal in case of
expulsion.

canonica et civili, appellationique et querelæ in ea parte fiendis, et quarumlibet literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, et quibuslibet juris et facti remediis aliis per quæ me petere possem in integrum restitui vel reconciliari, quantum ad jus et titulum seu possessionem in ipso collegio Oxoniæ vendicandum, in vim pacti renuntio expresse in præsentem, et renuntiabo in scriptis si exactus fuero in mea expulsionem prædictam. Item, quod omnia et singula ordinationes et statuta dictorum collegiorum, quatenus ipsa me concernunt, fideliter observabo; alioquin pœnas in non parentes in præmissis aut eorum aliquo in dictorum collegiorum ordinationibus et statutis inflictas et etiam ordinatas sine contradictione quacunque subibo et me humiliter subiturum promitto et fideliter observabo, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum dictorum. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta vel contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur, aut ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari aut fieri procurabo directe vel indirecte. Et si forsitan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis offerri aut concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, seu si generaliter vel specialiter aut alias sub quacunque forma verborum concessa, ipsa non utar, nec eidem consentiam quovismodo: sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia."

Submission to penalties in case of infringement of Statutes.

Dispensation from Oaths or Statutes.

De quo quidem juramento, locoque, mense, et die præstationis ejusdem juramenti, et anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi, una cum nominibus et cognominibus interessentium, statim fieri volumus protocollum, in instrumentum publicum redigendum per aliquem notarium, penes Custodem et Socios perpetuo custodiendum. Et ne bona dicti nostri collegii circa personas hujusmodi quæ literarum studio ad perfectum scholasticum et divini cultus augmentum insistere non intendunt, contra nostræ intentionis propositum, aut in exclusionem seu retardationem aliorum proficere cupientium, inefficaciter expendantur; statuimus, ordinamus et volumus, quod quilibet scholaris in collegium nostrum Oxoniæ ad annos probationis admittendus, antequam admittatur, juret quod proponit firmiter et intendit per quinquennium ad minus in dicto collegio permanere, insistendo per idem tempus ibidem studio literarum. Et si contingat eorum aliquem a collegio prædicto infra dictum quinquennium finaliter recedere, præterquam in casibus in statutis nostris limitatis, seu absque alia causa rationabili, necessaria et sufficienti, per Custodem, Vicecustodem, Decanos, bursarios et sex alios ejusdem collegii seniores et discretiores, quorum duo juristæ existant, approbanda, pro communis, emolumentis et proficuis aliis quibuscunque, a dicto nostro collegio per eum et nomine suo perceptis, eidem col-

The oath to be reduced into a public instrument.

Probationary Scholar to take oath that he intends to remain for five years in the College at Oxford.

To refund commons, etc, if he leave.

legio satisfacere debeat realiter et etiam teneatur. Nec admittatur aliquis electus quovismodo ad annos probationis in dictum nostrum collegium Oxoniæ, donec hujusmodi præstiterit juramentum.

One so admitted to probation not a Fellow.

Quem sic ad duos annos probationis admissum et juratum, scholarem dicti nostri collegii Oxoniæ non Socium, quoties de scholari in nostris statutis inferius fit mentio, volumus muncupari, ac sic declaramus intelligi de eodem. Quem etiam infra dictos duos probationis annos existentem consiliis interesse, aut officia aliqua ipsius collegii Oxoniæ gerere vel exercere, volumus quovismodo.

And not to hold office.

R. 6.—*De duobus probationis annis.*

Two years of probation required before admission as a Fellow, excepting Founder's kin.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod quilibet admissus in dictum nostrum collegium Oxoniæ, exceptis consanguineis nostris, duos annos in eodem habeat probationis antequam in verum Socium ejusdem collegii et perpetuum admittatur; quibus annis probari poterit, an ingenio, capacitate sensus, moribus, conditionibus et scientiis, dignus fuerit, habilis et idoneus ad proficiendum in studio ad honorem et commodum dicti collegii, et in eodem collegio perpetuo permanere.

R. 7.—*De admissione scholarium in veros Socios dicti collegii post annos probationis, et eorum juramento.*

Admission of Scholars to Fellows, after probation.

Item statuimus, ordinamus, et volumus, quod statim completis duobus probationis annis prædictis, convocatis per Custodem, vel in absentia ipsius per Vicecustodem, Sociis graduatis omnibus et singulis ipsius nostri collegii Oxoniæ tunc in Universitate præsentibus, idem Custos seu Vicecustos quærat singillatim vota singulorum graduatorum ipsorum palam et publice pro quolibet dictorum scholarium qui probationis annos compleverit memoratos: quo facto, quilibet scholaris qui se sic habuerit et gesserit in profectu scholastico, conditionibus, moribus et scientia, pro tempore probationis prædictæ, ac secundum conditiones et mores superius recitatos, quod juxta conscientiam, discretionem et judicium, Custodis et majoris partis graduatorum præsentium prædictorum, vel ipso Custode absente Vicecustodis et majoris partis prædictæ, repertus fuerit sufficiens, habilis et idoneus, eo ipso in verum Socium ipsius collegii et perpetuum assumatur et etiam admittatur.

Scholars not advanced in study to be rejected.

Conscientias vero Custodis, Vicecustodis et Sociorum graduatorum omnium prædictorum, apud Deum in hac parte acrius oneramus, ut. cessantibus omnimodis odio, amore, invidia, acceptione patriæ vel personæ, prece vel pretio, cæterisque coloribus, occasionibus et causis postpositis quibuscunque, nullum alium assumant vel admittant, nisi quem speraverint et firmiter crediderint in eodem collegio ad honorem Dei et

profectum studii scholastici plus posse proficere ac debere. Quod si in aliquem scholarium prædictorum modo quo præfertur non fuerit concordatum, cessante cujuscunque contradictionis obstaculo, ab ipso nostro collegio, præsentis nostri statuti vigore, ipsum exclusum penitus decernimus ipso facto.

Scholars so rejected become excluded from the College.

Quibus omnibus sic peractis, assumptum quemlibet, statim post ipsius assumptionem, antequam de communis vel aliis ab ipso collegio nostro Oxoniæ percipiendis provideatur eidem, in præsentia Custodis et graduatorum dictorum, seu Vicecustodis et graduatorum ipsorum, ad sancta Dei Evangelia per ipsum corporaliter tacta, subscriptum volumus præstare juramentum.

“Ego N., in verum et perpetuum Socium collegii Sanctæ Mariæ Wintoniæ in Oxonia jam admissus, juro ad hæc sancta Dei Evangelia, corporaliter per me tacta, quod omnia statuta et ordinationes collegium Oxoniæ necnon collegium Beatæ Mariæ prope Wintoniam institutum concernentia, per reverendum patrem Willielmum de Wicham, Fundatorem collegiorum dictorum, edita et per eundem edenda, ac omnia et singula [in] eisdem contenta, quatenus ipsa me concernunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum eorundem, inviolabiliter tenebo et etiam observabo, et quantum in me fuerit faciam teneri ab aliis et etiam observari; alioquin pœnas, in non parentes in præmissis vel eorum aliquo in dictis ordinationibus et statutis inflictas et etiam ordinatas, sine contradictione quacunque subibo et me humiliter subiturum promitto, juxta omnem vim. formam et effectum, ordinationum et statutorum dictorum.

Oath to be taken by a Fellow of the College at Oxford.

Observance of Statutes.

Submission to penalties.

Item, si contingat me scire aliqua secreta dicti collegii Oxoniæ, aut collegii prope Wintoniam, ipsa in damnum sive præjudicium eorundem collegiorum non revelabo ad extra quovismodo. Item, quod ad dictorum collegiorum meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, reddituum, et jurium eorundem conservationem et defensionem, promotionemque et expeditionem negotiorum quorumcunque dictorum collegiorum, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem vel officium, in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo, et pro iisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum prædictorum collegiorum juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo.

Secrets of the two Colleges.

Protection of property and rights of the Colleges.

Item, quod non procurabo diminutionem, mutationem, translationem seu annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate, nec etiam numeri presbyterorum, clericorum aut cæterorum ministrorum capellarum ipsorum collegiorum, præsentibus statutis et ordinationibus limitati, contra formam statutorum et ordinationum eorundem; vel ea

Diminution of number prescribed for any science or faculty, or of priests, clerks, &c.

fieri permittam secundum meum posse, aut iisdem consentiam quovismodo. Quodque nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, immutationes, inunctiones, declarationes aut expositiones vel glossas, alias præsentibus ordinationibus et statutis vel qualitercunque vero sensui et intellectui eorundem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, contrarios vel contraria, per quemcunque seu quoscunque, alium vel alios, quam per dictum reverendum patrem Willielmum de Wiccham, Fundatorem prædictum, fiendas vel fienda, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam, aut ipsa aliqualiter admittam, nec iisdem parebo ullo tempore vel intendam, nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar in collegiis prædictis vel extra, tacite vel expresse, sed eis et eorum cuilibet contradicam et etiam resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis omnibus quibus scivero impediam juxta posse.

Contradictory
statutes or in-
terpretations.

Moving dis-
sension.

Item, quod non erodetractor susurro, seu faciens obloquia, aut provocans invidiam, odium, iram, discordias, contumelias, rixas et jurgia; aut speciales vel præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum, facultatum aut divitiarum allegans; nec inter Socios eorundem collegiorum vel alios Universitatis Oxoniæ scholares australes, aquilonares seu boreales, aut scientiarum ad scientias, facultatum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ignobilitatem, seu alias qualitercunque comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa commovendi malitiose Socios vel scholares, scientias seu etiam facultates, tacite vel expresse, publice vel occulte, faciam quovismodo. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, ubicunque infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes vel statuta dicta collegia concernentia, vel contra ipsorum collegiorum statum, commodum vel honorem, aut contra Custodes, Vicecustodes, vel aliquem Socium eorundem collegiorum, illicite faciam, nec ipse procurabo, seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel eorum aliquod præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse. Item, quod fidelis ero ac etiam diligens in quocunque officio ad quod me in eodem collegio Oxoniæ deputari contigerit et assumi, illudque cum deputatus fuero, admittam et pro posse meo fideliter adimplebo. Quodque dictis collegiis fidelis ero, damna, scandala vel præjudicia, dictorum collegiorum, quatenus in me fuerit, nullatenus faciam aut quomodolibet fieri sustinebo, sed illa per me et alios modis quibus melius potero, ne fiant, impediam; et si ipse impedire non potero, Custodi, Vicecustodi, Decanis et bursariis, dicti collegii Oxoniæ plenarie revelabo.

Conspiracies
against the
statutes or
Colleges.

Fidelity in
office.

Prejudice to
Colleges.

Obedience to

Custodi, insuper, Vicecustodi, Decanis ac meis superioribus,

in licitis et honestis, et maxime in dicti collegii Oxoniæ negotiis, obediám, assistám, et reverentiam debitam obedienter impendam. Monitionibus vero, injunctionibus et decretis, correctionibus et punitionibus quibuscunque, Custodis et Vicecustodis dicti collegii Oxoniæ quorumcunque qui pro tempore fuerint, secundum formam ordinationum et statutorum ejusdem collegii Oxoniæ, in posterum faciendis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, parebo cum effectu. Contrarium vero vel repugnans præmissis in judicio vel extra tacite vel expresse, non faciam seu fieri procurabo, aut eisdem consentiam quovismodo. Item, quod consanguineos dicti Fundatoris nostri in veros Socios præsentis collegii Sanctæ Mariæ Oxoniæ, scholaresque alios collegii Sanctæ Mariæ prope civitatem Wintoniæ in ipsum collegium Oxoniæ ad annos probationis, assumptos, et, ipsis probationis annis elapsis, eosdem in veros Socios collegii Oxoniæ prædicti, juxta formam ordinationis et statuti superius editi in hoc casu, electos seu etiam eligendos, sine difficultate quacunque admittam et procurabo admitti, juxta posse, sicut et prout in ordinatione et statuto prædictis plenius continetur. Item, de veris et perpetuis Sociis in dictum collegium Oxoniæ eligendis et admittendis fidele consilium, omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis personis, castis et modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, juxta formam statutorum dictorum, ac proficere volentibus, provideatur eidem. Quodque contra dominum Episcopum Wintoniæ qui pro tempore fuerit, aut Ecclesiam Wintoniæ, Prioremve aut capitulum ipsius Ecclesiæ, in aliqua causa ipsam Ecclesiam concernente scienter non ero [in] consilio, auxilio vel favore; causa mea propria et dictorum collegiorum causa duntaxat excepta. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta, et contra ordinationes et statuta de quibus præmittitur, aut ipsorum aliquod; nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari aut fieri procurabo directe vel indirecte. Et si forsán aliquam dispensationem hujusmodi impetrari, vel gratis offerri aut concedi, contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, seu si generaliter vel specialiter, aut alias sub quacunque verborum forma concessa, ipsa non utar, nec eidem consentiam quovismodo: sicut me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.

Warden and Superiors.

Submission to corrections from the Warden and Vice-Warden of the College at Oxford.

Admission of Founder's kin and Scholars to Fellows.

Taking part against the Bishop or Church of Winchester.

Dispensation from oaths or statutes.

Renunciation of appeal, &c., in case of punishment or expulsion.

Et si contingat in posterum me propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores vel alia mea demerita, seu propter causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, per Custodem vel Vicecustodem corrigi, puniri aut alias a dicti collegii Oxoniæ sustentatione et Societate ejusdem juxta formam ordinationum et statutorum dictorum ejici, expelli, privari, excludi seu etiam amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni occasione correctionis,

vel punitionis, privationis, exclusionis, expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra Custodem aut alios dicti collegii Oxoniæ Socios, qui pro tempore fuerint, conjunctim vel divisim quomodo libet instituendæ, appellationi et querelæ in ea parte fiendis, ac quarumlibet literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, nec non et quibuscunque curiis ecclesiasticis vel sæcularibus, ac omnibus aliis remediis juris et facti, per quas aut quæ petere possim me reconciliari vel in integrum restitui, contra præmissa, quamcumque alias mihi prohibitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis."

Volumusque quod de juramento prædicto fiat statim instrumentum publicum signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum. ipsius juramenti totum tenorem, diem, formam, ac nomen et cognomen, cujusque comitatus et diocæseos existat, continens sic jurantis; quod penes Custodem dicti collegii Oxoniæ et Socios perpetuo remaneat sub custodia diligenti. Quem sic admissum et juratum verum Socium et perpetuum ipsius nostri collegii Oxoniæ, quoties de Socio in nostris statutis fit mentio, volumus nuncupari, ac sic declaramus intelligi de eodem.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod fiat unum registrum de pergamenò compositum et ligatum in quaternis, in quo scribantur successive nomina et cognomina omnium et singulorum tam ad annos probationis quam in veros et perpetuos Socios dicti collegii Oxoniæ admissorum, ac sic, ut præmittitur, juratorum, necnon cujus comitatus, villæ et parochiæ, existant. In quo etiam scribantur causæ propter quas præfatos Socios ab eodem collegio recedere vel amoveri contigerit, cum [aliis] ipsius collegii Oxoniæ monumentis fideliter conservandum.

R. 8.— *Ut numerus personarum in jure civili et canonico, studere debentium semper sit completus.*

Item, cum per nos superius sit statutum quod viginti personæ collegii nostri Oxoniæ jura civilia et canonica, absque diminutione quacunque, audire et in ipsorum jurium facultatibus cum effectu studere debeant ac etiam teneantur; statuimus, ordinamus et volumus, quod quotiescunque numerus viginti personarum in prædictis facultatibus juris civilis et juris canonici fuerit diminutus, tunc veros et perpetuos Socios seniores collegii nostri Oxoniæ prædicti artistas, ultra tres annos in artibus non habentes, unum vel plures, prout opus fuerit, pro suppletionem vicenarii numeri in dictis jurium facultatibus requisiti, modo et ordine subscriptis, loco deficientis vel deficientium personarum vicenarii numeri prædicti, vigore præsentis statuti, eo ipso succedere ac etiam subrogari: videlicet, quod verus et perpetuus Socius senior collegii nostri prædicti

Oath, &c., to be reduced into a public instrument.

Register of names of Scholars and Fellows; of causes of removal of Fellows, &c.

Deficiency in the prescribed number, twenty, of students in canon and civil law, to be supplied from the Senior Fellows, students in arts.

Mode of succession.

artista, ultra tres annos in artibus non habens, loco deficientis juristæ, præsentis statuti vigore, eo ipso succedat ac etiam subrogetur; seniore Socio artista, post sic (ut præmittitur) succedentem et subrogatum, absque spe assumptionis ad jura civilia in facultate artium remanente. Et sic deinceps alternatim, modo et ordine prædictis, suppletionem vicenarii numeri in dictis jurium facultatibus requisiti fieri volumus et statuimus, quotiescunque prædictus numerus vicenarius fuerit diminutus, quousque idem vicenarius numerus realiter et effectualiter compleatur.

Et si non fuerint tot tales Socii dicti nostri collegii quot requiruntur ad implendum numerum vicenarium superius definitum, tunc de Socio et Sociis hujusmodi quatenus sufficiunt, primo ac præ aliis, subsequenter de scholaribus ejusdem collegii infra probationis annos existentibus, et si opus fuerit de scholaribus aliis in dictum collegium Oxoniæ ad annos probationis admittendis, statim post ipsorum admissionem, numerum vicenarium prædictum modo et ordine prædictis volumus adimpleri. Quem etiam suppletionis modum de scholaribus prædictis, ac secundum ordinem prædictum, fieri ac etiam observari volumus in casu quo nullus talis Socius artista collegii ipsius existat, tempore diminutionis prædicti vicenarii numeri juristarum. Si vero de scholaribus admittendis infra quindecim dierum spatium dictus vicenarius numerus juristarum realiter ac effectualiter minime impleatur, tunc artistas dicti nostri collegii ultra tres annos in artibus non habentes, etiamsi per viam alternationis prædictæ ad remanendum in facultate artium prius fuerint ordinati, unum vel plures, prout opus fuerit, ordine illo quo in collegio prædicto seniores fuerint, absque alternatione de qua præmittitur, in dictum vicenarium numerum juristarum suppleendum eo ipso succedere et subrogari statuimus ac etiam ordinamus.

Volentes præterea ac etiam statuentes, quod quilibet scholaris in dictum vicenarium numerum juristarum succedens (ut præmittitur) et subrogatus, eo ipso Socius perpetuus dicti collegii vigore præsentis statuti habeatur, ac pro tali in omnibus dictum collegium ac ordinationes et statuta ejusdem concernentibus censeatur, in distributionibus, perceptionibus et aliis quibuscunque; statuto nostro de duobus probationis annis, seu quocunque alio statuto. non obstante: per hoc tamen non intendimus præfato statuto de duobus probationis annis, quoad alios dicti collegii scholares, in aliquo derogari. Præterea, adjiciendo statuimus, quod Custos prædicti collegii nostri Oxoniæ si præsens fuerit, et senior Socius jurista præsens in eodem collegio, alioqui, ipso absente Custode, Vicecustos et senior Socius prædictus, quam citius fieri poterit infra tres dies diminutionem hujusmodi immediate sequentes, nisi opus fuerit suppletionem hujusmodi fieri de scholaribus ad annos proba-

Further deficiency to be supplied from Scholars.

To note the Provision in case of deficiency of Scholars.

A Scholar admitted as a Jurist becomes a perpetual Fellow.

Limit of term for filling up a deficiency in the number of Jurists.

tionis in dicto collegio admittendis, et tunc infra tres dies ipsorum admissionem immediate sequentes, vel in casu quo infra quindecim dies de illis dictus juristarum numerus effectualiter et realiter impletus non fuerit, ut præfertur, infra tres dies lapsum ipsorum quindecim dierum immediate sequentes, absque dolo, fraude seu fictione quacunque, seu ulteriore dilatione, hoc præsens statutum sub ipsorum debito juramenti dicto collegio præstiti effectualiter exequi teneantur: personam videlicet et personas hujusmodi, ut præfertur, subrogatas in et de numero juristarum collegii nostri Oxoniæ prædicti existere ac censi, in præsentia omnium Sociorum ipsius collegii tunc præsentium seu majoris partis eorundem, publice declarando; et easdem personas ut ad jura se transferant cum effectu, extunc etiam si contradixerint vel reclamaverint, sub pœna perpetuæ expulsionis ipsarum a nostro collegio memorato, realiter compellendo; non obstante diminutione totalis numeri Sociorum et scholarium collegii nostri supradicti; præterquam in casu de diminutione numeri personarum inferius sub titulo "finis et conclusio omnium statutorum" contento ac etiam expressato. Prædictum igitur modum suppletionis per viam successionis et subrogationis de senioribus, ut præmittitur, faciendum, ad tollendum omnem materiam dissensionis, quæ in casu quo per electionem suppletio fieret hujusmodi, prout experientia docuit, verisimiliter evenire posset, sic duximus statuendum. Ulterius statuentes, quod nullus de dicto collegio mediationes aliquas, preces vel instantias per se vel per alium faciat vel procuret, pro se vel alio surrogando vel etiam non surrogando in numero vicenariio prædicto contra formam præsentis nostri statuti, sub pœna expulsionis perpetuæ a nostro collegio supradicto; sed omnes et singulos præfati nostri collegii Socios, in casu negligentia personarum quæ hoc præsens statutum exequi tenentur, ut præfertur, pro celeri executione ejusdem nostri statuti diligenter instare ac pro viribus insistere, in virtute juramenti eorum dicto collegio præstiti, arctius oneramus. Cum vero numerum canonistarum minui contigerit, ipsum numerum per Custodem dicti nostri collegii et seniore Socium juristam præsentem in eodem collegio, seu ipso Custode absente per Vicecustodem et Socium eundem, quam citius fieri poterit, infra quinque dies a tempore diminutionis hujusmodi continue numerandos, de veris et perpetuis Sociis in jure civili graduatis, usque ad numerum in eadem facultate per nos limitatum superius volumus adimpleri. Salvis iis quæ in statuto de totali numero canonistarum superius exprimuntur.

Against using means to be elected a Jurist.

A vacancy in the number of Canonists to be supplied from Fellows graduates in Civil Law.

Definition of seniority.

Seniores vero, in casibus prædictis et aliis ubicunque in statutis præsentibus de senioribus simpliciter fit mentio, intelligi volumus, statuimus et declaramus, non ætate, sed qui a tem-

pore receptionis et admissionis eorum diutius steterint in collegio nostro memorato.

R. 9.—*De electione Custodis.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod in nostro collegio Oxoniæ memorato sit unus superior omnibus scholaribus, Sociis, capellanis, clericis, ministris, et quibuscunque aliis existentibus et degentibus in eodem, qui perpetuus sit, et Custos perpetuo nuncupetur; vir bonæ conversationis et honestæ, scientia, bonis moribus et conditionibus. approbatus, in spiritualibus et temporalibus discretus, providus et etiam circumspectus. ætatis triginta annorum ad minus; cujus electionem et præfectionem perpetuis futuris temporibus statuimus, ordinamus et volumus, debere fieri sub hac forma: videntur, quod, cedente, decedente seu amoto, Custode hujusmodi, vel alias quomodolibet dicto collegio destituto Custode, infra duos dies a tempore notæ destitutionis hujusmodi omnes et singuli Socii ipsius nostri collegii in dicta Universitate præsentibus, per Vicecustodem si præsens fuerit, vel, eo absente aut, alias impedito, per alium Socium ipsius collegii seniore, præmoniti simul conveniant in capella dicti nostri collegii de die electionis futuri Custodis fiendæ, ut convenit, tractaturi. Quam electionis diem quam citius commode fieri poterit, infra unum mensem extunc immediate sequentem continue numerandum, pro electione hujusmodi faciendâ per consensum et voluntatem majoris partis ipsorum statuunt et præfigant, præfatum terminum taliter moderando quod infra eundem mensem electionem ipsam finaliter expediant omnimodo. Hoc tamen proviso, quod Socios suos absentes per duodecim dies a tempore præmonitionis hujusmodi fiendæ, priusquam ad futuri Custodis electionem procedant, teneantur ac debeant expectare. Præfatusque Vicecustos qui pro tempore fuerit; quem una cum quinque Decanis et tribus bursariis ipsius collegii Custodis vices et officium (dicto collegio Custode carente) in omnibus volumus gerere ac etiam exercere; omnes et singulos dicti collegii Socios tunc absentes, per schedulas unam vel plures in ostio capellæ et in exteriori porta occidentali dicti collegii affigendas, faciat præmuniri, ut ipsi una cum aliis dicti collegii Sociis tunc præsentibus, mane in die pro hujusmodi electione designato, in capella personaliter intersint prædicta, ad electionem de novo Custode dicti collegii Oxoniæ faciendam cum aliis Sociis præsentibus processuri sub pœna amissionis communarum suarum, quas per mensem continuum in et de collegio essent alias percepturi; quam pœnam ipsos et eorum quemlibet, si, cessante ignorantia minime affectata vel legitimo impedimento, tempore assignato non veniant, incurrere volumus ipso facto.

Qualifications for a Warden of the College at Oxford.

Form of election of the Warden.

Nomination of the day of election, and notice to Fellows.

Penalty for absence.

Quibus die et loco ipsis insimul congregatis, exposita per ipsum Vicecustodem vel alium Socium sufficientem per ipsum ad hoc, si opus fuerit, assignandum causa convocationis hujusmodi, scilicet pro electione futuri Custodis facienda, pro Spiritus Sancti gratia in hac parte uberius impetranda, antequam ad electionem procedant, missam de eodem Spiritu Sancto faciant inter se sollemniter celebrari: qua celebrata, statim fiat una collatio per unum de Sociis in communi, et legatur tunc temporis plene et perfecte hoc præsens statutum et hæc nostra ordinatio antequam procedatur ad electionem prædictam. Deinde ad electionem futuri Custodis, prænuntiorum, ut præmittitur, absentia non obstante, in forma infra scripta ulterius procedatur. Videlicet, assumantur et deputentur, de unanimi, si fieri poterit. Sociorum prædictorum consensu pariter et assensu, vel si hoc fieri commode non poterit, per majorem partem hujusmodi Sociorum, quinque et non plures de Sociis ejusdem nostri collegii discretiores, maturiores, proveciores et fide digniores, præsertim in scientiis et facultatibus, quibus hujusmodi Socii sic assumendi instituerint graduati, quorum videlicet unus theologus, alius canonista, tertius civilista, duo vero de artibus seu philosophia Magistri existant: quos quidem quinque Socios sic assumptos ac etiam deputatos scrutatores volumus nuncupari. Qui omnes et singuli scrutatores ac omnes alii Socii supradicti, tactis per ipsos et ipsorum singulos sacrosanctis Dei Evangeliiis, coram Vicecustode prædicto corporale præstent juramentum publice tunc ibidem, quod, postpositis et cessantibus omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis, affinitatis, facultatis et scientiæ, necnon acceptione personarum et patriæ, et occasione quacunque precis aut pretii, cum omni celeritate qua poterint, et absque moræ dispendio, unum de seipsis scrutatoribus, vel de aliis Sociis ipsius nostri collegii, vel de aliis qui aliquando fuerunt in ipso nostro collegio Socii, et ex causis licitis et honestis recesserunt, in theologia aut jure canonico vel civili graduatum, seu in artibus Magistrum, insacris ordinibus constitutum, quam citius ex tunc fieri poterit, in presbyterum ordinandum, triginta annos ætatis suæ habentem, etiam si beneficiatus existat, quem in ipsorum conscientiiis magis idoneum, sufficientiorem, discretiorem, utiliosem [et] aptiorem ad subeundum, gerendum, faciendum et exercendum, Custodis officium, nominabunt; necnon quod illum quem nominaverint, sperant et firmiter credunt, quoad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius collegii, personarum et statutorum, ac bonorum ipsius collegii, terrarumque, possessionum et reddituum, spiritualium, temporalium, et jurium eorundem, plus posse proficere ac debere.

Jurabunt insuper dicti scrutatores modo quo supra, videlicet tactis per eos sacrosanctis Evangeliiis, statim ante ipsum

Mass of the Holy Ghost; Sermon; and reading of the present Statute.

Appointment of five Scrutators.

Oath to be taken by Scrutators.

scrutinium coram ipsa comitiva, Vicecustode vel seniore Socio dicti collegii eos onerante, quod nullum procurarunt, seu procurari fecerunt, seu procurabunt vel movebunt, verbo vel signo, prece vel pretio, ad alium vel aliter de seipsis aut aliis eorundem* nominandum, quam ipsius Socii requisiti seu scrutati dictaverit justa et sana propria conscientia. Et quod votum cujuslibet prædictorum Sociorum in ipsa nominatione diligenter et fideliter examinabunt, ac votum et dictum cujuslibet Socii nominantis, ipso scrutato vidente et auscultante, scribent vel unus eorum scribet: statimque ante recessum eorum examinantium, et in præsentia cujuslibet scrutati, illud legent vel leget unus eorum.

Quorum quidem scrutatorum duo seniores coram tribus cæteris conscrutatoribus suis, votis suis in hac parte primo, pure, sponte, simpliciter, secreta ac sigillatim, emissis ac in scriptis distincte redactis, vota aliorum trium conscrutatorum suorum modo consimili scrutari et in scriptis redigere diligenter ac fideliter teneantur ac debeant omnimodo. Deinde vero iidem quinque scrutatores communiter atque simul vota omnium ac singulorum aliorum Sociorum prædictorum diligenter, secreto ac sigillatim, etiam perscrutentur, et ea integre et fideliter in scriptis redigi faciant, ut præfertur. In quo quidem scrutinio, si contingat unam personam vota majoris partis omnium Sociorum prædictorum tunc præsentium habere, scrutatores prædicti, dicto scrutinio inter se communicato, ipsum scrutinium de hujusmodi nominata persona mox per unum eorum publicent in communi. Qua publicatione sic facta, illa persona pro electa habeatur in quam pars major Sociorum prædictorum tunc præsentium consenserit supradicta. Si vero in dicto scrutinio in unam personam consensum non fuerit, ut præfertur, absque omni tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione. seu quocunque impedimento juris vel facti electioni futuræ sive nominationi præstando, iterum consimile fiat scrutinium pro hujusmodi persona modo et forma prædictis, donec in unam personam per majorem partem ipsorum Sociorum consensum fuerit et assensum. Quibus omnibus sic peractis, nullo alio juris ordine, processu seu solennitate, in hac parte observatis seu etiam requisitis, illa persona in Custodem sic in scrutinio nominata finaliter, citius quo commode fieri poterit, per unum seniore et discretiorem Socium ipsius collegii, post ipsum pro futuro Custode nominatum, per majorem partem Sociorum ipsius collegii nominandum, una cum literis electionis prædictæ formam ac præsentis nostri statuti et nominati hujusmodi juramenti præstandi tenores plenarie continentibus, sigillo communi dicti collegii sigillatis, domino Episcopo Wintoniæ qui pro tempore fuerit, vel ipso

The two senior Scrutators to take the votes of the remaining three.

Scrutiny of votes.

Majority of votes.

Voting to be continued until a majority is obtained.

The Warden elect to be presented to the Bishop of Winchester.

* "Eorundem" not in Hargr. MS.

in remotis agente ipsius in spiritualibus Vicario-Generali, aut sede Episcopali vacante Custodi spiritualitatis ejusdem, præsentetur. Quibus literis super electione seu nominatione hujusmodi, modo et forma prædictis, absque probatione alia, plenam fidem volumus adhiberi. Qui quidem Socius, cum dicta persona in Custodem nominata mittendus, coram domino Episcopo Wintoniæ seu illo cui dictam præsentationem fieri tunc continget, collationem facere teneatur, dictum collegium personamque in collegii Custodem nominatam, et omnes alias personas dicti collegii, eidem specialiter, decenter et honorifice, commendando. Ipse vero dominus Episcopus Wintoniæ, seu ipsius Vicarius aut Custos spiritualitatis ejusdem, cui dictam præsentationem fieri continget, personam sic electam, absque moræ dispendio et sine processu judiciario, et absque impugnatione electionis sive nominationis prædictæ, dicti collegii præficiat extrajudicialiter in Custodem.

Si autem dominus Episcopus supradictus, aliusve ex prædictis personis ad quem dictam præsentationem fieri contigerit, et ad quem dicti Custodis præfectionem spectare volumus, ut præfertur, per quinque dies a tempore præsentationis prædictæ sibi factæ continue numerandos noluerit personam, infra dictum mensem et in forma prædicta electam, præficere in Custodem, extunc electus hujusmodi eo ipso præsentis nostri statuti vigore in Custodem dicti nostri collegii sit præfectus, et pro vero et legitimo ac perpetuo Custode inibi habeatur. Si vero Socii dicti nostri collegii infra mensem prædictum non elegerint, aut præfatam electionis formam non observaverint; tunc enim præter pœnam perjurii, quam incurrere volumus culpabiles in hoc casu, declaratione quacunque inferius in capitulo finali, et specialiter quod jurati ad observationem statutorum nostrorum in eisdem vel eorum aliquo delinquentes, ubi apponitur pœna certa, non reatu perjurii sed pœna sic specialiter apposita tantummodo puniantur, per nos edita non obstante; potestate eligendi illa vice ipsos volumus fore privatos. potestatem providendi præfato collegio de Custode idoneo domino Episcopo Wintoniæ, vel ipsius vicario supradicto, aut illi de personis prædictis cui præsentatio facta fuit supradicta, in dictis casibus specialiter reservantes. Ita tamen, quod unum Socium verum et perpetuum ipsius collegii tunc in eodem existentem, vel qui prius fuerat in ipso collegio et ex causis honestis recesserit ab eodem, verum utique discretum, providum, ac etiam circumspectum, modo quo præmittitur graduatum, in sacris ordinibus constitutum, quam citius fieri poterit in presbyterum ordinandum, triginta annos ætatis suæ habentem, etiamsi beneficiatus existat, quem, secundum Deum et conscientiam suam bonam, ad officium Custodis hujusmodi in tanto collegio magis idoneum aptum et utilem esse firmiter crediderit, in casibus supradictis præficiat in Custodem.

The Fellow presenting him to make an oration in honour of the Warden elect and the College.

The Bishop to appoint him without delay.

To become Warden by virtue of statute, in case of non-appointment by the Bishop.

Election not being made within a month—the power of appointment to be with the Bishop of Winchester.

Qualifications for a Warden.

Custodem vero hujusmodi quemcunque, qualitercunque præfectus fuerit, statim post præfectionem suam, primo coram illo qui ipsum præfecerit in Custodem, et subsequenter in præsentia omnium Sociorum ipsius collegii præsentium, antequam ad administrationem aliquam admittatur, tactis et inspectis per ipsum sacrosanctis Evangeliiis, subscriptum præstare volumus juramentum.

Oath to be taken by the Warden.

“ Ego N., in Custodem collegii Sanctæ Mariæ Wintoniæ in Oxonia præfectus, juro, tactis per me et inspectis istis sacrosanctis Dei Evangeliiis, quod dictum collegium, omnia beneficia, terras, tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates, privilegia et bona quæcunque, ejusdem, necnon omnes et singulos Socios et scholares ipsius collegii, juxta statuta et ordinationes reverendi patris domini Willielmi de Wiccham, Fundatoris ipsius collegii, absque personarum, scientiarum et facultatum, generis aut patriæ, acceptione quacunque, regam, custodiam, dirigam et etiam gubernabo, et per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari, faciam juxta posse. Item, quod nec Sociis nec scholaribus ejusdem collegii, in aliqua scientiarum vel facultatum hujusmodi studentibus, occasione scientiæ seu facultatis ejusdem plusquam Sociis aliis vel scholaribus in scientiis aliis seu facultatibus studentibus favens aut partialis ero, nec me partem pro aliquo aequaliter faciam, nec, contra justitiam caritatis et fraternitatis amorem, gravamina vel molestias alicui inferam vel inferi faciam quovismodo. Quodque, quantum in me fuerit, correctiones, punitiones et reformationes, debitas, veras, rationabiles [atque] justas, de quibuscunque delictis, criminibus et excessibus scholarium et Sociorum dicti collegii quorumcunque, quoties, ubi et quando, ac prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, omnemque vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum prædicti collegii per dictum patrem editorum, absque partialitate quacunque, postpositis et cessantibus omnimodis prece, pretio, amore, timore, odio, invidia et favore, necnon affectionibus consanguinitatis et affinitatis, facultatis seu scientiæ, ac prærogativis specialibus ex quibuscunque causis conceptis sive prætensis, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, seu per alios fieri et exerceri faciam et etiam procurabo, et ea quæ in ea parte fuerint facienda fideliter in omnibus exequar et exequi faciam juxta posse. Et si hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, ut præfertur, debite facere non potero, propter metum vel potentiam, vel multitudinem, delinquentium, ipsorum nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, extunc quam citius potero infra mensem, domino Episcopo Wintoniæ qui pro tempore fuerit, vel, ipso in remotis agente, ejus vicario in spiritualibus generali, vel sede Wintoniæ vacante Custodi spiritualitatis ejusdem, denuntiabo et revelabo, et per

Impartial government.

Impartiality in punishing.

Reporting cases to the Bishop of Winchester.

Management
of estates, &c.

Administra-
tion of goods
and chattels.

Defending
suits.

Consulting
Senior Fellows
in important
cases.

Absence from
College.

Elections of
Scholars to the
two Colleges.

Restitution of
College pro-
perty in case
of removal
from office.

eos hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædicta, in omnibus solerter et diligenter atque celeriter fieri procurabo. Item, quod gubernationi et regimini omnium terrarum et possessionum, reddituum spiritualium et temporalium, necnon administrationi bonorum et rerum ad ipsum collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia mihi a Deo concessis fideliter ac diligenter intendam, ac alios ejusdem collegii officarios et ministros in diversis officiis et ministeriis deputatos et deputandos intendere faciam juxta posse. Item, quod omnia et singula bona et catalla ipsius collegii in commodum et utilitatem collegii scholarium et Sociorum prædictorum, prout necessitas evidens exegerit, et statuta et ordinationes prædicti patris in hac parte plenius dictaverint, administrabo, procurabo et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari, et ea quæ residua fuerint et exerescant conservabo et faciam ad incrementum dicti collegii et commodum fideliter conservari. Item, quod lites, placita et jurgia quæcunque, ipsius collegii defendam, necnon omnia et singula negotia ipsum collegium qualitercunque concernentia prosequar diligenter, possessionesque, libertates, privilegia et jura quæcunque ipsius collegii manutenebo viriliter et defendam, et faciam ab aliis manuteneri et defendi; hoc tamen salvo, quod causas, placita et lites graves, in quibus verti poterit ipsius collegii exhæredatio vel grave præjudicium, absquæ majoris partis Sociorum seniorum dicti collegii, quorum decem de facultate juris civilis et juris canonici seniores existant, maturo et deliberato consilio et assensu, non incipiam nec movebo, nec inchoari aut moveri faciam quovismodo. Item, quod ultra duos menses continuos vel interpolatis vicibus discontinuos in anno aliquo a dicto collegio me non absentabo, nisi pro negotio collegii supradicti. Item, quoties aliqua electio vel assumptio de scholaribus in collegia Oxoniæ et prope Wintoniam fuerit facienda, ut solum tales eligantur et etiam assumantur, quos, secundum conditiones et qualitates in ordinationibus et statutis dictorum collegiorum expressatas, habiles et idoneos reputaverim, et quos in scientiis et facultatibus quibus insistent ad commodum et utilitatem ipsorum collegiorum plus posse proficere ac debere firmiter crediderim, sine personarum vel patriæ acceptione, amore, odio, invidia et favore, timore, prece ac pretio, postpositis quibuscunque, quantum ad me pertinet, partes meas fideliter interponam et idem fieri effectualiter procurabo. Item, in casu quo ab officio meo ob culpam meam, vel etiam propter causam aliquam me amoveri contingat, vel forsitan cedam eidem, si aliqua bona dicti collegii post amotionem seu cessionem hujusmodi recepero, vel si prius recepta per me mihi aut usui meo applicavero vel appropriavero, præter illa quæ mihi pro hujusmodi officio exequendo in dicti collegii statutis et ordinationibus disponentur, ipsa omnia et singula successori

meo, dicti collegii Custodi, et eidem collegio integre restituum et refundam, absque omni contradictione seu diminutione quacunque. Item, si, per me aut occasione mei, aliqua dissensionis materia, iræ vel discordiæ, in dicto collegio, quod absit, suscitata fuerit, si super ipsa materia per Vicecustodem, Decanos, bursarios et quinque alios dicti collegii Socios seniores, finis rationabilis seu placabilis factus non fuerit, tunc ordinationi, dispositioni, dicto, laudo et arbitrio, domini Episcopi Wintoniæ qui pro tempore fuerit, seu ipso in remotis agente ejus vicarii in spiritualibus generalis. vel Episcopali sede [Wintoniæ] vacante custodis spiritualitatis ejusdem, stabo, et quod eorum aliquis stauerit. ordinaverit et definierit in ea parte, fideliter observabo. et eisdem cum effectu parebo: alioqui pœnam, in non parentes in hoc casu in dicti collegii statutis inflictam et etiam ordinatam, sine contradictione quacunque, cessantibus appellationibus, provocationibus, querelis, exceptionibus et aliis juris et facti remediis quibuscunque, quibus omnibus et singulis in vim pacti renuntio in his scriptis, subibo et me humiliter subiturum promitto. Item, statutum illud de sustentatione et reparatione capellæ et aulæ collegii prædicti et aliorum ædificiorum ejusdem [R. 53] quod sic incipit "Item quia secundum auctores facilius est destruere," &c. et omnia in eodem statuto contenta, necnon quod omnia et singula ordinationes et statuta dicti collegii Beatæ Mariæ Oxoniæ et etiam collegii Beatæ Mariæ prope Wintoniam, per dictum reverendum patrem dominum Willelmum de Wicheam, dictorum collegiorum Fundatorem, edita et edenda, quatenus ipsa me concernunt, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum eorundem, inviolabiliter tenebo, exequar et etiam observabo, et, quantum in me fuerit, faciam teneri ab aliis, exequi et etiam observari. Item, quod secreta dictorum collegiorum in dannum et præjudicium eorundem non revelabo ad extra quovismodo. Item, quod ad dictorum collegiorum meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, reddituum, et jurium eorundem conservationem et defensionem, promotionemque et expeditionem negotiorum dictorum collegiorum quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem et officium, in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter juvabo, et pro iisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum dictorum juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, mutationem, translationem seu annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate, nec etiam numeri presbyterorum, clericorum aut cæterorum ministrorum, capellarum dictorum collegiorum, statutis et ordinationibus nostris limitati, contra formam statutorum et ordinationum eorundem collegiorum, vel ea fieri permittam seu tolerabo secundum meum posse,

Reference of matters of dissension to the Bishop of Winchester.

Submission to penalty in case of disobedience.

Observance of Statutes of the two Colleges.

Secrets of the Colleges.

Improvement of property and maintenance of rights of the Colleges.

Diminution of number prescribed for any science or faculty, priests, &c.

Contradictory
statutes or in-
terpretations.

seu eisdem consentiam quovismodo. Item, quod nulla alia statuta seu ordinationes, interpretationes, immutationes, in-
junctiones, declarationes, aut expositiones vel glossas, alias præ-
sentibus ordinationibus et statutis vel qualitercunque vero
sensui et intellectui eorum repugnantes vel repugnantia,
derogantes vel derogantia, contrarias vel contraria, per quem-
cunque seu quoscunque alium vel alios quam per dictum
reverendum patrem Willielmum de Wicham, Fundatorem
prædictum, fiendas vel fienda, quomodolibet acceptabo, vel ad
ea consentiam, vel ipsa aliquo modo admittam, nec eisdem
parebo ullo tempore, vel intendam, nec illis vel eorum aliquo
ullo modo utar in collegiis prædictis vel extra tacite vel
expresse, sed iis et eorum cuilibet contradicam et etiam
resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis omnibus quibus
scivero impediam juxta posse. Item, quod non ero detractor
susurro, seu faciens obloquia aut provocans invidiam, odium,
iram, discordiam, contumelias, rixas et jurgia, aut speciales
seu præcellentes prærogativas nobilitatis, generis, scientiarum,
facultatum aut divitiarum, allegans, nec inter Socios eorumdem
collegiorum, vel alios Universitatis Oxoniæ scholares australes,
aquilonares seu boreales, aut scientiarum ad scientias, faculta-
tum ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis
ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, seu alias qualitercunque
comparationes quæ odiosæ sunt, in verbo vel in facto, causa
commovendi malitiose Socios vel scholares, scientias seu etiam
facultates, tacite vel expresse, publice vel occulte, faciam quo-
vismodo. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, con-
fæderationes aut pactiones aliquas, ubicunque infra regnum
Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dicta collegia
concernentia, vel contra ipsorum collegiorum statum, utilita-
tem, commodum vel honorem, aut contra Custodem collegii
nostri prope Wintoniam, vel aliquem Socium dictorum col-
legiorum, illicite faciam, nec ipsa fieri procurabo seu permit-
tam ab aliis fieri, quantum in me fuerit, quomodolibet in futu-
rum, seu facientibus ipsa vel ipsorum aliquod præstabo vel
dabo consilium, auxilium vel favorem, aut eisdem scienter
interesse præsumam, nec ipsis consentiam tacite vel expresse.
Item, quod consanguineos dicti Fundatoris nostri in veros
Socios præsentis collegii Sanctæ Mariæ Oxoniæ, scholaresque
alios collegii Sanctæ Mariæ prope Wintoniam in ipsum col-
legium Oxoniæ ad annos probationis assumptos, et ipsis pro-
bationis annis elapsis eosdem in veros Socios collegii Oxoniæ
prædicti juxta formam ordinationis et statuti superius editi in
hoc casu electos seu etiam eligendos, sine difficultate qua-
cunque admittam et procurabo admitti, et faciam juxta posse,
sicut et prout superius in ordinatione et statuto prædictis
plenius continetur. Item, de veris et perpetuis Sociis in dictum
collegium Oxoniæ eligendis et admittendis fidele consilium,

Moving dis-
sensions.

Conspiracies
against the
statutes or
colleges.

Admission of
Founder's kin
and Scholars
of Winchester
to Fellows and
probationary
Scholars.

Election of
Fellows.

omni favore postposito, tribuam et impendam, ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, juxta formam statutorum dictorum, ac proficere volentibus, provideatur eidem. Quodque contra Episcopum Wintoniæ qui pro tempore fuerit, aut Ecclesiam Wintoniæ prioremve aut capitulum ipsius ecclesiæ, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter non ero consilio, auxilio vel favore, causa mea propria et dictorum collegiorum causa duntaxat excepta.

Taking part against the Bishop or Church of Winchester.

Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea prædicta et contra ordinationes et statuta, de quibus præmittitur. aut ipsorum aliquod, nec dispensationem hujusmodi per me, alium vel alios, publice vel occulte, impetrari vel fieri procurabo directe vel indirecte. Et si forsitan aliquam dispensationem hujusmodi impetrari vel gratis offerri contigerit aut concedi, cujuscunque fuerit auctoritate, seu si generaliter aut specialiter, aut alias sub quacunque verborum forma concessa, ipsa non utar, nec eidem consentiam quovismodo: sicut

Dispensation from oaths or statutes.

Deus me adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia. Et si contingat in posterum me, propter mea demerita seu causas in præsentibus ordinationibus et statutis contentas, juxta formam ordinationum et statutorum dictorum ab officio meo expelli seu alias amoveri, ex certa mea scientia, pure et sponte, simpliciter et absolute, omni actioni occasione expulsionis [seu amotionis] hujusmodi contra ipsius collegii Oxoniæ Socios vel Socium quemcunque instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte fiendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, necnon et quibuscunque curiæ ecclesiasticæ vel sæcularis ac aliis omnibus remediis juris et facti, per quas aut quæ petere possem reconciliari vel in integrum restitui contra præmissa, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis."

Renuntiation of appeal, &c., in case of expulsion or removal.

Volumusque quod de juramento prædicto fiat statim instrumentum publicum signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, ipsius juramenti totum tenorem denique ac formam, [ac nomen] et cognomen Custodis prædicti, ac cujus diocæcescos existat, continens sic jurantis; quod in thesauraria communi dicti collegii nostri Oxoniæ perpetuo remaneat sub custodia diligenti.

Oath to be reduced into the form of a public instrument.

R. 10.—*De officio Custodis et ejus potestate.*

Item statuimus, ordinamus et volumus. quod Custos qui pro tempore fuerit in dicto nostro collegio Oxoniæ omnibus et singulis scholaribus et Sociis et personis ejusdem. præsentibus et futuris, ministris altaris, capellanis videlicet et clericis in capella dicti collegii in divinis ministrare debentibus, nec

Of the power and authority of the Warden.

non omnibus et singulis aliis ipsius collegii nostri officariis et ministris, quocunque nomine censeantur, præmineat atque præsit; eosque juxta ordinationes et statuta nostra in ea parte edita, et nostris temporibus per nos edenda, regat, dirigat et gubernet; et eosdem omnes et singulos juxta eorum demerita corrigat, et puniat et castiget, secundum nostrorum statutorum et ordinationum formam et effectum.

Warden to superintend the government of the college, the management of its estates, and conduct of officers.

Idem quoque Custos felici et salubri regimini atque curæ ipsius nostri collegii, scholarium et Sociorum et personarum ejusdem, omniumque terrarum, possessionum, reddituum spiritualium ac temporalium, ac administrationi rerum ac bonorum quorumcunque ad ipsum collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia, fideliter et diligenter intendat, ac alios ejusdem nostri collegii officarios ac ministros in diversis officiis ac ministeriis deputatos et etiam deputandos, intendere et ea diligenter exercere, ad commodum, utilitatem et honorem dicti collegii faciat juxta posse; ipsaque omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, fideliter gubernabit et custodiet, et per alios ipsius collegii officarios et ministros faciet gubernari ac etiam custodiri, bonaque omnia et singula supradicta in commodum et utilitatem dicti collegii, scholariumque et Sociorum ejusdem, prout necessitas evidens exegerit, et ordinationes et statuta nostra in hac parte plenius dictaverint, procurabit et faciet utiliter dispensari et in omnibus administrari. Ea vero quæ residua fuerint et excrecent, procurabit et faciet ad incrementum ipsius collegii et commodum fideliter conservari.

To prosecute pleas, &c.

Statuimus insuper, et volumus, et etiam ordinamus, quod omnia placita, tam realia quam personalia, dictum nostrum collegium et omnes possessiones ejusdem acquisitas et etiam acquirendas qualitercunque concernentia, in quibuscunque curiis moveantur, dictus Custos qui pro tempore fuerit ipsius Custodis nomine duntaxat prosequatur et etiam defendat, scholarium sive Sociorum dicti nostri collegii nominatione vel mentione aliqua in prosecutione seu defensione hujusmodi minime requisitis: hoc tamen salvo, quod causas aut lites graves, vel ardua negotia, in quibus verti poterit ipsius collegii damnum, exhereditatio, grave præjudicium et interesse, absque majoris partis Sociorum seniorum dicti collegii, quorum decem de facultate juris civilis et juris canonici seniores existant, consilio et assensu, incipere vel aggredi non debbit. Statuentes præterea, quod ultra duos menses continuos, vel interpolatis vicibus discontinuos, in anno e dicto collegio sibi non liceat absentare, nisi pro negotiis collegii supradicti; proviso semper, ut sic captet tempus aut horam absentiarum hujusmodi, quod in damnum seu præjudicium dicti collegii sua absentia non redundet. Et ad præmissa in omnibus et singulis suis punctis et articulis, quantum in eo est, fideliter et diligenter observanda

Not to commence suits of importance without the assent of Senior Fellows.

Not to be absent more than two months in one year.

To be bound by oath to observe these statutes.

et observari facere procuranda, in admissione primaria in ipsum collegium post electionem et perfectionem de eo factam, in presentia omnium Sociorum ipsius collegii presentium, antequam in Custodem admittatur, per ipsos astringetur, ut prænittitur, vinculo juramenti.

R. II.—*De portione Custodis pro sustentatione sua, et aliis oneribus eidem incumbentibus.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos dicti nostri collegii, qui pro tempore fuerit, seorsim et separatim domum suam teneat infra dictum collegium in proprio manso sibi et familiae suae supra occidentalem portam deputato: quod quidem mansum sic seorsim et separatim sibi fecimus ordinari, ne per ipsius occupationes varias, quas circa collegii praedicti negotia praeter ceteris eum oportebit subire, ipsius collegii Socii et scholares, in iis quae ipsos concernunt, impediantur nimium vel graventur. Qui quidem Custos, pro honore dicti collegii et commodo conservandis, praeter et ultra scholares et Socios aliasque personas superius et inferius nominatas, familiam secum habeat concedentem, necessariam, utilem et honestam, deservientem eidem debite sicut decet: quem etiam pro se ac pro tota sua familia hujusmodi, tam pro victualibus, lectisterniis et vestitu, quam etiam pro aliis necessariis et oneribus eidem incumbentibus quibuscunque, quadraginta libras sterlingorum, ultra liberatam suam annuam panni de secta Sociorum, et ultra ea quae sibi inferius limitantur, de bonis communibus ipsius nostri Collegii, ad quatuor anni terminos, per manus bursariorum, qui pro tempore fuerint, aequaliter persolvendas, percipere volumus et etiam ordinamus. Volentes praeterea, quod, ultra praetaxatam summam idem, Custos omnia et singula vasa pro aula sua, et utensilia pro coquina, sumptibus et de bonis dicti collegii habeat necessaria, competentia et honesta, non tamen nimis sumptuosa; quibus ad usum suum proprium debite, honeste ac rationabiliter, fruatur, et ea faciat debite conservari, ipsaque praefato collegio, sive in morte sive in ipsius recessu, in statu quo tunc erunt, sine diminutione aliqua, demittere Custos tenebitur supradictus.

Ordinantes, insuper, quod dictus Custos, praeter et ultra portiones praedictas, equos habeat competentes pro se et familia sua, et Sociis ipsius collegii, in negotiis collegii laborantibus, dum tamen equorum hujusmodi numerum senarium non excedat; necnon cellas, frana et hernesia necessaria pro equis eisdem, pretii competentis, juxta discretionem et arbitrium ipsius Custodis, Vicecustodis. Decanorum et bursariorum, qui pro tempore fuerint, limitandi: pro quibus omnibus, tam in emptionibus quam in renovationibus seu mutationibus eorundem, sicut et prout ac quoties opus fuerit, nec non pro pabulo pro equis praedictis, satisfieri volumus de bonis communibus

A special house appointed for the Warden.

His establishment.

His yearly allowance for food, clothing, &c.

Allowance of plate and kitchen utensils;

to be returned at death or removal.

Allowance of horses, harness, &c.

ipsius collegii memorati. Quos etiam equos, cellas, fræna et hernesia prædicta, idem Custos, sive in morte sive in ipsius recessu, in statu quo tunc erunt collegio supradicto demittere teneatur.

Item, extraneos supervenientes, quos aliquando ex necessitate aliquando ex curialitate, pro utilitate, commodo et honore, dicti collegii, præfatum Custodem oportebit forsitan invitare, cum ipso Custode in aula ipsius, si præsens fuerit, recipi volumus, et etiam de victualibus de bonis communibus ipsius nostri collegii procurari.

To receive strangers at the expense of the College.

To be allowed his expenses when absent on College business, and to be accompanied by a Fellow.

Custode, insuper, in negotiis collegii de avisamento, consilio et consensu, Vicecustodis omniumque Decanorum et bursariorum, extra villam agente, quoties id contigerit, pro omnibus expensis suis, et omnium aliorum secum in dictis negotiis necessario laborantium, necnon aliorum per ipsum pro utilitate, commodo et honore, dicti collegii invitandorum, collegium de bonis ipsius communibus satisfaciet memoratum. Cui quidem Custodi, in negotiis dicti collegii quibuscunque extra nostrum dictum collegium prosequendis, unum Socium discretum, aptum et circumspectum, ad hoc per collegium eligendum, assignari volumus et adjungi.

To render a written account of such expenses to the Bursars, within six days.

Custos vero extraneorum supervenientium et secum in domo sua infra collegium comedentium parcelas omnium expensarum bursariis, eodem die vel in crastino ad ultimum, parcelas vero omnium expensarum per eundem extra dictum collegium, tam pro supervisione maneriorum quam pro prosecutione aliorum negotiorum dicti collegii, pro se et Sociis secum laborantibus, ac omnium aliorum secum in negotiis dicti collegii necessario existentium, necnon aliorum invitandorum omnium prædictorum, factarum, infra sex dies postquam redierit ad collegium dictis bursariis in scriptis tradere teneatur, in virtute juramenti dicto collegio præstiti, et etiam sub pœna amissionis expensarum omnium præmissarum. Pro quibus quidem expensis omnibus, per deliberationem, avisamentum et consilium, ipsius Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, de quibus præmittitur, præter et ultra summam dicto Custodi superius limitatam, collegium satisfaciet supradictum.

Not to be allowed expenses when absent on private affairs.

In the absence of the Warden, strangers to be invited by the Vicewarden.

Allowance for strangers.

Si vero dictus Custos in negotiis suis propriis absens fuerit, tunc de bonis suis propriis procuretur eidem.

In absentia vero dicti Custodis, cum aliqui fuerint invitandi pro commodo et utilitate collegii supradicti, per Vicecustodem, de consilio bursariorum qui pro tempore fuerint invitentur, et in magna aula dicti collegii secundum ipsorum statum debite procurentur.

Et ne communæ Sociorum dictorum per tales invitatos nimis deteriorentur, volumus, quod pro qualibet persona extranea sic invitata in mensa Sociorum sedente singulis vicibus tres denarii, pro qualibet vero invitata persona extranea in mensa famulorum sedente duo denarii, de bonis communibus persolvantur.

Insuper, ut honor dicti collegii nostri debite conservetur, et inter Custodem et Socios supradictos caritas amplius procuretur, et per Dei gratiam magis ac magis abundet, statuimus, ordinamus et volumus, quod in singulis festis infra-scriptis, videlicet, in festis Natalis Domini, Sancti Thomæ Martyris, Archiepiscopi Cantuariensis, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ Domini, Purificationis et Annuntiationis Beatæ Mariæ, Paschæ, et in vigilia ejusdem, Ascensionis Domini, Pentecostes, et in vigilia ejusdem, Trinitatis, Corporis Christi, et Nativitatis etiam Johannis Baptistæ, Apostolorum Petri et Pauli, Translationis Sancti Swithini, Assumptionis Beatæ Mariæ, et Nativitatis ejusdem, Omnium Sanctorum, Conceptionis Beatæ Mariæ, et Sancti Nicholai, Custos in magna aula inter Socios comedat, et superiorem locum, ut decet, in alta mensa teneat. In quibus festis singulis, ut ipse, cæterique Socii et scholares, et capellani dicti collegii, diebus hujusmodi lautius epulentur, ultra quotidianas communes eis concessas, sex solidi et octo denarii, et ultra pro Custode duo solidi, si præsens in aula fuerit, nomine pitantiæ communis hujusmodi de bonis communibus supradictis, per manus bursariorum dictorum, qui pro tempore fuerint, ministrentur.

Warden to dine in the Great Hall on certain festivals.

Additional pitance to Warden, Fellows, &c., on such occasions.

R. 12.—*In quibus scholares et Socii obedire debent et parere Custodi.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli scholares, Socii, et personæ ac officarii et ministri, dicti collegii nostri Oxoniæ quicumque dicto Custodi, qui pro tempore fuerit, et eo absente vel impedito Vicecustodi ejusdem collegii Oxoniæ (de quo quidem Vicecustode inferius dicitur) in lictis et honestis mandatis et factis exercitium scholasticum statutaque nostra et ordinationes qualitercunque tangentibus, obedire teneantur et debeant, ac etiam intendere et parere, nisi veram, justam et rationabilem, causam, per Custodem et Vicecustodem, vel* duos Decanos, quorum unus theologus vel artista, et alius canonista vel civilista existat, approbandam, ostendant, per quam merito debeant excusari. Si quis vero, in præmissis vel eorum aliquo, rebellis vel inobediens repertus fuerit, communis suis in nostro collegio prædicto, vigore præsentis nostri statuti, sit ipso facto privatus, quousque in iisdem paruerit cum effectu: et nihilominus, si ultra octo dies in hujusmodi rebellione vel inobedientia pertinaciter perduraverit, ex tunc a dicto collegio nostro statuimus ipsum perpetuo fore privatum.

Scholars, Fellows, and others, to obey the Warden, except when excused on reasonable grounds.

Penalties for disobedience.

R. 13.—*De Vicecustode, et ejus officio et potestate.*

Item, cum propter absentiam dicti Custodis, quem frequanter

* "Et" in Hargr. MS.

A Vicewarden
to be appointed
by the Warden
and thirteen
Senior Fellows.

propter diversa dicti nostri collegii negotia abesse forsitan oportebit, ac propter alias occupationes suas multiplices idem Custos singula prævidere non poterit, nobis videtur necessarium ac etiam opportunum, ut in partem sollicitudinis suæ, et in adjutorium melioris regiminis dicti nostri collegii et personarum ejusdem, præsertim quoad supervisionem observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum, ac quoad regulas et observantias ipsorum scholarium et Sociorum vitæ, ac disciplinæ scholasticæ directiones, melius observandas, statuimus, ordinamus et volumus, ut in collegio nostro prædicto sub dicto Custode sit semper unus de discretioribus et maturioribus Sociis, conversatione et moribus approbatus, in quem ipse Custos prædictus et tredecim Socii seniores ipsius collegii, quorum tredecim quinque personæ de facultatibus jurium canonici et civilis existant, consenserint, quem Vicecustodem volumus nuncupari. Et si Custos prædictus cum præfatis tredecim consentire noluerit, nihilominus pro Vicecustode habeatur, in quem dicti tredecim, seu Custos et major pars ipsorum, quorum tres juristæ existant, consenserint in hoc casu.

To reside constantly in the college, and to dine in hall.

General duties of superintendence during the absence or presence of the Warden.

Qui Vicecustos in dicto collegio teneatur continue residere, necnon in aula inter Socios prandere ac etiam conversari, nisi forsitan ex magna et urgenti causa ad dictæ domus negotia eum transmitti, vel alias ex causa rationabili et necessaria abesse, continget. Qui circa curam et regimen conversationis et morum scholarium et Sociorum ipsius collegii ac profectus studii scholastici eorundem, necnon et ministrorum in capella ejusdem collegii in divinis ministrare debentium, officiorumque et ministeriorum officiariorum, et aliorum ministrorum in dicto collegio deservientium et ministrantium, vices ipsius Custodis, ipso absente, faciat, exerceat et in omnibus suppleat diligenter; ac etiam eidem Custodi præsentem circa præmissa et alia dicto collegio et personis ejusdem necessaria et utilia solerter assistat, negligentias et defectus, nec non crimina, excessus et delicta, quæ in dictis scholaribus et Sociis, officariis et ministris, dicto Custode in collegio vel in Universitate præsentem, noverit esse commissa, ipsi Custodi, cessantibus omnimodis affectione consanguinitatis et affinitatis, invidia, amore, odio et timore, denunciabit, ut per ipsum vel alios secundum ordinationes et statuta nostra puniantur, corrigantur et debite reformentur.

To report offences to the Warden.

To reprimand and punish Scholars and Fellows for minor offences.

To be bound by oath to observe these statutes.

Statuentes præterea et volentes, ut dictus Vicecustos per se possit scholares et etiam Socios negligentes aut circa studium desides, vel alio modo errantes circa leviora, corripere, increpare, et, si oporteat, cum consensu unius Decani facultatis seu scientiæ, sic delinquentes corrigere et punire, etiam in præsentia Custodis prædicti. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsum pertinent, bene, diligenter ac fideliter, facienda et etiam observanda, Vicecustos prædictus, statim post ipsius admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliiis, præstet

corporaliter juramentum in præsentia omnium Sociorum dicti collegii vel majoris partis eorum tunc in dicto collegio præsentium, præfato Custode juramentum hujusmodi exigente. Hoc etiam proviso, quod eligentes seu nominantes Vicecustodem hujusmodi, tactis per eos sacrosanctis Evangeliiis, præstent corporaliter juramentum quod nullum ad hujusmodi Vicecustodis officium nominabunt, nisi quem crediderint pro hujusmodi officio exercendo in dicto collegio meliorem, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque. Et insuper, in omnibus electionibus de quibuscunque officariis in dicto collegio eligendis, ab electoribus ipsis consimile præstari volumus juramentum. Volumus autem, quod idem Vicecustos habeat singulis annis quinquaginta tres solidos et quatuor denarios pro labore et stipendio in præmissis, de bonis collegii nostri prædicti, ultra ea quæ in eodem esset alias percepturus; ipsius Vicecustodis officio hujusmodi ultra unum annum minime duraturo. Quam quidem electionis formam, quoties aliquem hujusmodi Vicecustodem eligi contigerit, volumus observari.

Electors of Vicewarden to be bound by oath to impartiality.

Other Electors to be bound by a similar oath.

Yearly stipend of Vicewarden.

His office to continue for one year only.

R. 14.—*De Decanis præficiendis et eorum officio.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod quinque Socii nostri collegii prædicti, de discretioribus et maturioribus, juxta discretionem et arbitrium Custodis ac Vicecustodis, ac tredecim aliorum seniorum Sociorum, quorum tredecim seniorum quinque personæ de facultatibus jurium civilis et canonici existant, nominentur et etiam assumantur: proviso quod nullus in Decanum juris civilis aut canonici assumatur nisi per tres de quinque juristis prædictis fuerit nominatus. Qui sub dicto Custode, tanquam ejus coadjutores, scholarium et Sociorum curam et regimen habeant, qualiter scilicet in studio scholastico et morum honestate proficiant, et eis superintendere, ac eos delinquentes corripere et increpare, ipsorumque transgressiones, excessus, delicta et crimina, Custodi et Vicecustodi denuntiare, et ut ipsa juxta ordinationes et statuta nostra corrigantur et puniantur diligenter instare juxta posse, debeant et etiam teneantur.

Nomination of five Deans.

To superintend Scholars and Fellows under the Warden.

Quorum quinque, duo Magistri in artibus proveciores et maturiores in theologia minime graduati existant, qui, vel eorum alter, singulis disputationibus artistarum, tertius vero legista disputationibus legistarum, quartus etiam canonista in singulis disputationibus canonistarum, et quintus unus de senioribus in theologia in disputationibus theologorum, a principio interesse et usque ad finem, impedimento cessante legitimo, expectare debeant ac etiam teneantur. Quos omnes sic perfectos Decanos volumus nuncupari.

To be present severally in the disputations in the different faculties.

Permittentes quod illi ambo Decani facultatum juris canonici et civilis eligi poterint de facultate juris canonici vel civilis,

The two Deans of civil and canon law to

be elected from either of those faculties.

And to supply each other's place in absence of either.

The Deans to be bound by oaths to observe these statutes.

Each Dean to receive a stipend of one marc.

His office to last one year only.

The commons of Fellows, Scholars, and Chaplains, to be equal, and to vary according to seasons.

To be twelve pence weekly, in plentiful seasons.

secundum quod eligentibus hujusmodi videbitur melius expedire, ac secundum quod in una facultate vel alia maturiores et discretiores existant. Volumusque et statuimus, quod canonistæ vices civilistarum, et civilistæ vices canonistarum absentium, seu alias deficientium, in dicti collegii nostri factis et negotiis, suppleant mutuo, et hinc inde.

Et ad præmissa omnia et singula, quantum ad ipsos pertinet, bene et fideliter ac diligenter facienda, exercenda, et etiam observanda, Decanos prædictos, statim post ipsorum admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliiis, præstare volumus corporaliter juramentum in præsentia omnium Sociorum dicti collegii, vel majoris partis eorum, tum in collegio præsentium, præfato Custode, vel in ipsius absentia Vicecustode, juramentum hujusmodi exigente.

Et quemlibet Decanorum ipsorum annuatim unam marcam sterlingorum volumus percipere, pro labore et stipendio pro præmissis, de bonis communibus collegii nostri prædicti, ultra ea quæ ipsorum quilibet in eodem erat alias percepturus; ipsorum singulorum officio ultra unum annum minime duraturo. Quam quidem electionis formam, quoties aliquos hujusmodi Decanos unum vel plures eligi contigerit, volumus observari.

R. 15.—*Quales communes* septimanatim habeant Socii, scholares et capellani, prædicti.*

Item, quia contingit interdum fertilitatis et plenitudinis, interdum vero sterilitatis et caritiæ annos, et tempora passim juxta divinæ dispositionis arbitrium evenire, in quibus hominum victualia, nunc pro minori nunc pro majori pretio vendi, ac juxta hujusmodi varietatem temporum in majori vel minori habeantur copia, nunc carius nuncque facilius et copiosius poterunt obtineri: Nos itaque præmissa debite ponderantes, et in utroque casu prædicto remedium congruum, quatenus possumus, apponere cupientes, statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociorum capellanorumque capellæ, et scholarium, omnium et singulorum collegii nostri supradicti, communæ pro victualibus sint æquales, quodque juxta varietatem temporum prædictorum, et juxta discretionem, dispositionem et ordinationem, Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, nostri collegii communæ hujusmodi varientur.

Statuentes præterea, et etiam ordinantes, quod in fertilitatis annis et temporibus copiosis, cum victualium abundantia sive copia fuerit, pro quolibet dicti collegii scholari ad duos probationis annos admissis, et Socio etiam perpetuo, ac pro

* The Harleian MS. reads "cominas," and uses the same form of this word in every other instance in which it occurs.

quolibet capellano in dicta capella ministrante et in eodem collegio personaliter existente, duodecim denarii pro suis communis septimanatim per manus bursariorum ejusdem nostri collegii, qui pro tempore fuerint, de bonis communibus ipsius nostri collegii fideliter persolvantur. In annis vero et temporibus majoris caristiæ, cum contigerint, communi hujusmodi, juxta temporis qualitatem et exigentiam, raritatemque ac caristiam victualium prædictorum, necnon secundum varietatem augmentationis pretii bladorum, usque ad tredecim, quatuordecim, quindecim, et necessitate poscente [ad] sexdecim denariorum summam, de bonis communibus supradictis proportionaliter et æqualiter augmententur. Ordinantes ac etiam statuentes, quod, quamdiu et quoties prima duodecim denariorum summa prædicta pro ipsorum septimanatim communis sufficiat, seu quovismodo possit sufficere competenter, summam non transcendant eandem, neque amplior summa pro ipsorum communis hujusmodi de bonis dicti collegii persolvatur vel aliquid ministeretur: et idem de aliis summis singulis pro dictis communis superius limitatis, toto et omni tempore hujusmodi, statuimus, ordinamus et volumus, firmiter et inviolabiliter observari.

To be increased to thirteen, or as high as sixteen pence, in seasons of scarcity.

The limit of commons not to be exceeded.

Demum vero cum bussellus frumenti ultra summam duorum solidorum in Oxonia et in mercatis circumvicinis communiter per viginti dierum spatium et ultra vendatur, tunc durante pretio supradicto communas prædictas, singulos Socios, capellanosque, et scholares prædictos, in dicto collegio præsentis concernentes, necessitate poscente, usque ad summam octodecim denariorum tantummodo, et non ultra, volumus augmentari.

When the bushel of corn sells for more than 2s., the commons to be advanced to 18d.

Nolentes per præmissa, quod singulis Sociis, scholaribus ac presbyteris, supradictis, in victualibus deserviat æqualiter, quia nec omnes erunt æqualis gradus, meriti, vel laboris: sed volumus, quod deserviat iisdem secundum ordinationem et discretionem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, habendo respectum debitum ad status et gradus quos pro tunc habuerint in nostro collegio memorato; æqualitate communarum omnium prædictorum per nos superius ordinata non obstante.

Victuals to be served to Fellows according to rank.

Dictas vero communas, quoscunque Socios, capellanosque et scholares, hujusmodi concernentes, non per ipsorum Sociorum, capellanorum et scholarium, manus, sed per bursarios, seneschallum, et clavigerum seu dispensatorem, qui pro tempore fuerint, expendi volumus et etiam administrari.

Commons to be expended by the Bursars, Steward, &c.

Statuentes præterea, quod, quater in quolibet anno, computus et particula omnes et singularæ, tam communarum quam etiam omnium aliarum expensarum intrinsecarum hospitii dicti collegii, per Custodem, Vicecustodem, quinque Decanos, et quinque alios Socios seniores non officarios, quorum unus canonista et alius civilista existant, audiantur et etiam vide-

Account of commons and household expenses to be audited four times a-year.

antur. Ita quod, si aliquem in ea parte defectum invenerint, ipsum statim corrigant et reformat, prout iis melius videbitur expedire pro utilitate et commodo collegii supradicti.

Et, si quid de communis prædictis, Socios, capellanos, scholares omnes et singulos supradictos, pro tempore presentes concernentibus, singulis quarteriis residuum fuerit, id totum sine diminutione aliqua in utilitatem communem dicti collegii, sicut cætera bona ejusdem communia, reservetur ac etiam convertatur.

R. 16.—*De mensis Sociorum et scholarium prædictorum, et qualiter sedere debeant ad eandem.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod ad capitalem seu principalem mensam aulae collegii nostri prædicti sedeant Vicecustos ac in theologia Magistri et Doctores alii, cujuscunque scientiæ seu etiam facultatis fuerint, quorum absentiam et defectum suppleant in theologia baccalaurii; ita tamen quod quatuor fereulorum de Sociis numerum non excedant, nisi Custos præsens fuerit, cui in medio mensæ prædictæ sedenti soli volumus deserviri, et nisi propter extraneorum præsentiam de honestate aliud fuerit faciendum. In mensis vero collateralibus ex utraque parte aulae sedeant primo et principaliter alii Socii graduati, cujuscunque scientiæ fuerint vel etiam facultatis, necnon sacerdotes de capella, et deinde ex utraque parte aulae prædictæ sedeant alii Socii ejusdem collegii tum præsentis, sicut venerint, absque vendicatione propriæ seu superioris vel anterioris sedis vel loci proprii cujuscunque, et absque festinantia vel tumultu per ipsorum aliquem faciundo. In medio autem aulae prædictæ sedere statuimus, ordinamus et volumus, ad mensam dicti collegii nostri scholares infra probationis annos existentes, et alios, si oporteat, dicti collegii Socios juniores.

Quibus omnibus et singulis Sociis, capellanisque et scholaribus supradictis, in quiete ac silentio discumbentibus, et lecturam scripturarum sacrarum jugiter et attente audientibus, in victualibus competenter et honeste serviri et ministrari volumus de bonis communibus dicti nostri collegii, juxta ordinationem et discretionem Custodis, Vicecustodis, bursariorum et seneschalli aulae, qui pro tempore fuerint, ac secundum temporis exigentiam et communarum summam, in nostris statutis et ordinationibus per nos superius limitatam.

R. 17.—*De lectura Bibliæ in prandio, et silentio tenendo.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli Socii, scholares, et capellani capellæ dicti nostri collegii, sedentes ad mensam in aula ejusdem collegii, singulis diebus in prandio habeant bibliam lectam publice coram eis, per unum

Surplus of commons to be applied to the general use of the College.

Vicewarden and others to sit at the principal table.

Order of sitting at the side-tables;

and at the centre table.

All to be served from the common goods of the College.

The Bible to be read during dinner by a clerk of the chapel or a non-graduate.

clericum capellæ, vel in ipsius defectu per unum scholarem vel Socium non graduatum ejusdem collegii, ad hoc per Custodem vel Vicecustodem deputandum. Cujus lecturæ omnes Socii et scholares et capellani capellæ sub silentio epulantes diligenter intendant; audientiamque lecturæ hujusmodi per verboritates, fabulas, clamores, risus, murmurationes vel tumultus alios inordinatos, non impediant quovismodo. Cum vero loqui ac colloqui eos contingat, tam in aula, mensa, quam in cameris, capella, et alibi infra ipsum collegium, claustrum aut hortum ejusdem ubicunque, modesto et curiali modo loquantur, et cum locuti fuerint Latino fruantur sermone, nisi ad aliud idioma extraneorum vel laicorum præsentia seu ex alia causa rationabili urgeantur.

To be listened to in silence.

The Latin language to be used in conversation.

Nullusque ipsorum alium in ipso collegio studentem seu studere volentem a studio, vel dormitionis tempore a dormitione vel quiete, per ludos, tumultus aut strepitus, vel per alia facta quæcunque, impediatur quovismodo. Alioqui, si quemquam scholarium aut Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ in hoc casu haberi volumus, in præmissis vel eorum aliquo reum contigerit reperiri, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, pro prima vice communis suis per unum diem, pro secunda vice per duos dies, pro tertia per septimanam, pro quarta per quindenam, et pro quinta, si super hoc convictus fuerit, per mensem, privetur et careat ipso facto: qui, si postea in præmissis vel eorum aliquo culpabilis repertus fuerit manifeste, hujusmodi pœna deinceps debite aggravetur, et sic secundum discretionem et moderationem Custodis, Decanorum et bursariorum, vel ipso Custode absente Vicecustodis, Decanorum et bursariorum prædictorum, in hoc casu gravius puniatur.

Against disturbing Students by noisy games, &c.

Offenders to be punished by forfeiture of commons.

R. 18.—*De mora non facienda in aula post prandium et cœnam.*

Item, quia, post refectionem corporum per ciborum et potus sumptionem, homines ad scurrilitates, turpiloquia et, quod pejus est, detractiones et jurgia, necnon alia mala quam plurima et periculosa perpetranda, efficiuntur communiter promptiores, minusque tunc quam jejuno stomacho excessus hujusmodi ponderantes, animos plerumque ad lites, contumelias et excessus alios, commovent simplicium personarum, statuimus, ordinamus et volumus, ut singulis diebus post prandium et cœnam, persoluta prius Altissimo pro susceptis gratiarum actione, deinde sine temporis intervallo, potu caritatis bibere volentibus ministrato, et post potationes in aula hora ignitegii, seniores singuli, cujuscunque status aut gradus fuerint, ad studia sua vel loca alia se conferant, nec juniores alios ibidem moram facere ulterius permittant; nisi in festis principalibus et festis majoribus duplicibus, et nisi quando consilia domus, disputationes, aut

Against lingering in hall after dinner or supper;

excepting on festivals and other occasions when fire is allowed in the hall.

To entertain themselves with poems, histories, &c.

alia negotia ardua collegium tangentia, immediate post in aula debeant pertractari, aut nisi quando ob Dei reverentiam, ac suæ matris, vel alterius Sancti cujuscunque, tempore hyemali ignis in aula Sociis ministratur; tunc scholaribus et Sociis, post tempus prandii aut cœnæ, liceat gratia recreationis in aula in cantilenis et aliis solatiis honestis moram facere condecentem, et poemata, regnorum chronicas, et mundi hujus mirabilia, ac cætera quæ statum clericalem condecorant, serius pertractare.

R. 19.—*De senescallo communi aulæ singulis septimanis deputando.*

A Fellow to be appointed every week to superintend the purchase of food, &c.

To be called the Steward of the Hall.

All Fellows to be subject to the office, with certain exceptions.

The Steward to render his account at the end of the week to the Bursars.

Cæterum, quia volumus quod quotidianæ expensæ omnium in dicto collegio nostro commorantium, quoad esculenta et poculenta, quatenus communes eorum concernunt, utilius et discretius fiant, ac sine dispensatoris sive clavigeri suspicione procedant, statuimus, ordinamus et volumus, quod pro qualibet septimana unus dicti collegii verus Socius perpetuus, seriatim in ordine suo, sit victualium omnium pro hebdomada illa emptorum, emendorum, et etiam expensarum omnium illius hebdomadæ, dispositor ac etiam ordinator, cum supervisione et dispositione bursariorum, vel ad minus duorum ipsorum qui pro tempore fuerint; et parcellas omnium et singularum emptionum, provisionum et expensarum quarumcunque, pro illa septimana scribat vel scribi faciat: qui senescallus aulæ pro sua hebdomada nuncupetur. Quodque omnes et singuli Socii illud onus singulis septimanis, singulis annis, vice sua, assumere et subire teneantur ac debeant: Vicecustode ac aliis, qui secundum formam statuti nostri de mensis Sociorum ad principalem mensam aulæ sedere debebunt, nec non junioribus Sociis qui judicio Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, minus idonei discernuntur ad tale officium exercendum, duntaxat exceptis. Idemque Socius senescallus cum dispensatore seu clavigero prædicto, in cujuslibet septimanæ fine, die videlicet veneris, nisi eodem die festum solenne contigerit, tunc enim die sabbati immediate sequente, coram tribus bursariis vel duobus ad minus, in scriptis fideliter computet de omnibus emptionibus, provisionibus et expensis, illius septimanæ sigillatim quolibet die factis.

R. 20.—*Ex quibus causis communæ ac distributiones aliæ a Sociis et scholaribus subtrahantur.*

Commons to be withdrawn from Fellows and Scholars in certain cases of disobedience and misconduct.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, ut omnibus et singulis scholaribus et Sociis, in dictum nostrum collegium Oxoniæ sub forma prædicta electis et admissis, præfatæ sustentationes annuæ præstari debeant, quamdiu suis superioribus rationaliter et humiliter obtemperantes fuerint et intenti, et cum

suis sociis pacifice, tolerabiliter, honeste et modeste, se gesserint, necnon in regiminis sui studio scholastico, in scientiis seu facultatibus quibus insistent, diligenter et studiose vacantes ac etiam proficientes, ac in divinis officiis, servitiis et obsequiis, præsertim secundum formam præsentibus ordinationibus nostris et statutis traditam, solliciti fuerint et frequentes, ac juramentum ipsorum ipsi collegio nostro in eorum admissione præstitum, bene, fideliter ac inviolabiliter, observaverint, et in bonis conditionibus ac moribus se laudabiliter habuerint et honeste. Alioquin, si qui in præmissis vel eorum aliquo contrarium fecerint, notabiliterve deliquerint, nisi ad monitionem Custodis vel Vicecustodis, ipso Custode absente, effectualiter se correxerint usque ad emendationem condignam, cesset in eorum personis exhibitio communarum supradicta, et ab eisdem, vigore nostræ præsentis ordinationis et statuti, dicti collegii communæ ac distributiones, et alia commoda quæcunque, sine favore realiter subtrahantur; statutis nostris aliis superius et inferius recitatis hanc pœnam vel aliam infligentibus in suis casibus nihilominus in suo robore permansuris.

R. 21.—*De extraneis non introducendis ad onus collegii.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium aut Sociorum dictorum parentes, fratres, consanguineos, notos vel extraneos, aut propinquos, unum vel plures, in ipsum nostrum collegium introducendo, cuiquam Sociorum aut scholarium prædictorum profectus studii scholastici præstet impedimentum, præjudicium sive damnum, vel sit aliunde societati, scholaribus vel Sociis, onerosus, præjudicialis etiam vel damnosus.

Si tamen alicujus Sociorum vel scholarium prædictorum pater, frater, nepos, consanguineus, propinquus vel amicus, ad eorum aliquem venerit, per præsens nostrum statutum non intendimus prohibere quin venientem ad se, de Custodis vel Vicecustodis licentia et consensu, possit in aula vel in camera, suis sumptibus propriis, sine onere communitatis ac cæterorum impedimento vel damno Sociorum vel scholarium, recipere, procurare ac pascere, prout placet, duobus diebus duntaxat, et non ultra. Statuentes, etiam, ut nullus extraneus, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, infra dictum collegium hospitetur, nec etiam pernoctet aliquid in eodem.

Nolumus, insuper, quod aliquis alius dictæ Universitatis scholaris, aut quivis alius, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, ad faciendum cum iis moram infra dictum collegium ultra dictos duos dies, vel ad ponendum seu solvendum communas, vel aliquid aliud ratione communarum vel moræ suæ longioris faciendæ ibidem, in dicto nostro collegio

Fellows and Scholars not to bring strangers into the College, to the hindrance of others.

A relation or friend may be entertained by a Fellow or Scholar at his own expense;

but for two days only. No stranger to pass a night in the College.

No other Scholar of the University allowed to pass more than two days in the College.

Penalty for introducing a stranger to pass a night in the College.

recipiatur vel alias admittatur. Si quis vero dicti nostri collegii aliquem extraneum ad pernoctandum infra dictum collegium admisierit, seu pernoctationi hujusmodi causam dederit, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, et pro tertia vice per mensem, communis suis privetur et careat ipso facto. Et, si quis postea in ea parte culpabilis inventus fuerit, pœna ipsa contra eum debite aggravetur, secundum discretionem et moderationem Custodis, Decanorum et bursariorum, nostri collegii memorati, vel, absente Custode, Vicecustodis, Decanorum, et bursariorum eorundem.

No entertainments to be given by strangers in the College.

Inhibentes, præterea, ne aliqua convivia per extraneos, in aliqua facultate seu scientia gradus vel status aliquos assumentes, nec congregationes alia, vel tractatus aliqui per aliquos foraneos, laicos vel clericos, infra dictum collegium [fiant] quovismodo in posterum.

R. 22.—*De communi annua vestium liberata.*

Item, ut Socii dicti nostri collegii unanimes interius perseverent et in caritate mutua fortius copulentur, quo ipsi pariter uno signo exterius conspexerint se signatos, ad idem quoque nostrum collegium affectionem majorem obtineant, quo ab eodem plura subsidia et commoda in suis indigentis se noverint percepturos, et ne pro defectu vestium erubescant seu inhonesti aliis Universitatis prædictæ scholaribus videantur, ac nimia egestate laborent: statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos et Socii universi dicti nostri collegii veri et perpetui infra regnum Angliæ existentes, tam nostri consanguinei quam alii, qui pro tempore fuerint, erga festum Nativitatis Domini annis singulis in perpetuum, vestes de una et eadem secta, juxta qualitatem gradus et status ipsorum, de sufficienti panno habeant concedentes de bonis communibus nostri collegii supradicti, pretii cujuslibet panni competenter aquati, siccati et tondi, continentis ad minus viginti quatuor virgatas, quadraginta duorum solidorum in toto. Ordinantes, præterea, quod Custos prædictus duodecim virgatas panni hujusmodi pro suis vestibus percipiat supradictis. Carteris vero Sociis, de quibus præmittitur, non omnibus æqualiter, sed tantum de panno hujusmodi assignetur quantum [ad] uniuscujusque subtunicam, supertunicam, tabardam, talarem, vel capam et caputium, habito respectu ad recipientium gradus, status et etiam staturas, secundum majus et minus, rationabiliter sufficiet et etiam condecenter, singulis pannis inter tres Socios singulos divisus; et quod idem pannus ante festum Omnium Sanctorum annis singulis liberetur iisdem. Ac quemlibet Socium supradictum præter pannum prædictum, pro furrura et factura vestium hujusmodi, de bonis communibus supradictis sex solidos et octo denarios percipere volumus annuatim, ultra

The Wardens and Fellows to be allowed clothes of the same suit yearly.

Particular allowances of cloth to Warden and different Fellows;

To be given out before the feast of All Saints.

Allowance of 6s. 8d. for making up the clothes.

omnia emolumenta alia quæ ipsi de ipso collegio nostro erunt alias percepturi.

Quodque illis solummodo liberata hujusmodi tunc temporis tribuatur, qui in primo die mensis Martii proximo tunc futuro Socii collegii ipsius existent, ac quod nulli tali liberata ipsa assignetur qui, a tempore partitionis liberatæ ipsius usque ad primum diem mensis Martii prædictum, a dicto collegio, ex quacunque causa, fuerit finaliter recessurus. Ordinantes, præterea, quod illi qui inter tempus partitionis liberatæ prædictæ et festum Purificationis Beatæ Mariæ proximum tunc sequens Socii fuerint admittendi, postquam sic admissi existant, liberatam hujusmodi, sicut alii Socii prædicti, recipiant de nostro collegio memorato.

A Fellow intending to leave before the next 1st of March, not to have his livery.

Fellows admitted before Lady-day to have a livery.

Volumus, insuper, quod quilibet presbyter capellæ collegii nostri prædicti conductitius, in collegio existens et capellæ deserviens per annum integrum, habeat et percipiat, erga festum Nativitatis Domini, quinque virgatas panni de secta Sociorum ipsius collegii annuatim. Ordinantes, etiam, quod tres bursarii in partitione et divisione liberatæ prædictæ, una cum Custode, si præsens fuerit, seu ipso absente cum Vicecustode, annis singulis sint præsentés, et quod remanentia pannorum prædictorum remaneant in custodia bursariorum ipsorum per indenturam inter eosdem Custodem seu Vicecustodem et prædictos bursarios faciendam. Inhibentes, præterea, Custodi, nec non omnibus et singulis Sociis supra dictis, qui pro tempore fuerint, ne pannum aut vestes hujusmodi infra quinquennium vendant, impignorent, donent vel extra collegium prædictum deponant, vel quocunque alienationis titulo alienent etiam vel concedant, præterquam ipsius collegii nostri Scholaribus aut Sociis in casu inferius designato. Si quis vero Sociorum prædictorum contrarium fecerit, ipsum liberata sua anni proximo tunc sequentis, præsentis nostræ ordinationis vigore, statuimus, ordinamus et volumus, esse ipso facto privatam. Permittentes tamen ipsius collegii nostri Custodi et Sociis quibuscunque quod ipsi quintam liberatam suam præcedentem aliis ejusdem collegii Sociis, infra primum annum admissionis eorundem in veros Socios existentibus, seu collegii ejusdem scholaribus, absque venditione liberatæ ejusdem aut alicujus pecuniæ receptione, seu remuneratione rei temporalis, eis pro liberata eadem quomodolibet faciendâ, gratis dare valeant et liberaliter conferre, si voluerint, intuitu charitatis.

Allowance of livery for the priests.

Three Bursars and Warden to superintend the distribution of the livery.

Against pawning or disposing of liveries within five years.

Penalty.

Warden and Fellows allowed to give away a livery in the fifth year to other Fellows or Scholars.

R. 23.—*De habitu Sociorum et scholarium de collegio, et de armis non portandis.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos, Socii, et scholares universi nostri collegii memorati, cum ad scholas

Of the dress of the Warden, Fellows, and Scholars.

Not to wear cloaks within the limits of the University, or a mile beyond them.

vel alibi extra ipsum collegium infra Universitatem prædictam et spatium unius miliaris circa Universitatem eandem, tam diebus legibilibus quam aliis feriatis ire, contigerit, capis, chimeris, et tabardis longis et talaribus, vel mantellis pro tempore inceptionum, sicut et prout eorum gradibus et statibus congruit, et non aliis vestibus, superius induantur. Inhibentes nihilominus ipsis omnibus et singulis, cujuscunque status aut gradus existant, ne clocas, seu armulansas aut bellas, infra Universitatem et spatium prædicta gerere vel iis uti quovismodo præsumant: nisi ex temporis qualitate, videlicet, temporibus pluvia, grandinis, sive nivis, necessitate imminente, aliud fuerit faciendum, tunc enim clocis seu armulansis hujusmodi, aut aliis habitibus decentibus et honestis, uti, juxta ipsorum status et gradus, ac temporis hujusmodi imminentis exigentiam, permittantur.

Their under clothes.

Nolentes, tamen, quod propter hoc occasionem vel causam sibi confingant capas, chimeras, mantellas et tabarda, temporibus aliis dimittendi, aut præsens nostrum statutum illudant quomodolibet vel infringant. Aliis vero vestibus, et calceamentis eos sub hujusmodi capis, chimeris, mantellis vel tabardis, uti volumus sicut honestati convenit clericali, et prout dictaverint canonicæ sanctiones, ac cætera sanctorum patrum constitutiones editæ in hac parte.

Not to walk alone.

Quodque non soli sine Socio vel scholari dicti nostri collegii, aut uno de communibus servientibus ejusdem collegii, vel alio ætatis maturæ comite, non suspecto, modesto modo incedant; præterquam ad processiones, sermones, ecclesias, vel ad scholas, tunc enim ipsos solos ire permittimus, si pro tunc comitem hujusmodi habere non poterint bono modo.

Not to wear red or green hosen, or peaked shoes, &c., nor to carry arms.

Inhibentes insuper omnibus et singulis scholaribus et Sociis supradictis, ne caligis rubris aut viridibus, sotularibusve rostratis, aut caputiis nodulatis, in Universitate vel extra, quovismodo utantur; aut gladios longosve cultellos, seu arma invasiva, vel etiam defensiva, zonas, cinctoria auro vel argento ornata, infra dictum collegium vel extra infra Universitatem et spatium supradictum deferre præsumant, publice vel occulte, nisi ex causa necessaria per Custodem seu Vicecustodem, Decanos et bursarios nominatos superius, approbanda.

Not to have long hair or beard, but to have the tonsure.

Statuentes, præterea, ne quis scholarium vel Sociorum prædictorum comam nutriat neque barbam, sed quod omnes scholares et Socii prædicti coronam deferant et tonsuram ipsorum ordini, gradui et statui, congruentes honeste ac debite, sicut decet. Alioquin transgressores in præmissis aut eorum aliquo, si super his convicti fuerint, eandem pœnam statuimus et decernimus subituros quæ in capitulo de scholaribus et Sociis dicti nostri collegii extra Universitatem sine licentia devillantibus inferius irrogatur.

Penalty.

R. 24.—*Quod scholares vel Socii sine licentia extra Universitatem non debeant devillare.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis Sociorum, vel scholarium prædictorum ab Universitate prædicta, ex quacunque causa, devillare voluerit, causam suam hujusmodi Custodi, si præsens fuerit, vel, si absens sit, Vicecustodi et duobus Decanis, quorum unus sit de facultate sua, si præsens fuerit, prius ostendat; qua causa per ipsum vel ipsos, si hoc faciendum duxerit seu duxerint, approbata, devillandi et proficiscendi petat tunc licentiam ab iisdem. Nolentes quod in licentia hujusmodi Sociis vel scholaribus hanc petentibus concedenda dicti Custos seu Vicecustos vel Decani se reddant nimis difficiles sed volumus; quod scholari vel Socio ipsam petenti, asserentique, sub juramento ipsi collegio in ipsius admissione præstito, se habere veram causam absentandi, non denegetur in hoc casu facultas vel licentia absentandi, et præcipue magnarum et generalium vacationum temporibus. Hoc adjecto, quod tunc etiam absentare se volentibus, ac justas, honestas et rationabiles, causas, ut præmittitur, allegantibus, certum rationabile tempus absentiae præfigatur iisdem, consideratis causis allegatis, ac conditione, statu et gradu, personarum ipsam petentium licentiam, locorum distantia, et temporis qualitate, infra quod ad dictum nostrum collegium et studium redire, cessante impedimento legitimo, debeant ac etiam teneantur.

Scholars and Fellows to obtain leave, before absenting themselves from the University.

Permission not to be refused unreasonably.

A period to be fixed for return.

Et quod, dum absentes fuerint in patria, sicut decet clericos induantur et honeste moribus conversentur. Nec pro tunc, aut dum in Universitate præsentibus fuerint, iidem scholares vel Socii, vel alii in ipso collegio manentes quicumque, tabernas, spectacula, vel alia loca inhonesta, exerceant aut frequentent, sed a comitivis suspectis penitus se abstineant, ne (quod absit) ex communione inhonesta vel suspecta, aut alias ex eorum insolentis quibuscunque, dicto collegio nostro, scholaribus vel Sociis ejusdem, scandalum, damnum vel præjudicium, eveniat aut quomodolibet generetur.

Clerical conduct during absence.

Not at any time to frequent taverns or shows.

Nec liceat alicui scholarium aut Sociorum prædictorum extra collegium nostrum supradictum in villa Oxoniæ aut ejus suburbio, vel locis aliis per quatuor miliarium spatium a villa Oxoniæ minime distantibus, seu infra, quomodolibet pernoctare, nisi ex causa necessaria, rationabili et honesta, per dictos Custodem, Vicecustodem et Decanos, approbanda. Alioquin, si forsitan quisquam scholarium vel Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ in hoc casu haberi volumus, in præmissis vel eorum aliquo culpabilis inveniatur, cujuscunque tatus, gradus aut conditionis, existat, pro prima vice per septimanam, pro secunda vice per quindenam, et pro tertia vice per unum mensem, tunc proximo secuturos, communis suis careat ipso facto:

Not to pass the night out of College.

Penalty.

qui, si quarto deliquerit, in hoc casu ab ipso nostro collegio, præsentis vigore statuti, ipsum exclusum et privatum fore decernimus ipso facto, nulla remissione Custodis prædicti aut alterius cujuscunque sibi valitura.

Leave of absence not to be given to more than ten Fellows or Scholars at one time.

Periods of the year when the number may be increased to twenty.

Absentees at the Court of Rome, &c., not to be reckoned in the number.

Special causes of absence excepted.

Hoc etiam proviso, quod, una et eadem vice, non detur pluribus scholaribus vel Sociis ultra decem in numero licentia absentandi, ne per hoc cultus divinus in dicto collegio minuatur ac profectus studii scholastici subtrahatur: præterquam a vigilia Sancti Thomæ Apostoli usque ad tertium diem [post festum] Epiphaniæ Domini immediate sequentem, et a die Dominica in Ramis Palmarum usque ad diem Dominicam in octavis Paschæ, et a die Jovis proxima ante festum Pentecostes usque ad diem Dominicam qua celebratur specialiter festum Sanctæ Trinitatis in Anglia, et a crastino Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis usque ad primum diem mensis Octobris extunc proximo secuturum, quibus temporibus scholaribus et Sociis supradictis usque ad numerum viginti in toto, ex causa rationabili et honesta, ut præmittitur, licentiam absentandi dari permittimus et concedi; illis in Romana curia, vel alibi extra regnum Angliæ, ex causis in nostris statutis expressis, existentibus, pro tempore in numero absentium hujusmodi minime computatis: nisi ex causis promotionis ipsorum, mortis vel gravis infirmitatis parentum, et in aliis casibus consimilibus, juramento licentiam hujusmodi petentium in præsentia Custodis, Decanorum et bursariorum, qui pro tempore in collegio præsentis fuerint, seu ipso Custode absente Vicecustodis et Decanorum ac bursariorum eorundem, confirmandis.

R. 25.—*Quod nullus scholaris vel Socius teneat canes aliquos, aut aves accipitres, ludatve, sagittet, jaciat, vel alia exerceat, infra collegium vel extra, per quæ damnum eidem collegio eveniat quovismodo.*

Against keeping hawks, hounds, &c.

Against games of hazard, chess, &c.

Special interdiction of the low sport of shaving beards on the eve of inception of Masters in Arts.

Et quoniam non congruit pauperibus, et præsertim de elemosyna viventibus, dare panem filiorum hominum canibus ad manducandum, scriptumque reperiatur alibi, Væ sit iis in peccatum qui in avibus cæli ludunt, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium vel Sociorum dicti nostri collegii leporarium teneat, aut canem alium quemcunque, ferretos, nisum, vel aliam avem accipitrem qualemcunque, Taxillorum, insuper, schaccorum, et alcarum ac pilarum, omnemque ludum alium noxium, inordinatum, illicitum et inhonestum, et præsertim omnem ludum causam vel occasionem perditionis monetæ pecuniæ, rerum seu bonorum quorumlibet, ministrantem, ac etiam illum ludum vilissimum ac horribilem radendi barbos, qui fieri solet in nocte præcedente Inceptionis Magistrandorum in artibus infra collegium nostrum prædictum, vel alibi in Universitate prædicta ubicunque, ipsis penitus interdicimus et etiam prohibemus expresse. Contrarium vero huic

prohibitioni nostræ facientes, si super hoc convicti fuerint, Penalty.
 pœnam scholaribus et Sociis dicti nostri collegii extra Uni-
 versitatem sine licentia devillantibus, in proximo capitulo
 præcedente superius limitatam, incurrere statuimus et volumus
 ipso facto.

Statuentes, præterea, et etiam prohibentes firmiter et ex- Against hurl-
ing or shooting
stones, &c., to
the danger of
the buildings.
 presse, ne quisquam Sociorum vel scholarium prædictorum,
 ministrorum aut aliorum quorumcunque, jaciant, sagittent
 lapides, pilas, ligna, terram, seu alia quæcunque, aut aliquos
 ludos seu jactus faciant vel exercent, faciat vel exercent
 aliquis eorundem, nec ab aliis fieri permittant infra collegium
 prædictum, claustrumve, clausum, vel hortum ejusdem, vel
 extra, per quæ vel eorum aliquod capella, aula, vel domus
 alia seu ædificia dicti collegii, in fenestris vitreis, muris,
 tectis, cooperturis, vel alias qualitercunque infra vel extra,
 superius vel inferius, fracturas, læsiones aut damnum aliud,
 patiantur seu habeant quomodolibet vel jacturam.

Et si quis in hoc casu deliquerit, et super hoc convictus Penalty.
 fuerit, pro damno per ipsum sic illato satisfaciatur competenter,
 et nihilominus per subtractionem communarum suarum per
 quindenam ad minus, vel alio modo juxta discretionem Custodis,
 Vicecustodis, Decanorum, bursariorum, et quinque
 aliorum Seniorum dicti collegii, juxta qualitatem delicti
 acriter puniatur, sine favore quocunque, ne perpetrandi similia
 cæteris audacia tribuatur.

R. 26.—*De tempore assumendi gradus in qualibet facultate.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, ut quilibet Socius The entire
years assigned
to the study of
each faculty to
be completed
before taking a
Bachelor's
degree.
 perpetuus vel scholaris dicti nostri Collegii, ad quamcunque
 scientiam seu facultatem deputatus, annos in ipsa scientia seu
 facultate, juxta ritum, morem, statuta et consuetudines, Uni-
 versitatis prædictæ, in hujusmodi scientia seu facultate neces-
 sarios, statutos et haberi consuetos, absque remissione temporis
 aut completionis formæ, habeat integros et completos, antequam
 ad statum baccalaureatus in eadem facultate seu scientia quo-
 modolibet admittatur.

Quibus annis completis, si judicio Custodis, Vicecustodis, After com-
pletion of term
and examina-
tion, admission
allowed to the
Bachelor's
degree.
 duorum Decanorum, quorum unus theologus vel artista et
 alius civilista vel canonista existant, bursariorum, et sex
 aliorum seniorum diversarum facultatum collegii supradicti,
 quorum duo de facultatibus juris civilis et canonici existant,
 vel, in ipsius Custodis absentia, Vicecustodis, Decanorum et
 bursariorum, ac sex seniorum dictorum, examinatus, habilis,
 sufficiens et idoneus, repertus fuerit, statum baccalaureatus
 assumat, et extunc ad legendum continue, vel actus alios exer-
 cendum, in eadem scientia pro forma baccalaureatus illico se
 convertat: et statim, completa forma in dicta Universitate
 statuta et etiam limitata, in quacunque fuerit facultate seu Degree of
Master or
Doctor to be

taken a year after completing the form of the Bachelor's degree.

scientia, et uno anno ultra formam eandem, ad recipiendum et assumendum gradum Magistratus seu Doctoratus in ipsa scientia seu facultate, si scientia, moribus, ætate, judicio Custodis omniumque Decanorum, et majoris seniorisque partis Sociorum graduatorum in dicto collegio nostro studentium, vel, in absentia Custodis, Vicecustodis, Decanorum et majoris partis Sociorum dictorum, repertus fuerit habilis et idoneus, effectualiter sit paratus; et infra annum a tempore denuntiationis Custodis, vel Vicecustodis absente Custode, continue numerandum, impedimento cessante legitimo, judicio Custodis vel Vicecustodis, et majoris partis Sociorum dictorum, etiam approbando, incipere realiter teneatur.

Cases of disagreement respecting fitness for a degree.

Si vero super cujusquam Sociorum vel scholarium gradus assumptione, videlicet ut gradum assumat in forma prædicta, infra unum diem non poterit concordari, tunc ipse pro habili, sufficienti, et idoneo ad gradum tam in jure civili quam in jure canonico assumendum, habeatur, quem [habilem judicabunt] omnes civilistæ et canonistæ nostri collegii in Universitate tunc præsentibus; in aliis vero scientiis et facultatibus, quem omnes Socii dicti collegii in Universitate tunc præsentibus, præter canonistas et civilistas, duxerint approbandum, sub ipsorum debito præstiti juramenti. Nulla gratia super remissione temporis aut non completionis formæ; præterquam in forma canonistarum, cum quibus dispensari permittimus ut non teneantur jurare se audivisse Decretales complete, ac etiam decretorum Doctores non teneantur regere in decretis, et præterquam in forma graduandorum in medicina, ut ipsi videlicet, deficiente Doctore regente in facultate illa, possint uti gratiis concedendis iisdem super non completionem formæ in hoc casu alias requisitæ, dum tamen fraus aut dolus non interveniat in hac parte; qualitercunque ipsis concessa, quomodolibet valitura iisdem: qua, etsi forsitan ad instantiam, supplicationem vel petitionem, quarumcunque personarum, seu alias gratuita, sibi concessa, nullo modo gaudeant vel uti præsumant.

Prohibition of grace for remission of time, or non-completion of form, with exceptions.

Further exceptions, in which graces are allowed.

Per præmissa vero non intendimus prohibere, quin regentes, cujuscunque fuerint facultatis, de triginta diebus in anno, quodque in theologia baccalaurei, quod responsiones eorum extraordinariæ cedant ipsis pro responsionibus ordinariis, necnon in jure civili vel canonico baccalaurei, quod responsiones eorum in vesperis cedant ipsis pro responsionibus formalibus, quin etiam in artibus baccalaurei super auditione unius libri pro alio, gratiis per Universitatem concessis iisdem libere uti valeant; juxta tamen discretionem et arbitrium Custodis, Vicecustodis, Decanorum, bursariorum, et sex aliorum Sociorum seniorum nostri collegii memorati, quorum seniorum duo theologi, duo canonistæ, et alii duo facultatis juris civilis, existant. Permittentes etiam juris civilis baccalaureos translatos seu assumptos ad facultatem juris canonici in jure civili

Bachelors of civil law trans-

legere, ac pro eorum forma in ipso alios actus scholasticos exercere, necnon incipere in eodem, eorum translatione seu assumptione hujusmodi non obstante.

Statuentes, insuper, quod quilibet Magister in artibus, postquam in eadem facultate in dicta Universitate tribus annis integris rexerit, anno inceptionis suæ, si post festum Paschæ inceperit, minime computato, ad facultatem theologiæ vel astronomiæ seu medicinæ illico se convertere debeat et etiam teneatur, proficiatque et gradus assumat in eadem, prout superius est expressum. Ita, tamen, quod pro tempore talis regentiæ nihilominus remaneat potestas et facultas libera Custodi, Decanis et sex senioribus ejusdem collegii, et in ejus absentia Vicecustodi cum iisdem Decanis et sex senioribus, infra tempus prædictum Magistros regentes hujusmodi et eorum quemlibet a sua regentiâ vocandi, eosque ad alias, ut prædicatur, divertere facultates, seu ad regendum ulterius, si nullus alius de collegio in ipsa facultate regens fuerit, si iis expedire videbitur, compellendi; cui quidem vocationi sive compulsioni dicti regentes teneantur et debeant humiliter obedire. Alioquin, si quis in aliquo præmissorum contraverit, vel, quantum in eo fuerit, præmissa in hoc statuto, cujuscunque scientiæ seu facultatis existat, non observaverit, vel in hoc non obedierit, et super hoc trina monitione præmissa convictus fuerit, omni jure quod habuit vel habet in eodem nostro collegio, et sustentatione ipsius, ejusdemque beneficiis, vigore præsentis nostri statuti, perpetuo exclusum fore decernimus ipso facto. Ita quod nulli sic excluso liceat procurare contra suam exclusionem hujusmodi aliquod remedium juris vel facti, prout in ipsius juramento in ejus admissione præstito plenius est expressum. Ordinantes, ac etiam statuentes, quod quotiescunque aliquis de collegio nostro prædicto ad gradum recipiendum licentiatus fuerit, et etiam cum realiter inceperit, in quacunque fuerit facultate, omnes alii Socii et scholares ejusdem collegii tunc in Universitate præsentibus, impedimento cessante legitimo per Custodem seu Vicecustodem approbando, licentiando et incipienti hujusmodi in eundo comitivam exhibeant personalem, et in actis iisdem, præsentis nostræ ordinationis et statuti vigore, interesse personaliter teneantur.

R. 27.—*De portionibus solvendis annuatim pauperibus Sociis in gradibus assumendis, qui non habeant redditum in statutis limitatum, vel amicis qui ipsis de tanta summa juvare voluerit.*

Item, quia plerumque accidit quod nonnulli scholares clerici scientia et moribus approbati, qui annos et formam in scientiis et facultatibus quibus insistent, juxta modum et formam statutorum Universitatis prædictæ, laudabiliter et debite compleverint, aliasque habiles existunt et idonei ad sumendum status

seu gradus in hujusmodi scientiis seu facultatibus supradictis, status vel gradus eisdem, secundum quod deceret et expediret, propter paupertatem, inopiam et penuriam, carentiamque amicorum et sumptuum necessariorum. quæ circa statuum sive graduum hujusmodi assumptionem ipsos facere oporteret, nequeunt assumere quovismodo; sed propter carentiam amicorum et sumptuum prædictorum, postquam annos et formam, ut præmittitur, debite compleverint, circa status seu gradus assumptionem in scientiis seu facultatibus quibus sic institerint, et ad quos status et gradus etiam recipiendos habiles et idonei probati fuerint, stant, ut prius, statum seu gradum aliquem nullatenus assumentes temporibus aliquoties diuturnis, in ipsorum damnum non modicum et jacturam: Nos igitur indemnitati ac etiam utilitati Sociorum dicti nostri collegii paupertatis onere gravatorum, necnon amicorum defectum, penuriam et inopiam, patientium, in hac parte prospicere cupientes, ad conservationem status, decoris pariter et honoris, ipsius nostri collegii, necnon ad observationem ordinationum et etiam statutorum ejusdem, et ne ipsi Socii nostri collegii causam habeant excusandi se ab assumptione statuum vel graduum hujusmodi, temporibus in dictis nostris ordinationibus et statutis superius limitatis; statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti collegii nostri Socii omnes et singuli, status sive gradus in scientiis sive facultatibus hujusmodi assumpturi, paupertatem, penuriam et inopiam, amicorumque carentiam et defectum, ut præmittitur, patientes, quo minus expensas et sumptus hujusmodi necessarios in præmissis, de bonis seu possessionibus suis propriis, aut ab amicis, habere possint, duntaxat, et non alii, dum tamen annos et formam compleverint aliasque habiles ad hoc reperti fuerint, prout superius est expressum, pro vestibus, furruris, et aliis eorum necessariis in hoc casu, summas percipiant infrascriptas; videlicet, ad quæstionem in artibus, juxta modum et formam usitatos in dicta Universitate Oxoniæ, responsuri tredecim solidos et quatuor denarios; determinaturi vero in eadem facultate seu scientia tredecim solidos et quatuor denarios; incepturi præterea in eadem scientia viginti et sex solidos octo denarios; in jure autem canonico gradum baccalaureatus sumpturi tredecim solidos et quatuor denarios; gradum vero baccalaureatus in jure civili sumpturi tredecim solidos et quatuor denarios; incepturi quoque in jure civili viginti et sex solidos octo denarios; incepturi vero in jure canonico viginti et sex solidos octo denarios; in physica baccalaureatus gradum sumpturi tredecim solidos et quatuor denarios; et in eadem [facultate seu] scientia incepturi viginti sex solidos octo denarios; in theologia baccalaureatus gradum sumpturi viginti solidos, et in ipsa scientia incepturi viginti et sex solidos octo denarios; ultra portiones suas superius limitatas, de bonis communibus dicti nostri collegii, pro neces-

Allowances to
poor Fellows,
to take degrees
in arts.

In canon and
civil law.

In physic.

In theology.

sariis suis sumptibus et expensis quæ circa præmissa ipsos facere oportebit, percipient per manus bursariorum qui pro tempore fuerint nostri Collegii supradicti.

Volentes præterea, et etiam statuentes, quod tot de Sociis supradictis defectum et penuriam hujusmodi patientibus, qui annos et formam compleverint, habilesque reperti fuerint, ut præmittitur, status sive gradus prædictos singulis annis assumere libere permittantur, quot et quibus viginti librarum sterlingorum summa, de bonis communibus ipsius collegii assignanda, quolibet ipsorum summam particularem superius limitatam proportionabiliter percipiente, sufficere poterit in hoc casu. Nolentes per hoc ceteros Socios dicti nostri collegii, status et gradus hujusmodi assumere cupientes, potentes et valentes aliunde ipsorum in hac parte necessariis providere, si annos et formam compleverint habilesque reperti fuerint, ut præfertur, aequaliter refranare. Custodem, Vicecustodem et bursarios, ejusdem nostri Collegii, in virtute juramenti ipsorum ipsi collegio præstiti, firmiter injungentes et arctius onerantes, quod ipsi summam supradictam, sicut et prout separatim limitantur superius, personis pauperibus supradictis, et non aliis, ex [aliis] causis quam superius expressatis, temporibus opportunis absque difficultate quacunque integraliter liberent et persolvant. Quam quidem paupertatem et penuriam probari volumus per hujusmodi personarum graduandarum, præstandum coram dicto Custode, Vicecustode et bursariis, ad sancta Dei Evangelia, juramentum, ante solutionem et liberationem summarum pecuniæ supradictæ.

Allowances for this purpose not to exceed £20 in all.

Allowances to be restricted to poor persons.

Ordinantes præterea, et etiam statuentes, quod nostris pauperibus consanguineis, ipsius nostri collegii Sociis, qui possessiones vel redditus spirituales seu temporales non obtinerint quorum proventus et obventiones decem librarum sterlingorum valorem annuum, supportatis oneribus, non excesserint, ultra cætera omnia et singula quæ ipsi de dicto collegio erunt alias percepturi, certa summa pecuniæ infra-scripta de bonis communibus dicti collegii nostri pro lectis, calcamentis, et aliis iis necessariis, singulis annis in perpetuum, per visum Custodis, vel in ipsius absentia Vicecustodis, et per manus bursariorum ejusdem nostri collegii, distribuatur et fideliter ministretur; videlicet, cum numerus consanguineorum nostrorum hujusmodi septennarium numerum quovismodo excedat, tunc volumus, quod viginti librarum summa de bonis communibus supradictis inter ipsos æqualiter dividatur; si vero numerus ipsorum numerum septennarium non attingat, vel si ipsum numerum attingat et non excesserit, tunc volumus quod singulis eorundem quatuor marca de bonis iisdem annis singulis persolvantur. Salvis semper iisdem communis suis pro sustentatione sua quotidiana prædicta, robis cum furrura, necnon emolumentis, proficiis et perceptionibus aliis, quas et

Allowance for beds, &c., to Founder's kin, having incomes not above £10.

Together with commons and other emoluments.

quæ ipsos percipere volumus in et de collegio memorato, sicut cæteri Socii ejusdem veri et perpetui jam percipiunt et debebunt percipere in futurum. Super quibus omnibus et singulis fideliter adimplendis, Custodem, Vicecustodem, Decanos et bursarios, omnesque alios dicti nostri collegii Socios, quantum in iis fuerit, sub ipsorum dicto nostro collegio præstando sive præstito juramento, eorumque omnium conscientias, apud Altissimum arctius oneramus.

R. 28.—*De informatione Sociorum et scholarium, ac salario informantium eosdem durante termino trium annorum.*

Item, diligentem et assiduam informationem Sociorum et scholarium collegii nostri Oxoniæ, eorundemque profectum multiplicem ac expeditionem celerem, summo et ferventi cordis desiderio affectantes, centum solidorum summam de bonis communibus dicti nostri collegii, pro informatione dictorum Sociorum et scholarium, modo et forma subscriptis, perpetuo duximus assignandam.

Idecirco statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociis et scholaribus dicti collegii, tam in facultate artium quam in jure civili studentibus, omnibus et singulis, usque ad triennium completum, a tempore primariæ admissionis eorundem in dictum nostrum collegium continue numerandum, de Sociis dicti nostri collegii in literarum scientia ac morum honestate idoneis et approbatis, ad informandum Socios et scholares hujusmodi juniores assignetur et etiam realiter deputetur in utraque prædictarum facultatum unus pluresve, prout dicti nostri collegii Custodi et Decanis facultatis artium pro Sociis et scholaribus ejusdem [facultatis], ac eidem Custodi et Decanis juris canonici et civilis pro Sociis in jure civili studentibus, magis videbitur expedire.

Pro quolibet vero tali Socio et Scholari, durante termino trium annorum supradicto, quinque solidos sterlingorum de bonis communibus nostri collegii, ultra cætera omnia per Socios seu scholares hujusmodi informatori seu informatoribus prædictis, in remunerationem sui laboris, solvenda, per manus bursariorum ejusdem collegii, qui pro tempore fuerint, annuatim persolvi volumus temporibus perpetuo duraturis. Proviso, quod salarium hujusmodi informatorum uno et eodem anno centum solidorum summam, de bonis communibus dicti collegii, nullatenus transcendat. Quilibet etiam Sociorum prædictorum onus informandi, sibi, ut præfertur, injunctum, subire ac illud complere teneatur, sub ipsius collegio debito præstiti juramenti.

R. 29.—*De tempore suscipiendi sacros ordines et sacerdotium per Socios collegii.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Socius quilibet dicti collegii nostri, qui in artibus inceperit, infra duos annos

Allowance of 100s. for instruction.

Allowance of 5s. yearly to a Fellow or Scholar appointed a Tutor.

Total salary of Tutor not to exceed 100s.

Time of taking holy orders by Artists.

auditionis theologia, cessante impedimento legitimo, per Custodem et Decanos, vel in ipsius Custodis absentia per Vicecustodem et Decanos, approbando, ad sacros ordines, et infra annum proximo tunc sequentem ad sacerdotium, se faciat promoveri.

Statuentes, præterea, quod quilibet civilista, infra annum By Civilists.

decimum auditionis suæ in jure civili, se faciat ad subdiaconatus ordinem promoveri. Et, postquam inceperit in eodem jure, infra tres annos integros inceptionem suam immediate sequentes, impedimento cessante legitimo modo quo præmittitur approbando, absque dolo, fraude seu fictione quibuscunque, se faciat ad sacerdotium promoveri; nisi, deficiente in collegio prædicto alio Doctore facultatis ejusdem regente, ulterius regat actualiter atque legat; quem, ab hujusmodi regimine atque lectura cessantem, infra dimidium anni ex tunc immediate sequentem ad sacerdotium volumus promoveri.

Quilibet vero canonista, qui in utroque jure vel eorum altero By Canonists.

novem annos habuerit, extunc infra unum annum immediate sequentem ad subdiaconatus ordinem, et infra quatuor annos immediate tunc sequentes, impedimento cessante legitimo modo quo præmittitur approbando, ad presbyteratus ordinem, se faciat promoveri. Studentes autem in arte medicina, By Students in Medicine. postquam inceperint et rexerint per triennium, post eorum inceptionem in eadem scientia computandum, se faciant infra unum annum extunc immediate sequentem in presbyteros ordinari, nisi legitime excusentur, prout superius est expressum. Et, post susceptum sacerdotium, se faciant omnes et Instruction in performing mass. singuli Socii supradicti celeriter instrui ad missas devotius et Prohibition of celebrating out of the College for money. frequentius celebrandas. Recipiendi tamen pecuniam per modum annualis servitii, vel alioquovis colore, ad celebrandum alibi quam in capella ipsius nostri collegii, dum fuerint ibidem Socii, eorum cuilibet inhibemus et interdicimus facultatem. Annualia tamen [seu] cantarias temporales, etiam pro animabus aliis cum his quæ inferius exprimuntur, in ipsa nostra capella celebranda, in subsidium et relevamen status et sustentationis eorum, tenore præsentium concedimus facultatem.

Si quis vero Sociorum dicti nostri collegii istius nostræ Penalties. ordinationis et statuti in aliqua sui parte violator extiterit, et super hoc convictus fuerit, tam diu ab ipso communæ et victualia dicti collegii subtrahantur donec ea, quæ in præsentis ordinatione et statuto continentur, realiter perfecerit, ut tenetur. Quod si forte per quartam partem anni in sua pertinacia persisterit, et in ea parte juxta nostra statuta, ordinationem et voluntatem, suum debitum effectualiter facere non curaverit, extunc pro non Socio dicti collegii habeatur, et a prædicto collegio, præsentis statuti vigore, perpetuo exclusum fore statuimus ipso facto.

R. 30.—*De remuneratione Sociorum graduatorum in ordine sacerdotii constitutorum.*

Item, quia dicti collegii nostri Socii perpetui in ordine presbyteratus constituti, in missis celebrandis ac aliis divinis officiis exequendis, plus aliis ejusdem collegii Sociis per nostras ordinationes et statuta onerantur ac arctius constringuntur; ad ipsorum igitur relevamen onerisque prædicti remunerationem, et ne cæteri dicti collegii Socii a sacerdotio se abstinant, retrahant vel retardent, sed ut ad presbyteratus ordinem suscipiendum promptius animentur ac citius excitentur, statuimus, ordinamus et volumus, quod quadraginta marcarum summa, de bonis communibus dicti nostri collegii, inter hujusmodi Socios graduatos, missas et alia divina officia in capella præfati collegii juxta nostrorum statutorum exigentiam et tenorem celebrantes et etiam exequentes, æqualiter ad quatuor anni terminos annuatim, videlicet, ad festum Natalis Domini, Pascha, Sancti Johannis Baptistæ, et Sancti Michaelis Archangeli, ultra cætera omnia quæ iidem Socii presbyteri in et de eodem collegio erant alias percepturi, per æquales portiones ac proportionabiliter dividatur, et per manus bursariorum dicti nostri collegii, qui pro tempore fuerint, fideliter persolvatur iisdem.

Forty mares yearly to be distributed among Fellows in Priest's orders, and doing duty in the chapel.

No single Fellow to receive more than 40s. in one year.

Proviso tamen, quod nullus de hujusmodi Sociis presbyteris de summa prædicta ultra quadraginta solidos sterlingorum, pro portione ipsum contingente, in uno et eodem anno percipiat quovismodo. Sed si quid de prædicta quadraginta marcarum summa post distributionem prædictam remanserit, ad utilitatem ipsius collegii, sicut alia bona ejusdem, fideliter conservetur.

Super quibus omnibus et singulis fideliter adimplendis, Custodem, Vicecustodem, Decanos, bursarios, omnesque alios dicti nostri collegii Socios, quantum in iis fuerit, in ipsorum conscientias apud Altissimum arctius oneramus.

R. 31.—*De disputationibus Sociorum et scholarium, cujuscunque facultatis seu scientie fuerint, in collegio faciendis.*

Item, inter artistas nostri collegii scholares et Socios, pro uberiori exercitio studii et profectus scholastici, statuimus, ordinamus, et volumus observari, quod, singulis annis pro perpetuo, baccalaurei in artibus singulis hebdomadis pleni termini, a festo Sancti Dionysii usque ad festum Translationis Sancti Thomæ Martyris, præterquam in Quadragesima, teneantur inter se duobus diebus, quibus congruentius fieri poterit, in aula ipsius collegii, quæstiones seu problemata disputare; ita, videlicet, quod uno die problema et alio die quæstionem, vel, cum vespertias et inceptions Magistrorum in eadem facultate fore contigerit, in utroque die unam, prout moris est, teneant quæstionem. In Quadragesimali quidem

Bachelors in Arts to hold two disputations weekly during term.

tempore, pleno existente termino, ac etiam a festo Sancti Thomæ supradicto usque ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ, dummodo pro illo tempore a prædicto festo Sancti Thomæ usque ad [idem] festum Assumptionis prædictæ, lecturæ intrinsecæ in scientiis particularibus insistant, unicam tantum disputationem in septimana eos facere permittimus et tenere. Volumus tamen et ordinamus quod, si numerus baccalaureorum in artibus usque ad senarium vel infra minuatur, regentes Magistri in eadem facultate, singuli suis vicibus, cum illis seriatim disputent, modo quo præfertur, ac ordinem suum, quandocunque et quotiescunque sibi contigerit, servent et compleant, donec ultra senarium ipsorum baccalaureorum numerum numerus iterum augeatur. Determinaturi vero in artibus disputabunt materiam quam proponunt determinare in Quadragesima proximo tunc sequente, loco problematum vel questionum supradictorum; et hoc intra festum Sancti Dionysii et diem Dominicam in Quinquagesima, toties quoties per Custodem et Decanos illius scientiæ, seu ipso Custode absente per Vicecustodem et Decanos eosdem, debite fuerint assignati. Ita quod singuli ad minus ter in aula, impedimento cessante legitimo, determinent, si prædictum tempus prodeterminatorum multitudine ad hoc sufficiat et permittat.

In Lent only one every week.

Masters to make up a deficiency in their number, when under seven. Disputations of those about to determinate in Arts.

Scholares vero et Socii sophistæ uno die sophismata mutuo debeant disputare. Proviso quidem, quod in singulis problematibus et quæstionibus, determinationibus et aliis materiis disputandis, vel saltem in una illarum disputationum in septimana, omnes Magistri in artibus, regentes et non regentes, Vicecustode et theologiæ Doctoribus tantummodo exceptis, in sophismatibus vero baccalaurei ejusdem scientiæ, in Universitate præsentis, et in aliis disputationibus prædictis intersint, nisi rationabilem causam absentiae Decanis ostendant, ab iisdem Custode seu Vicecustode ipsius collegii approbandam.

Disputations of Sophists.

Masters of Arts to attend at disputations.

In quibus disputationibus, volumus et præcipimus ut proveciores et seniores Decani superius nominati minus provecos et juniores, in his quæ quærenda, opponenda et respondenda, occurrerint, regulent, instruant et informant.

Senior Deans to instruct juniors.

Aliam vero disputationem in navi capellæ collegii nostri prædicti, videlicet, extra chorum ejusdem capellæ, unam videlicet una septimana per civilistas, si tres illius facultatis fuerint præsentis, et aliam alia septimana per canonistas dicti nostri collegii, dum totidem ejusdem facultatis etiam præsentis extiterint, alternatim de quæstionibus et factis ipsorum facultates seu scientias concernentibus, temporibus supradictis usque ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, ut præfertur, inter se permixtim et mutuo statuimus, ordinamus et volumus, fieri et haberi; cui disputationi omnes scholares et Socios facultatum seu scientiarum ipsarum, baccalaureos et Doctores, etiam si lecturæ intendant, statuimus,

Disputations of Civilists and Canonists.

To be attended by all of those Faculties.

ordinamus, volumus et præcipimus, interesse; nisi propter causam rationabilem, iudicio Custodis seu Vicecustodis aut Decanorum facultatum earundem approbandam, legitime fuerint impediti. In quibus etiam disputationibus quæstionibusque tenendis, volumus, ut præmittitur, juniores per Decanos prædictos, vel seniores et provectiores earundem scientiarum seu facultatum, regulari, instrui, et etiam adjuvari. Unam etiam disputationem theologicam faciant inter se collegii nostri Socii theologiæ intendentes, in navi capellæ collegii supradicti, una die singulis hebdomadis pleni termini, excepta Quadragesima, singulis annis perpetuo, usque ad festum Sancti Thomæ prædictum; dum tamen eidem facultati tres præsentem vacaverint et insistant. Quam volumus regulari per Doctorem, seu seniore[m] baccalaureum seu scholarem in eadem scientia præsentem: cui disputationi teneantur omnes Magistri et scholares theologiæ, cujuscunque gradus vel conditionis extiterint, interesse, nisi ex causis rationabilibus et necessariis legitime fuerint impediti.

Si quis autem absque causa rationabili, modo quo præmittitur approbanda, fuerit absens a disputationibus, quibus, ut præmittitur, interesse deberet, si, prima vice monitus secunda vice absens fuerit, per subtractionem communarum suarum per unam diem, si tertio per duos dies, et si quarto per quatuor dies, et sic deinceps acrius, secundum quod Custodi et Decanis ejusdem facultatis, vel, ipso Custode absente, Vicecustodi et iisdem Decanis, expedire videbitur, puniatur.

R. 32.—*Quales expensas habebunt Socii, qui missi fuerint in negotiis collegii memorati.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociis, qui pro negotiis dicti collegii ad extra transmissi fuerint, et ea occasione extra studium egerint, expensæ de bonis ejusdem collegii communibus utiles et necessariae, prout justum fuerit, juxta negotiorum procurandorum qualitatem, loci distantiam et temporis exigentiam, arbitrio Custodis, Decanorum et bursariorum, dicti collegii, vel Vicecustodis, dicto Custode absente, Decanorumque et bursariorum dictorum, ministrentur et finaliter allocentur.

Ipsique Socii, qui sic missi fuerint, ad reddendum coram personis prædictis fidelem computum de hujusmodi expensis factis, in veris et certis parcellis sigillatim per eos factis, infra tres dies postquam ad domum redierint, in virtute juramenti ipsorum dicto collegio præstiti, ac in eorum conscientiis, sint præsentis auctoritate statuti acrius onerati, sub pœna amissionis omnium expensarum prædictarum.

Ab illis vero Sociis et scholaribus, qui de licentia in negotiis propriis absentes fuerint, communæ concernentes eosdem pro-

Instruction of Juniors.

Theological disputation.

Attendance at.

Penalties for absence from Disputations.

Expenses of Fellows engaged in College business.

Account to be rendered within three days after their return.

Fellows absent on private

tempore absentiae suae hujusmodi sint subtractae, et in incrementum et sustentationem dicti collegii nostri, ut alia bona ejusdem collegii communia, permaneant atque cedant.

affairs to lose commons.

R. 33.—*Quod non sint detractores, conspiratores, manutentores, susurrones in collegio vel alias discordiam seminantes, seu etiam procurantes aut conscientis iisdem.*

Item, quia detractores, conspiratores, manutentores, et susurrones, suscitantes, vel procurantes, manutinentes discordiam, invidiam, iram, rixam, lites, seu dissensionis materiam, inter scholares seu Socios, damna, scandala et schismata, quamplurima damnabiliter inducunt, odium provocant. et omnino charitatem expellunt; statuimus, ordinamus et volumus, etiam firmiter praecipimus dicto Custodi omnibusque scholaribus et Sociis dicti nostri collegii praesentibus et futuris, ac in visceribus Jesu Christi obsecramus etiam et rogamus, ac sub obtentu felicitatis vitae praesentis pariter et aeternae, et sub obtestatione divini judicii, ut in omnibus et super omnia unitatem et mutuum inter se charitatem, pacem, concordiam ac dilectionem fraternam, ex quo inter socios quoddam genus fraternitatis esse dignoscitur, semper habeant, teneant in omnibus fideliter et observent, et pro iis nutriendis et fovendis anhelent pro viribus atque zelent. Quodque omnes et omnimodae scurrilitates, verba invida, contumeliosa, [brigosa] contentiosa, damnosa, susurra, jurgia, et turpiloquia, derisiones, atque alia verba nociva, taediosa, scandalosa et opprobriosa quaecunque, comparationesque generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem vel ad ignobilitatem, necnon speciales atque praecellentes praerogativas, causa commovendi malitiose Socios expressae, in ore omnium et personis singulorum, cessent omnimodo et ubique, tam infra dictum collegium quam extra, in publico et privato.

Exhortation to cultivate concord.

Alioqui, si quis scholarium vel Sociorum praedictorum in praemissis vel eorum aliquo suspectus seu alias infamatus existat, et super iisdem vel aliquo eorumdem, per testes idoneos coram Custode dicti nostri collegii, assidentibus sibi Vicecustode, quinque Decanis, tribus bursariis, et quinque aliis de senioribus ejusdem collegii, quorum quinque unus civilista et alius canonista existant, per ejus confessionem coram iis factam, vel alias per facti evidentiam, reus iudicio omnium praedictorum vel majoris partis ipsorum, quorum tres juristae cum de punitione juristae agitur, existant, manifeste apparuerit, extunc praesentis nostrae ordinationis et statuti vigore, cujus publicationem loco monitionis legitimae, nulla alia monitione praemissa seu alias requisita, haberi volumus in hoc casu, pro prima vice per quindenam, pro secunda vice per unum mensem, et si tertio deliquerit per duos menses. communis suis et omnibus distributionibus et perceptionibus aliis, quas de ipso nostro collegio esset

Penalties for using scurrilous or offensive language, &c.

alias percepturus, careat ipso facto; et acrius puniatur, si delicti vel facti qualitas id exposcat.

Penalties for detraction or causing discord.

Si vero in casibus detractionis, comparationis inter facultates, conspirationis aut seminationis discordiæ, supradictis, quarta vice quis deliquerit, et in ea parte, modo quo præmittitur, convictus fuerit, a dicto nostro Collegio perpetuo exclusum et privatum fore ipso facto, nulla monitione alia præmissa, statuimus, volumus et etiam ordinamus, absque cujuscunque appellationis remedio vel querelâ, nulla dicti Custodis seu alterius personæ cujuscunque remissione seu dispensatione sibi quomodolibet valitura.

Oath to be taken to observe this ordinance.

Et insuper, ut præmissa acrius evitentur, quemlibet in ipsum nostrum collegium recipiendum, ad observationem præsentis nostri statuti, in ipsius receptione primaria, specialiter arctari volumus sub ipsius debito juramenti.

R. 34.—*De correctionibus faciendis circa delicta leviora.*

Minor offences to be checked or punished by the Warden,

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si quis scholarium aut Sociorum prædictorum crimen seu delictum aliquod de levioribus commiserit, de quo probabiliter sit convictus, veluti inobedientiam levem erga Custodem, aut jurgium breve cum Vicecustode, Decanis aut aliis Sociis, seu levis contentio per eum in dicto Collegio vel extra fuerit suscitata, vel aliis modis quodammodo leviter excesserit seu deliquerit, per quod grave scandalum suiipsius vel dicti collegii minime generetur; per Custodem, si præsens fuerit, vel eo absente per Vicecustodem et Decanos prædictos, corripatur acriter de commissis, et sub pœna subtractionis sustentationis, quam hactenus habuit in collegio, per eosdem moneatur attente, ne de cætero talia quomodolibet attentare præsumat; ipsumque nihilominus sic delinquentem, juxta excessum et delicti qualitatem, Custos prædictus, vel in ipsius absentia Vicecustos cum consensu et deliberatione Decani facultatis sic delinquentis, corrigat et puniat pro commissis; quas correctionem et punitionem culpabilis in ea parte, absque contradictionis, appellationis vel querelâ, obstaculo, sustineat patienter; et in casu quo hoc vel consimilia fecerit ex post facto, acrius et acrius procedatur contra eum, prout in aliis nostris statutis et ordinationibus plenius continetur; quibus per hoc nostrum statutum nolumus in aliquo derogari, sed ipsa in suo robore volumus permanere et firmiter observari.

without power of appeal.

R. 35.—*Quomodo pacificari debeant dissensiones in collegio memorato.*

Quarrels to be settled by the Vice-Warden, Deans, &c.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si aliqua discordiæ, iræ, rixæ, jurgii, aut dissensionis materia (quod absit), suborta fuerit qualitercunque inter aliquos de scholaribus vel Sociis dicti nostri collegii, vel inter altaris et capellæ presby-

teros et ministros, aut alios in eodem collegio servientes, officarios et ministros quoscumque, nisi sic dissentientes statim et saltem infra unius diei spatium inter se concordent, ex tunc celerius, cautius et melius, quo fieri poterit, per Vicecustodem, Decanos et bursarios, et alios per quos melius videbitur expedire, infra triduum sedetur et pacificetur hujusmodi dissensio omnimodo, si ipsi ad eandem sedendam absque Custode sufficient: sin minus per ipsum Custodem, assumptis sibi Decanis et bursariis prædictis et aliis Sociis ipsius collegii, per quos hujusmodi dissensionis materia verisimiliter sedari poterit, partes prædictas sic discordantes consanguinitate vel affinitate qualicunque nullatenus attingentes, summarie et de plano finis discordiæ, iræ, rixæ, seu dissensionis, et jurgio hujusmodi, sine favore, ira, odio et invidia quibuscunque, infra sex dies lapsum dictorum trium dierum immediate sequentes, imponatur et fiat. Et quod ipsi in præmissis duxerint ordinandum per partes hujusmodi firmiter observetur, et executioni absque contradictione qualibet mandetur. Nec liceat alicui de dicto collegio, cujuscunque conditionis, status aut gradus, extiterit, occasione alicujus iræ, rixæ, jurgii aut dissensionis, infra dictum collegium ortæ vel motæ inter eosdem, instantiam aut prosecutionem facere, aut litem aliquam movere, aut aliquem impetere seu ad judicium trahere coram aliquo iudice extrinseco ecclesiastico vel sæculari; sed omnimoda hujusmodi jurgia, iræ, rixæ, discordiæ et dissensiones (quæ per Dei gratiam raro, ut optamus et speramus, in dicto collegio debent contingere) infra collegium prædictum per dictos Vicecustodem, Decanos, bursarios, et alios Socios prædictos, aut, ut præmittitur, per Custodem, Decanos, bursarios, et alios Socios prædictos, ordinatione vel concordia finaliter terminentur ac etiam decidantur.

Or, if necessary, by the Warden with the Deans, &c.

Prohibition against suing in courts of law on account of matters of dissension.

Alioquin, si aliqui in contrarium fecerint, aut ordinationi eorum in præmissis parere neglexerint et contempserint, postquam ut pareant fuerint moniti communiter per eosdem, a dicto collegio, beneficiis, communis et commodis ejusdem, tanquam contumaces et rebelles, donec realiter paruerint, auctoritate præsentis statuti penitus excludantur.

Penalty.

Cæterum si ipsemet Custos in persona sua propria, vel alias ex factis et gestis suis, materiam dissensionis, iræ, rixæ et discordiæ, præstiterit, aut quod hujusmodi materia suscitata fuerit principaliter sit in causa, dicti Vicecustos, Decani, bursarii et alii quinque (quorum unus civilista et alius canonista existant) Socii de collegio seniores, vel alii Socii dicti collegii, per quos hujusmodi dissensionis materia melius et citius verisimiliter sedari poterit, sic mediant ac, tanquam boni mediatores et zelatores pacis et justitiæ, sic partes suas interponant, ut celerius et secretius quo fieri poterit, absque dicti collegii et personarum ejusdem incommodo et scandalo, super hujusmodi dissensione vel discordia rationabilis finis fiat. Et si ipsi ad faciendum

Power of mediation in dissensions with the Warden.

And final appeal to the Bishop of Winchester.

bonum finem non sufficient in præmissis, volumus, quod super veritate facti per unum aut duos de dictis senioribus Sociis, cum literis sigillo communi ipsius collegii aut alio sigillo authentico sigillatis, signo et subscriptione alicujus notarii publici communitis, consulatur dominus Episcopus Wintoniensis qui pro tempore fuerit, seu ejus vicarius in spiritualibus generalis, ipso in remotis agente; qui, recepta informatione de dissensionis seu discordiæ materia aut causa, summarie et de plano et extrajudicialiter duntaxat ipsas discutiat et decidat, ac super iisdem finem faciat placabilem et laudabilem, Domino disponente. Et quæ dictus Episcopus seu vicarius occasione præmissorum statuerit, ordinaverit et definiverit, dictus Custos qui pro tempore fuerit aliique qui secum fuerint in discordia seu briga, debeant observare ac iisdem teneantur omnino parere et stare, absque repugnantia et contradictione quibuscunque, sub pœnis in capitulo "Propter quæ crimina et excessus scholares et Socii a dicto collegio penitus amoveri debeant et expelli" inferius annotatis, ad quas quidem pœnas subeundas volumus prædictum Custodem in hoc casu virtute juramenti sui esse astrictum.

Penalty for not submitting to his decree.

R. 36.—*Propter quas causas possit et debeat Custos a Collegio amoveri.*

Causes for which the Warden may be deposed.

Porro, cum dicti Custodis industria, discretio, circumspectio, diligentia et honestas, eidem collegio nostro præ cæteris sint summe necessariæ et etiam opportunæ, quodque per ejus negligentiam (quod absit) seu insolentiam eidem collegio possent de facili imminere dispendia ac pericula graviora, statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Custos, qui pro tempore fuerit, propter dilapidationem, alienationem terrarum, tenementorum, reddituum, possessionum spiritualium vel temporalium, seu distractionem vel alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius collegii, incontinentiam gravem, negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamque causam legitimam quæcumque ipsum Custodem omnino reddentem inhabilem, necnon propter infirmitatem contagiosam perpetuam, cujus pretextu non poterit absque gravi scandalo ulterius officium hujusmodi occupare, ab officio amoveatur prædicto; ad ejus amotionem taliter procedatur, videlicet: Quod, ante processum alium contra eum faciendum ad cedendum voluntarie, et gratis officio suo prædicto per Socios dicti collegii primitus invitetur; et si sponte cedere noluerit, Vicecustos per consensum et testimonium omnium Sociorum de collegio, vel ad minus omnium graduatorum, specialiter, tactis sacrosanctis Evangeliiis, juratorum, ipso Vicecustode primitus subscriptum juramentum præstante et deinde consimile juramentum ab omnibus aliis Sociis hujusmodi recipiente, quod non per invidiam, malitiam, odium vel amorem, favorem, timorem, nec per conspirationem

Mode of proceeding in his removal.

amulorum aut confœderationem, nec ad procurationem alicujus, nec prece vel pretio. aut alio quocunque modo illicito, inducti, sed tantummodo pro bono zelo, commodo et utilitate, collegii prædicti, et pro meliori et salubriori regimine dicti collegii et honore, testimonium tale perhibeant; Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, vel, ipso in remotis agente, ipsius vicario in spiritualibus generali, [denuntiet] seu insinuet per duos aut tres ipsius collegii Socios seniores, cum literis sub sigillo communi ipsius collegii aut alio sigillo authentico sigillatis, signo et subscriptione alicujus notarii publici communis, causas, defectus, crimina vel excessus, Custodis continentibus. Episcopus vero prædictus, vel, ipso in remotis agente, suus vicarius in spiritualibus generalis, de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra eum propositis summarie et de plano ac extrajudicialiter cognoscens, si per informationes ministratas, hujusmodi suggesta, quæ ad ejus amotionem sufficere debeant, repererit esse vera, statim ipsum ab officio suo et administratione sua amoveat indilate, dictique collegii nostri Sociis denuntiet et injungat ut ad electionem novi Custodis extunc libere procedere valeant, juxta modum et formam in ordinationibus et statutis nostris superius annotatos; cessante in hac parte appellationis et querelæ ac cujuscunque alterius juris vel facti remedio, per quod hujusmodi amotio poterit impediri, prout de aliis Sociis a dicto collegio amotis inferius est expressum.

Power of removal in the Bishop of Winchester.

R. 37.—*Propter quæ crimina, delicta et excessus, scholares et Socii a dicto collegio penitus amoveri debeant et expelli.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si contra aliquem scholarium vel Sociorum dicti collegii, super hæresi, simonia, perjurio manifesto, furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu, notoriis, atroci percussione Socii vel scholaris læsionem enormem inferente, præsertim Custodis, Vicecustodis, alicujusve Decanorum vel bursariorum, Magistri vel Doctoris, ipsius nostri collegii, vel super aliquo alio crimine consimiliter enormi, vel de aliis majoribus criminibus, aut quod notorius fornicator existat, aut quod conspirationes, confœderationes seu pactiones illicitas, infra regnum Angliæ vel extra, contra statum dicti Collegii nostri fecerit, inierit, aut ipsas fieri procuraverit, ipsasve facientibus aut aliquam earundem dederit aut præstiterit consilium, auxilium vel favorem, seu iisdem scienter interesse præsumpserit, aut aliud factum hujusmodi perpetraverit, per quod grave damnum, præjudicium vel scandalum, prædicto nostro collegio generetur, infamia oriatur de eodem, et præmissa vel eorum aliquod publice confessus fuerit; aut coram Custode dicti nostri collegii, assidentibus sibi Vicecustode, quinque Decanis, tribus bursariis, et quinque de senioribus ejusdem collegii, quorum unus civilista et alius

Causes for which Fellows and Scholars may be expelled.

canonista existant, per testes idoneos Custodis, Vicecustodis, et aliorum nominatorum superius, iudicio approbandos, vel per facti evidentiam reus manifeste apparuerit; ex tunc a dicto nostro collegio præsentis nostræ ordinationis et statuti vigore, cuius publicationem loco monitionis legitimæ haberi volumus, nulla alia monitione præmissa in hac causa, absque cujuscunque appellationis remedio vel querela, ipsum perpetuo exclusum et privatum fore ipso facto volumus, statuimus, ac etiam ordinamus; nulla dicti Custodis seu alterius cujuscunque remissione seu dispensatione in hac parte sibi quomodolibet valitura. Et insuper, ut præmissa cautius evitentur, quemlibet in ipsum collegium nostrum admittendum ad observationem præsentis nostri statuti omniumque statutorum et ordinationum dicti nostri collegii Oxoniæ, in ipsius receptione primaria, specialiter arctari volumus, sub ipsius debito juramenti; statutis aliis hanc pœnam vel aliam infligentibus in suo robore nihilominus permansuris.

Prohibition of appeal, &c.

To be bound by oath to observe this Statute on their admission.

R. 38.—*Propter quas causas rationabiles et honestas scholares vel Socii finaliter debeant a Collegio recedere memorato.*

Cases occasioning forfeiture of Fellowships or Scholarships.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si quis scholarium vel Sociorum ipsius collegii nostri religionem intraverit, vel ad alicujus obsequium se transtulerit, uxoremve duxerit, vel ab ipso collegio animo studium deserendi recesserit, quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod ipsorum aliquis ultra duos menses in anno continue vel interpolatim numerandos, cessante infirmitate corporali seu negotiorum collegii procuracione, et nisi se transferat ad Curiam Romanam pro beneficio impetrando, vel nisi ex aliqua alia vera et rationabili causa, Custodi, quinque Decanis, tribus bursariis, et quinque Senioribus, quorum unus civilista et alius canonista existant, infra viginti dies post lapsum dictorum duorum mensium immediate sequentes intimanda et per eosdem approbanda, a dicto collegio se absentaverit; seu quod patrimonium, hereditatem, feudumve sæculare aut pensionem annuam, ad valorem communibus annis centum solidorum sterlingorum, habuerit et fuerit assecutus; tunc, infra sex menses a tempore assecutionis seu admissionis hujusmodi continue secuturos, auctoritate præsentis statuti, a dicto collegio ejusque communis et commodis privatum et amotum fore statuimus ipso facto, et extunc pro non Socio habeatur. Quemlibet insuper nostrum consanguineum, dicti collegii Socium, postquam beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, aut redditus temporales, cuius vel quorum fructus, redditus et proventus, viginti librarum sterlingorum, oneribus supportatis, valorem annum excedat vel excedant; alium vero Socium vel scholarem quemcunque ipsius nostri collegii, postquam beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, cuius fructus, redditus et proventus, decem

Permission to hold benefices exceeding a certain value for one year.

marcarum sterlingorum valorem annum excedant; adeptus fuerit, etiamsi litigiosum existat, per unum annum et non ultra, nisi sic promotus infra dictum annum ipsum beneficium effectualiter dimiserit, vel infra eundem annum beneficium hujusmodi evictum fuerit ab eodem, Socium stare permittimus in nostro collegio memorato.

Custodem vero dicti nostri collegii propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus, ecclesiasticos vel etiam temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtemperata vel in posterum obtinenda, a Custodis officio amoveri nolumus, destitui vel privari; dum tamen in dicto nostro collegio resideat, et officium suum prædictum debite gerat, exerceat atque regat, juxta statuta et ordinationes ejusdem, et alias fuerit ipsi collegio utilis, et in suo officio circumspectus, diligens ac discretus in his quæ ad ipsius officium et dictum collegium pertinere noscuntur.

Power to Warden to hold benefices of any value, providing he reside in the College.

R. 39.—*Quomodo succurritur Custodi collegii in infirmitatem incidenti.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, si Custos collegii nostri prædicti in infirmitatem contagiosam perpetuam (quod absit) inciderit, propter quam oporteat et deceat ipsum ab officio suo merito amoveri, tunc sibi extra collegium moraturo de bonis communibus dicti collegii viginti marcarum annuatim, ad quatuor anni terminos principales, pro sustentatione sua fideliter persolvantur, dum in spiritualibus vel temporalibus, aut simul in utrisque, ultra summam seu valorem annum viginti marcarum sterlingorum promotus non existat. Custos vero promotus ultra summam prædictam, ex quacunque causa recedens vel ab ipsius officio amotus, nihil penitus de dicto collegio percipiat ex post facto. Et si quicumque post cessionem aut amotionem hujusmodi receperit de bonis dicti collegii, vel prius recepta sibi et usui suo applicuerit seu appropriaverit, præter illa quæ sibi pro portione sua disponuntur, ad refusionem et restitutionem eorundem per successorem suum modis et viis possibilibus compellatur; ad quam quidem restitutionem faciendam in virtute juramenti in præfectione sua præstiti noverit se astrictum. Volumus insuper quod Custos collegii nostri prædicti in infirmitate temporali, eidem fors contingente, tantum percipiat sicut sanus: et interim Vicecustos, quinque Decani et tres bursarii, vices ejus cum consilio ejusdem debite suppleant et exerceant, ac etiam diligenter et fideliter exequantur, præterquam in casibus ubi aliter per nostras ordinationes et statuta specialiter est provisum.

Allowance to Warden removed on account of perpetual infirmity.

To refund College goods to his successor.

Temporal infirmity of Warden, Vicewarden, Deans, and Bursars, to supply his place.

R. 40.—*Quomodo succurritur Sociis et scholaribus collegii in infirmitatem incidentibus.*

A sick Fellow or Scholar to be taken to the Infirmary.

Item, quia debilibus et infirmis humanitatis præbere præsidium jubet charitas et pietas interpellat, statuimus, ordinamus et volumus, quod, si quem dicti nostri collegii Socium vel scholarum infirmari contigerit, si durante infirmitate hujusmodi non poterit vacare studio, aut actus alios scholasticos secundum formam statutorum nostrorum effectualiter exercere, tunc ad domum pro infirmis deputandam realiter transferatur, quousque reconvaluerit moraturus ibidem. Si tamen, secundum discretionem et arbitrium Custodis, si præsens fuerit, Decanorum et bursariorum, alioquin Vicecustodis, Decanorum et bursariorum ipsorum, de convalescentia sua propinqua spes non fuerit, vel infirmitas ipsa existat perpetua, tunc quemcunque infirmum hujusmodi, in domo prædicta vel extra, cum amicis suis vel alibi, prout elegerit, pro tempore infirmitatis ipsius permittimus [commorari]. Quos omnes communas in dicto collegio currentes pro tempore, et qui Socii [fuerint] ultra, ipsas communas, robas de secta Sociorum, et non amplius, dum tamen vitæ laudabilis et conversationis honestæ fuerint, percipere volumus sicut Socios [sanos] de bonis communibus dicti collegii, et per manus bursariorum ejusdem.

To receive commons; and the Fellow his robes.

In cases of contagious diseases to be removed out of the College, but to receive commons and robes.

Si vero morbus vel infirmitas hujusmodi contagiosus vel contagiosa fuerit, tunc infirmum quemcunque hujusmodi, non infra collegium nec in domo prædicta, sed alibi morari volumus omnimodo, communas prædictas ac tredecim solidos et quatuor denarios [annuatim] pro roba et furrura tantummodo de bonis communibus supradictis, per manus bursariorum dictorum, pro dictæ infirmitatis tempore percepturum.

Case of Probationary Scholars.

Nostræ tamen intentionis non existit, nec volumus, quod scholaris aliquis dicti nostri collegii infra duos probationis annos existens sic infirmus, ultra tempus probationis duorum annorum hujusmodi, nisi forsan post dictos annos in ipsius collegii Socium juxta formam statutorum nostrorum electus fuerit et admissus, dictis perceptionibus gaudeat quovismodo.

Provision for Fellows falling ill when absent on College business.

Sociis vero pro necessitate vel utilitate, aut negotiis, ipsius collegii, ad loca aliqua destinatis et missis, si ipsos dum absentes fuerint infirmari contingat, sustentatio competens de bonis ipsius collegii ministretur juxta gradum et statum suum, ac infirmitatis qualitatem, necnon secundum discretionem et dispositionem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, qui pro tempore fuerint, collegii supradicti.

R. 41.—*De precibus, orationibus, horis et aliis suffragiis, per dicti collegii socios et Scholares dicendis.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos dicti

nostri collegii, necnon scholares et Socii omnes et singuli, qui pro tempore fuerint in eodem, singulis diebus cum de lecto surrexerint, et de sero antequam lectum intraverint, aut aliis horis diei vel noctis, nisi dictis temporibus aliqua justa et honesta de causa fuerint impediti, in honorem sanctissimæ et individuæ Trinitatis dicant illam Antiphonam de Trinitate, "Libera nos," etc. cum versiculo "Benedicamus Patrem et Filium," cum oratione de Trinitate consueta, videlicet, "Omnipotens sempiterne Deus;" et, dum fuerimus in hac vita, cum oratione adjuncta quæ sequitur, "Rege, quæsumus, Domine, Willielmum Pontificem Fundatorem nostrum;" cum vero subtracti fuerimus ab hac luce, adjuncta oratione illa, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum Fundatorem nostrum pontificali dignitate," etc.

Prayers to be said by Warden, Scholars, and Fellows, every morning and evening.

orationis loco "Rege, quæsumus, Domine," supradictæ. Dicat etiam eorum quilibet, quolibet die, hora qua voluerit, pro animabus illustrissimi principis domini Edwardi, Regis Angliæ tertii, et dominæ Philippæ Reginae, conjugis suæ, ac Edwardi filii ipsorum promogeniti, patrisque et matris nostrorum, necnon et post mortem nostram, pro anima nostra, necnon pro animabus domini Ricardi, Regis Angliæ illustris secundi, et dominæ Annæ, consortis suæ, cum ab hac luce subtracti fuerint, et animabus omnium fidelium, psalmum illum, "De profundis clamavi," &c. cum *Κύριε ἐλέησον*, et oratione Dominica, cum salutatione angelica more solito, et cum orationibus, "Inclina, Domine," et, "Fidelium Deus," cum expositione nominum patris et matris nostrorum prædictorum; ac post mortem nostram præmissa oratione illa, "Deus, qui inter Apostolicos," &c.

Prayers for the souls of benefactors.

Item volumus et ordinamus, quod, omnibus et singulis diebus per annum, in capella prædicti nostri collegii, post altam missam et horam diei nonam ac horam completorii, dicatur in choro a singulis ejusdem capellæ ministris in communi stando ante recessum eorundem a choro, psalmus "De profundis" cum oratione Dominica et salutatione angelica, necnon orationibus, dum vixerimus, "Inclina, Domine," et, "Absolve, quæsumus;" et, cum ab hac luce migraverimus, cum orationibus, "Deus, inter Apostolicos," "Inclina, Domine," et "Absolve." Quibus sic dictis et completis, dicat rector chori publici in audientia, "Anima Fundatoris nostri Willielmi, et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei in pace requiescant. Consimiliterque prædictum psalmum cum orationibus prædictis, post prandium et etiam post cœnam in aula post gratias completas, dici volumus in perpetuum.

Daily prayers in the Chapel for the Founder.

Item, quod dictus Custos et quilibet Sociorum ipsius Collegii audiant quolibet die, si commode poterint, unam missam, nisi fuerint Socii presbyteri, qui in personis propriis eam dicant: et dum missam audierint, aut alia hora diei si tempore missæ fuerint impediti, in honorem et memoriam beatissimæ Virginis Matris Domini nostri Jesu Christi dicant genibus flexis, devo-

Warden and Fellows to hear a Mass daily, and to repeat the Salutation to the Virgin fifty times.

Omission of prayers on one day, to be supplied on the day following.

Penalty.

tius quo poterint, quinquagesies salutationem angelicam, cum oratione Dominica post singulas denas recitationes salutationis prædictæ. Volumus, præterea, quod, si Socii vel scholares prædicti uno die preces prædictas, propter varias forsitan occupationes, omittant, die alia sequenti supplere poterint et suppleant sic omissa, nostris ordinationibus et statutis non obstantibus supradictis. Super quibus omnibus ipsorum omnium et singulorum conscientias apud Altissimum arctius oneramus. Si quis vero præmissa non servaverit, et super hoc convictus fuerit, roba sua careat illo anno.

R. 42.—*De modo dicendi missas matutinas et alias horas canonicas in capella collegii.*

Celebration of hours, and processions in the cloister.

Item, ut Domino Deo nostro, a quo cuncta bona procedunt, in collegio memorato serviatur jugiter, devote et honorifice, in divinis, cumque in hymnis, psalmis et canticis, ac vocibus exultationis et lætitiæ in tabernaculis justorum ipsum Deum laudari et ipsius regnum primo quæri debere, sacri eloquii testimonio comprobetur, statuimus, ordinamus et volumus, quod singulis diebus per annum vespere, matutine missæ, et aliæ horæ de die, in capella dicti nostri collegii, cum cantu et nota per capellanos et clericos ad hoc specialiter deputatos et etiam assignatos devotius celebrentur, ac circa claustrum collegii processiones fiant solennes secundum usum et consuetudinem ecclesiæ cathedralis Sarum, salvis distinctionibus et ordinationibus inferius annotatis.

Attendance and dress of Warden, Fellows, and Scholars, at services on Sundays and Festivals.

Uterius statuentes, quod singulis diebus Dominicis, et aliis diebus solemnibus et festivis inferius designatis per annum contingentibus, in primis et secundis vesperis, matutinis missis, processionibus et aliis horis de die, Custos ipsius collegii, nisi ex causa legitima seu rationabili absens fuerit, ac Vicecustos, necnon ejusdem collegii Socii et scholares omnes et singuli, cujuscunque status aut conditionis existant, cessante impedimento legitimo judicio Custodis, si præsens fuerit, et Decanorum, aut Vicecustodis et Decanorum ipsorum si Custos absens fuerit, approbando, intersint personaliter, induti superpelliciis suis propriis et honestis, et omnes et singuli Socii graduati cum superpelliciis suis propriis utantur capitibus penulatis sive furratis, stallosque in choro occupent capellæ prædictæ.

Probationary Scholars.

Scholares vero, qui infra annos probationis fuerint, similiter intersint in divinis in capella prædicta, ut prædictum est; qui non in stallis sed ante stallos in choro stare debebunt; qui etiam omnes superpelliciis integris et honestis ipsorum sumptibus propriis induantur, ipsas vespere, matutinas, et alias horas canonicas diei hujusmodi, ad invicem in personis suis propriis dicturi, lecturique ac etiam cantaturi, omniaque et singula

ad missas et processiones solemniter cum cantu et nota celebrandas pertinentia, quæ per clericos sunt dicenda, cantanda et legenda, distincte dicant, legant, devotius cantent, atque in omnibus chorum regant. Evangelia vero et Epistolas legant aliqui Sociorum vel scholarium dicti nostri collegii, prout ad hæc intitulantur et etiam assignantur. Ea quoque omnia et singula, ad quæ ipsos scholares et Socios per unum Decanorum in divinis officiis exequendis assignari et etiam deputari contigerit, legendo, psallendo, cantando, aliaque ministeria faciendo, in omnibus faciant, exequantur et exerceant, humiliter et devote; uno presbytero idoneo de Sociis collegii prædicti per unum Decanorum, seu aliquem ipsius nomine, cursorie ac circulariter nominando missam hujusmodi celebrante ac totum ipsius diei officium exequente: ejus quidem intitulationis et assignationis officium ad quinque Decanos pertinere volumus, et per ipsos septimanatim vicissim et circulariter exerceri

A Fellow or Scholar to read the Epistle and Gospel.

A Priest to be appointed by a Dean from among the Fellows, to perform mass, etc.

Statuimus, insuper, volumus et ordinamus, quod in festis Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, et in quinque festis Sanctæ Mariæ Virginis, Trinitatis, Corporis Christi, Omnium Sanctorum et dedicationis capellæ ipsius collegii, Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ et Apostolorum Petri et Pauli, Custos vel alius de principalibus et dignioribus personis ipsius collegii primas et secundas vespas, altam missam et alias horas de die, in persona sua propria cum nota solemniter celebret, dicat, et in capella prædicta in omnibus exequatur. In aliis vero festis infrascriptis, videlicet.

Festivals on which the Warden or a principal person of the college is to officiate.

Sanctorum Stephani, Joannis Apostoli, Innocentium, Sancti Thomæ Martyris, et in feria secunda, tertia et quarta, hebdomadæ, Paschæ et Pentecostes, Inventionis et Exaltationis Sanctæ Crucis, Translationis Sancti Thomæ, Sanctorum Andreæ et Thomæ, Apostolorum Matthiæ, Marci, Apostolorum Philippi et Jacobi, et Sancti Jacobi Apostoli, Bartholomæi, Matthei, Michaelis, Luca, Simonis et Judæ, Martini, Nicholai, Translationis Sancti Swythini, Catharinæ et Magdalena, minores et inferiores personæ, Socii ipsius Collegii, habitis relatione et consideratione debitæ ad festa et personas hujusmodi, officia modo debito exequantur. Quæ omnia et singula, præmissis singulis diebus hujusmodi, per dicti collegii scholares et Socios prædictos modo et forma prædictis volumus et præcipimus exequi, fieri et adimpleri; excepto festo Sanctorum Innocentium prædicto, in quo festo permittimus quod pueri vespas, matutinas et alia divina officia, legendo et cantando dicere et exequi valeant, secundum usum et consuetudinem ecclesiæ Sarum: quos etiam omnes et singulos scholares et Socios prædictos.

Festivals on which minor persons may officiate.

Boys to officiate on the feast of the Innocents.

diebus aliis non legibilibus in Universitate prædicta contingentibus, in quibus dicitur divinum officium secundum usum ecclesiæ Sarum de aliquo Sancto, ob cujus festum a lectura cessa-

Attendance of Fellows and Scholars at services on Saints' days.

tur, altis missis de die in dicta capella celebrandis, impedimento cessante legitimo per Custodem seu Vicecustodem et Decanos approbando, volumus consimiliter interesse; nec ab hujusmodi vesperis, matutinis, horis, missis et processionibus, diebus prædictis liceat alicui ipsorum recedere, nisi forsan, ex causa rationabili per Custodem. vel. ipso absente, Vicecustodem et aliquem Decanorum ipsius collegii merito approbanda, ipsorum quempiam prius discedere oportebit. Volumus tamen, ordinamus, et præcipimus, quod omnes presbyteri et clerici capellæ vesperis, matutinis, missis, et processionibus, ac omnibus aliis horis supradictis, diebus hujusmodi intersint personaliter, versiculando et cantando cum iisdem scholaribus et Sociis assidue et continue, ipsorum adjutorium, assistentiam, consilium, informationem et documentum, circa omnia et singula præmissa, debite facturi ac etiam impensuri. Reliquis vero festis, cum regimine vel sine regimine chori celebrandis, et aliis ferialibus diebus per totum annum, capellani prædictæ nostræ capellæ matutinas, processiones, missas cum collectis et memoriis specialibus superius in titulo præcedenti intitulatis, ac alias horas canonicas, cum cantu et nota secundum usum ecclesiæ Sarum, cum clericis prædictæ capellæ nostræ ad hoc specialiter deputatis, devotione debita dicant, celebrent atque cantent.

Priests and Chapel Clerks to attend at services, and assist and instruct others.

Chaplains and Clerks to celebrate the hours, etc., daily.

Other services by the Priests.

Permission for a Prelate or beneficed person, formerly a Fellow, to officiate.

Seven Masses daily in the Chapel.

Quos etiam presbyteros, ultra horas canonicas, septem psalmos pœnitentiales cum litania pro vivis ac "Placebo" et "Dirige" cum Commendationibus solitis pro defunctis secundum usum ecclesiæ Sarum, in festis sine regimine chori, et in ferialibus diebus per totum annum, dicere statuimus, volumus et etiam ordinamus. Permittentes nihilominus quod prælatus, seu alius beneficiatus, qui prius fuerat ejusdem collegii Socius, seu alia persona honesta quæcunque altam missam ad magnum altare prædictum et omnia alia divina officia in festis et diebus prædictis, juxta discretionem et arbitrium Custodis, seu in ipsius absentia Vicecustodis, Decanorumque, et bursariorum, valeat celebrare et exequi, et in aula comedere pro recreatione Sociorum collegii supradicti.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis diebus in perpetuum præter diem Parasceues, septem missæ de certo in capella prædicta, post matutinas et horam primam de die dictas, devotius celebrentur, quarum una missa erit de Sancta Maria secundum usum ecclesiæ Sarum et temporis anni exigentiam, cum orationibus infrascriptis; prima, videlicet, de Sancta Maria, secunda, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Willielmum Pontificem fundatorem nostrum," &c. dum fuerimus in humanis, tertia vero pro salubri statu Domini Regis, "Quæsumus, Omnipotens Deus," quarta pro statu universalis Ecclesiæ, vel pro pace, quinta vero pro animabus patris et matris nostrorum et omnium fidelium defunctorum cum oratione, "Fidelium Deus;" cum autem ab hac luce subtracti fuerimus,

loco præfata orationis, "Rege, quæsumus," &c., erit tunc secunda oratio pro Episcopo Wintoniensi qui pro tempore fuerit, cum oratione, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum Pontificem patronum nostrum," tertia pro Rege vel pro statu universalis Ecclesiæ, aut pro pace, quarta pro nobis cum oratione, "Deus, qui inter Apostolicos," &c., et quinta pro defunctis, sicut et prout superius recitatur. Secunda vero missa erit ob requiem pro animabus bonæ memoriæ illustrissimi principis domini Edwardi, Regis Angliæ tertii, dominæ Philippæ Reginae, nuper consortis suæ, Edwardi, filii primogeniti eorumdem, Principis Aquitaniæ et Walliæ, domini Ricardi, Regis Angliæ secundi, et dominæ Annæ, consortis suæ, atque nostra, cum migraverint et migraverimus ab hac luce; Johannis, patris nostri, et Sibyllæ, matris nostræ, Radulphi de Sutton, militis, Joannis de Seures, militis, et Thomæ de Foxle, cæterorumque nostri et ipsius collegii benefactorum, et omnium fidelium defunctorum; cum orationibus subsequentibus, prima, videlicet, "Deus, qui inter Apostolicos," secunda, "Inclina Domine," et tertia, "Fidelium Deus." Tertia vero missa erit de die secundum temporis anni exigentiam, cum orationibus secundum ordinale et usum ecclesiæ Sarum: diebus vero illis quando plenum servitium fuerit de Sancta Maria, erit tunc prima missa de salute populi, aut pro pace, vel de Cruce, juxta [dispositionem] Custodis vel Vicecustodis prædicti, cum oratione de missa et aliis quatuor orationibus supradictis. Quas omnes tres missas ad summum altare dictæ capellæ per notam et cum cantu volumus celebrari die Parasceves, quo die missæ de Sancta Maria et de requiem dici non debeant, et die Natalis Domini, in quo propter festi ipsius excellentiam dictam missam de requiem ad dictum summum altare capellæ prædictæ, vel aliud altare ejusdem, celebrari permittimus sine nota, duntaxat exceptis. Dictarum vero septem missarum duæ aliæ missæ, secundum devotionem celebrantium celebrandæ, una, videlicet, specialiter pro anima Radulphi de Sutton, militis, defuncti, et alia etiam specialiter pro animabus domini Johannis de Seures militis, et Thomæ de Foxle defunctorum, cum orationibus, "Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem." "Inclina, Domine," et "Fidelium Deus;" Reliquæ vero missæ de septem missis prædictis cum orationibus, "Rege, quæsumus Domine," dum fuerimus in humanis, et, post mortem nostram, loco ejusdem cum oratione, "Deus, qui inter Apostolicos," "Inclina, Domine," et "Fidelium Deus;" in capella prædicta devotius celebrentur.

Special masses for the souls of Sir Ralph Sutton, Sir John Seures, and Thomas Foxle.

Quas quidem septem missas per capellanos ejusdem capellæ stipendiarios sive conductitios, inter se vicissim et alternatim et cursorie limitandos, volumus celebrari; nisi cum majorem missam de die per Custodem vel aliquem Socium dicti collegii, aut personam aliam de qua præfertur, celebrari contingat, tunc

The seven masses to be celebrated by Stipendiary Chaplains. Cases of exception.

enim de sex missis per dictos capellanos celebrandis volumus contentari; vel cum propter absentiam, defectum numeri capellanorum ipsorum, infirmitatem aut impedimentum legitimum eorundem, vel aliam causam rationabilem iudicio Custodis vel Vicecustodis et Decanorum approbandam, tot missæ, ut præmittitur, per capellanos prædictos non poterint commode celebrari; tunc vero capellanorum ipsorum vices in hac parte supplicant Socii presbyteri nostri collegii memorati, per Custodem, Vicecustodem vel aliquem Decanorum, ad hoc limitandi.

Prayers for the souls of benefactors to be said by Chaplains and Priests not present at the masses.

Statuentes, præterea, et etiam ordinantes, ut cæteri dictæ capellæ capellani ac Socii dicti collegii presbyteri, omnes et singuli, etiam dictas septem missas minime celebrantes, quas singulis septimanis ter ad minus, cessante impedimento legitimo, volumus celebrare, in singulis eorum missis, dum fuerimus in humanis, dicant pro nobis illam collectam, "Rege, quæsumus, domine," ac pro animabus domini Edwardi, Regis Angliæ tertii, dominæ Philippæ, nuper consortis suæ, Angliæ Reginae, ac Edwardi, primogeniti eorundem, Principis Aquitaniæ et Walliæ, et pro animabus domini Ricardi, Regis Angliæ illustris secundi, et dominæ Annæ, Reginae Angliæ, consortis suæ, cum ab hac luce migraverint, illam collectam, "Inclina, Domine, aurem tuam," necnon pro animabus patris et matris nostrorum prædictorum, benefactorum, et omnium fidelium defunctorum, "Fidelium Deus;" post mortem vero nostram, loco collectæ, "Rege, quæsumus, Domine," dicant prædicti capellani et Socii presbyteri, "Deus, qui inter Apostolicos."

Injunction of special memory for the health of King Richard II. and Queen Ann, and the Founder; and the souls of the Founder's parents, etc.

Et nihilominus eosdem capellanos et Socios presbyteros, in singulis eorum missis per eos, ut præmittitur, celebrandis, in eorum memento infra canonem missarum hujusmodi, specialem memoriam pro salubri statu dicti domini Regis Ricardi et Annæ, consortis suæ, Reginae Angliæ, atque nostro, dum fuerint et fuerimus in hac vita specialiter inter vivos, necnon inter mortuos pro animabus Johannis, patris, et Sibyllæ matris, nostrorum, et omnium defunctorum prædictorum, et aliorum nostri et dicti collegii benefactorum, quorum nomina in quadam tabella recitari fecimus plenius et conscribi, et pro anima nostra cum ab hac luce, Domino disponente, subtracti fuerimus, in perpetuum facere volumus et habere.

R. 43.—*De exequiis et distributionibus faciendis in iisdem.*

Exequies, etc., four times a year, for souls of benefactors.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod quater singulis annis in perpetuum, in fine cujuslibet quarterii, aliquo die quælibet convenientius id fieri poterit, pro animabus recolendæ memoriæ dominorum meorum, Regum, Reginarum, et Principis Aquitaniæ et Walliæ prædictorum, ac patris et matris nostrorum, necnon benefactorum dicti collegii, et nostra, cum [migraverint et] migraverimus ab hac luce, et animabus omnium fidelium

defunctorum, Custos, scholares et Socii, ac capellani et clerici capellæ ipsius collegii, qui pro tempore fuerint, dicant in communi solenniter in dicta capella exequias mortuorum, et in crastino Commendationem eorundem animarum, ac postea in eadem capella missam de requiem pro mortuis cum orationibus et collectis subscriptis, videlicet, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes," "Deus, cui soli competit medicinam præstare post mortem, tribue, quæsumus, ut animæ famulorum tuorum ab omnibus exutæ peccatis," "Miserere, quæsumus, animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum," "Inclina, Domine, aurem tuam," "Fidelium Deus omnium conditor," solenniter et cum devotione debita faciant celebrari; quam celebret Custos vel antiquior seu dignior Socius graduatus. Quibus exequiis atque missæ Custos, Socii et scholares, ac capellani et clerici de capella omnes et singuli supradicti, in Universitate præsentés, in virtute juramenti eorum, personaliter interesse debeant et etiam teneantur.

Et, ut dominorum Regum, Reginarum, Principis, [ac] patris et matris nostrorum, necnon benefactorum prædictorum, et nostri, inter dictos Custodem, Socios et scholares, specialius ac devotius memoria habeatur, et ad præmissa fortius animentur, statuimus, ordinamus et volumus, quod cuilibet ex ipsis presbyteris in præmissis omnibus mortuorum officiis, quater in anno, ut præmittitur, celebrandis, personaliter existenti, et pro animabus omnium prædictorum missam in crastino celebranti, pro quolibet vice duodecim denarii sterlingorum; cuilibet vero Socio vel scholari non presbytero, sic, ut præfertur, præsentí ac psalterium integrum pro animabus prædictis dicenti, etiam duodecim denarii, de bonis communibus ipsius nostri collegii, per manus bursariorum ejusdem collegii annis singulis persolvantur, et perpetuis futuris temporibus fideliter distribuantur iisdem. Hoc insuper adjiciendo, statuimus, quod Custos, Socii, et scholares, ac capellani et clerici capellæ prædictæ, omnes et singuli, qui pro tempore fuerint, cum ab hac luce (Deo volente) subtracti fuerimus, statim cum primo sciverint mortem nostram, et ex tunc perpetuis futuris temporibus annis singulis die obitus nostri, si tunc absque impedimento commode fieri poterit, alioquin alio proximo die sequenti, quo impedimentum hujusmodi non occurrit, nostrum obitum specialem, modo et forma superius recitatis, in capella prædicta celebrent solenniter et devote.

Quo die, ut nostra memoria specialius habeatur, statuimus, ordinamus et volumus, quod cuilibet ex ipsis presbytero, videlicet, mortuorum officiis in nostro obitu hujusmodi celebrandis personaliter præsentí, necnon pro anima nostra missam die prædicto celebranti, duodecim denarii sterlingorum; cuilibet vero Socio vel scholari non presbytero, sic, ut præfertur, præsentí, ac psalterium integrum pro anima nostra dicenti, etiam

Allowances to Priests, Fellows, and Scholars, who assist at the four exequies.

Celebration of the obit of Founder.

Allowances for attendance, etc., at the celebration of Founder's obit.

Weekly celebration of the office for the dead for souls of benefactors, and Bishops of Winchester.

English Sermon on the Feast of the Annunciation of the Virgin.

Dress of Warden in the chapel.

Grant of the advowsons of Swackliffe and Abberbury, by John Buckingham, Bishop of Lincoln.

duodecim denarii; ac cuilibet de clericis capellæ in præmissis omnibus existenti et psalterium modo consimili dicenti, sex denarii; de bonis communibus ipsius nostri collegii, per manus bursariorum ejusdem collegii, singulis annis persolvantur, et perpetuis futuris temporibus fideliter distribuantur [eisdem]. Volentes, quod singuli psalterium dicturi prædictum, orationem Dominicam cum salutatione angelica præmittere et dicere teneantur. Statuentes, præterea, quod singulis septimanis, tam communis lecturæ quam vacationum temporibus de cætero perpetuo duraturis, semel die aliquo cujuslibet septimanæ, in quo, salvo cujuslibet studio, commodius poterint, dicant singulariter vel in communi pro animabus omnibus prædictis, necnon et prædecessorum et successorum nostrorum, Episcoporum Wintoniæ, officium mortuorum cum commendatione, more ecclesiastico consueto; quod etiam officium a tempore publicationis præsentium statutorum nostrorum, etiam dum superstites fuerimus in hac vita, semel hebdomadis singulis, ut præmissum est, per ipsos omnes et singulos dici volumus, statuimus et præcipimus indistincte.

Et quia præfata capella in collegio nostro prædicto in honore beatissimæ Mariæ Virginis gloriosæ, necnon Annuntiationis Dominicæ, dedicata consistit, statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis annis in festo Annuntiationis prædictæ, aliquo tempore competenti, fiat sollemnis prædicatio infra dictum Collegium, in lingua vulgari, per Custodem, vel per aliquem Socium ipsius collegii per Custodem, Vicecustodem et Decanos, ad hoc specialiter eligendum, ad laudem, gloriam et honorem, Domini nostri Jesu Christi ejusdemque matris gloriosæ Virginis supradictæ. Ordinantes, præterea, quod in divinis officiis supradictis præfatus Custos, dum præsens fuerit in capella, utatur amicio de griseo, secundum quod canonici cathedralium ecclesiarum utuntur; quod etiam ipsum volumus observare in præsentia Episcoporum, et alibi ubicunque existat locis et temporibus opportunis.

Item, cum reverendus in Christo pater dominus Joannes Buckingham, Dei gratia Episcopus Lincolnensis, cupiens transitoria in æterna felici commercio commutare, ob magnæ devotionis fervorem et affectionem insuper specialem, quos ad honorem Dei clerique ac cultus divini augmentum noscitur obtinere, nobis dandi et concedendi dilectis nobis in Christo Custodi, Sociis et scholaribus, prædicti collegii nostri Oxoniæ, eorumque successoribus et eidem collegio in perpetuum, unam acram terræ et triginta solidatas redditus cum pertinentiis in Swackliffe* in comitatu Oxoniæ, necnon patronatum seu advocationem ecclesiæ de Swackliffe* cum suis juribus et pertinentiis universis in eodem comitatu, Lincolnensis diocæses; quæ

* Swackliffe.

quidem terra, redditus, patronatus seu advocatio, de præfato domino Episcopo in capite ut de jure ecclesiæ suæ Lincolnensis tenebantur; dictisque Custodi, Sociis et scholaribus, ut postquam ipsi dicta terram, redditus, patronatum seu advocacionem, obtinuerint, terram, redditus, et ecclesiam prædictam, cum suis juribus et pertinentiis universis, uniendo et appropriandi iisdem et collegio supradicto, ac in usus suos proprios in perpetuum obtinendi specialem licentiam liberaliter concesserit et liberam facultatem: cumque idem reverendus pater appropriationem, unionem et incorporationem, ecclesiæ parochialis de Adderbury* in comitatu prædicto, præfatæ Lincolnensis dioceseos, Custodi, Sociis, scholaribus, et collegio antedictis, auctoritate Apostolica canonico modo factam, et omnia inde secuta rata habens et grata, ea omnia gratanter acceptavit, nihil temporale sibi vel successoribus suis, aut ecclesiæ suæ Lincolnensi prædictæ, in recompensationem seu pro indemnitate sua vel successorum suorum Episcoporum Lincolnensium pro præmissis seu eorum aliquo persolvendum quomodolibet reservando, verum sicut vir qui post aurum non abiit, nec speravit in thesauris pecuniæ, malens suæ ac successorum suorum animarum saluti prospicere quam lucris temporalibus inhiare, infrascriptis obsequiorum spiritualium suffragiis libentius contentatur: Nos igitur, piam considerationem ac concessionis liberalitatem reverendi patris prædicti, et ipsius affectionis fervorem, quem ad nos et dictum nostrum collegium habere dignoscitur, debite advertentes, statuimus, ordinamus et volumus, ut pro tota plena et solida recompensatione, indemnitate ac interesse quibuslibet, ecclesiarum dictarum cæterorumque omnium præmissorum, et occasione insuper eorundem, præfato reverendo patri, seu ipsius successoribus quibuscunque Lincolnensibus Episcopis factis vel in posterum faciendis, pro salubri statu prædicti patris domini Joannis Buckingham, Episcopi Lincolnensis, quamdiu egerit in humanis, per unum capellanum dicti collegii nostri, qualibet die, in missa sua specialis habeatur memoria inter vivos, cum oratione, "Rege, quæsumus, Domine, famulum tuum," secretaque et post-communionem pertinentibus ad eandem. Quodque Custos et Socii dicti collegii, qui pro tempore fuerint, cum idem reverendus pater, Deo volente, subtractus fuerit ab hac luce, statim cum primo sciverint mortem suam, et ex tunc annis singulis in perpetuum die obitus dicti patris, si tunc absque impedimento commode fieri poterit, alioqui alio die proxime tunc futuro, quo impedimentum hujusmodi non occurret, faciant in dicta capella collegii nostri, cum solennibus obsequiis præcedentibus, missam de requiem pro anima ipsius reverendi patris domini Joannis Buckingham, Episcopi Lincolnensis, solenniter ac

Prayers for
John Bucking-
ham, Bishop of
Lincoln.

Celebration of
his obit.

* Abberbury.

specialiter cum devotione debita celebrari. Quibus exequiis a'que missæ Custos, Socii, capellani et scholares, dicti nostri collegii, omnes et singuli tunc in Universitate præsentés et valentes, in virtute juramenti eorum dicto collegio præstiti, personaliter interesse debeant et etiam teneantur. Et quod, post obitum dicti patris, pro animabus omnium successorum ejusdem Episcoporum Lincolnensium annis singulis in perpetuum, aliquo certo die quo convenientius id fieri poterit, infra tamen quindecim dies post diem obitus dicti reverendi patris immediate sequentes, unicus generalis obitus in præfata capella per capellanos ejusdem solenniter celebretur. Ad quæ omnia et singula fideliter observanda, præfatos Custodem et scholares omnes et singulos jam præsentés corporali juramento in præsentí, eorumque successores quoscunque in virtute juramenti dicto nostro collegio in eorum admissione per eos præstandi, arctari volumus et teneri, eorumque conscientias apud Altissimum in præmissis arctius onerari.

Prayers for the souls of future Bishops of Lincoln.

Oath to observe these ordinances.

R. 44.—*De silentio tenendo in capella, ne impediuntur psallentes et legentes in eadem.*

Against interruption of services in chapel, by saying hours, or by talking, etc.

Item, cum domum Dei deceat sanctitudo, deceatque ut ejus in pacem factus est locus sit cum veneratione debita pacificus ejus cultus, statuimus, ordinamus et volumus, quod scholarium et Sociorum omnium prædictorum in prædictam capellam sit humilis, modestus et devotus, ingressus pariter et egressus, sitque in ipsa capella ipsorum quieta conversatio, Deo grata. Inhibentes expresse ipsis omnibus et singulis, sub pœna infra-scripta, ne ipsi aut quisvis ipsorum matutinas aut horas aliquas per se vel cum Sociis pluribus aut uno in choro ipsius capellæ, dum psallantur in eodem divina officia suprædicta, dicant, voce submissa, vel alias in privato, nec murmuraciones, garrulationes, derisiones, risus, confabulationes aut strepitus indiscretos, faciant quovismodo: ne per inordinatos tumultus variosque vocum sonitus, aliave mutua colloquia eorundem, devotio aut exercitium psallentium aliorum in choro quomodolibet valeat impediri. Nec aliqua alia inibi pertractentur, quam ea quæ ad divini nominis cultum spectant, dum in ipsa capella divine laudes debeant pertractari. Alioquin, si quis præmissorum vel alicujus ipsorum temerarius violator existat, et super hoc convictus fuerit, pœnam in capitulo supra de lectura Bibliæ ordinatam et etiam irrogatam ipsum subire volumus ipso facto.

Penalty.

R. 45.—*De numero presbyterorum et aliorum ministrorum servitium in capella, ac de officiis, servitiis et stipendiis, eorundem.*

Item, ut divina officia in dicti nostri collegii capella singulis diebus per Dei gratiam devotius ac honestius et perfectius compleantur et fiant, statuimus, ordinamus et volumus, quod,

præter Custodem et ultra numerum septuaginta scholarium et Sociorum dictorum, tredecim sint altaris et capellæ prædictæ ministri, deservientes quotidie in eadem, quorum, videlicet, decem presbyteri et tres clerici existant, sufficientis litteraturæ ac bonæ conditionis et conversationis honestæ; qui quidem presbyteri et clerici vocem habeant competentem, et in cantu et lectione sint sufficienter instructi, quique presbyteri et clerici, capellam prædictam regulare, ac omnes alios scholares et Socios dicti collegii in dicta capella psallentes et legentes, quos expedit, in cantu, lectione [et] psalmodia, docere ac instruere teneantur. Percipiant vero dicti presbyteri de bonis communibus collegii, pro ipsorum stipendiis, per annum quilibet quatuor marcas sterlingorum, et ultra habeant mensam suam cum Sociis collegii nostri prædicti, ac liberatam panni, prout superius est expressum. Quilibet vero clericus supradictus percipiat pro stipendio viginti solidos annuatim, et tres virgatas panni et dimidiam erga festum Natalis Domini, de secta valetorum officiariorum dicti nostri collegii, pro vestura sua. Quos quidem clericos, omnibus et singulis diebus anni, hora prandii, præsentés esse volumus in aula, ad adjuvandum cæteros dicti collegii ministros ministrando Sociis in mensa etiam et in cœna cum reverentia, humilitate et honore, debitis: qui clerici cum servientibus comedere debeant et cœnare.

Ten Priests and three Clerks to serve in the Chapel. —Of their duties.

Their stipends, liveries, etc.

Clerks to serve the Fellows at table, etc.

Libros insuper, cruces, calices, vestimenta, jocalia et ornamenta alia, ipsius capellæ, communi et quotidiano usui deputata volumus esse in custodia unius de presbyteris supradictis, quem ad hoc Custos dicti nostri collegii, Vicecustos, Decani et bursarii, tanquam magis fidelem et idoneum elegerint annis singulis deputandum, pro quo etiam ipsi volunt respondere, quem Sacristam capellæ volumus nuncupari. Quæ quidem jocalia, ornamenta, et omnia alia supradicta, dicto presbytero tradi, liberari et committi, ordinamus et volumus per indenturam: quæ omnia et singula, necnon ejusdem capellæ luminaria, salva custodia ad dicti collegii utilitatem in sui assumptione ad dictum officium servare fideliter idem capellanus corporale juramentum præstabit, et quod præmissa omnia et singula meliori et securiori modo quo poterit faciet diligenter, et quod de præmissis debite respondebit, cum ad hoc fuerit exactus per Custodem, Vicecustodem, Decanos et bursarios, collegii memorati. Cui quidem presbytero ad dictum officium deputando unam marcam, ultra stipendium suum supradictum, de bonis communibus antedictis assignare volumus pro labore.

Chapel books, plate, etc., to be under care of a Priest—to be called Sacristan of the Chapel.

He is to be sworn.

Allowance to him, beyond stipend.

Volentes, præterea, quod unus de dictis presbyteris, modo quo præfertur, annis singulis ad cantoris officium eligatur, qui canendo cantanda repetere debeat, et alias officium cantoris in choro capellæ gerere ac etiam exercere; ad quod ipsum aretari volumus per ipsius coram ipsum deputantibus præstandum juramentum. Cui etiam, pro labore suo in hac parte, ultra sti-

One of the Priests to be elected Precentor, with an allowance.

pendium suum prædictum, de bonis communibus collegii nostri, unam marcam sterlingorum persolvi volumus annuatim.

Sixteen poor boys, under twelve years of age, to serve in the chapel (as Choristers).

Volumus insuper et ordinamus, quod, præter Custodem et ultra numerum septuaginta scholarium et Sociorum, decem presbyterorum, et trium clericorum dicti collegii et capellæ ejusdem, sexdecim pueri pauperes et indigentes, bonæ conditionis et conversationis honestæ, infra ætatem duodecim annorum notorie existentes, scientes competenter legere et cantare, ad ministrandum, legendum et cantandum, in dicta capella, et ad adjuvandum diebus singulis presbyteros et Socios in ordine sacerdotali constitutos in dicta capella celebraturos, ac alias in divinis officiis ministrandum in eadem, lectosque scholarium et Sociorum dicti collegii sternendum et præparandum, necnon in aula cæteros ipsius collegii ministros adjuvandum, Socii prædictis in mensa et cœna humiliter et honeste ministrando et deserviendo, in dictum nostrum collegium recipiantur et etiam admittantur, intuitu charitatis. Quos quidem pauperes pueros

To wait on Fellows and Scholars, etc.

Their meals.

de fragmentis [et] reliquiis, quæ super fuerint de mensa scholarium et Sociorum dicti nostri collegii, si ipsa ad hoc sufficiant, vivere volumus et etiam sustentari. Alioquin, si ipsa fragmenta minime sufficiant in hac parte, de aliis bonis communibus dicti nostri collegii, iis de competenti victu provideri volumus debite sicut decet, juxta necessitates ipsorum. Quos etiam in dicto collegio volumus permanere, ad voluntatem et dispositionem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, nostri collegii supradicti; dum tamen bonæ conditionis et conversationis honestæ fuerint, et ad deservendum [et?]* ministrandum in capella prædicta, ut præmittitur, habiles et competentes existant.

Not to be sent into the town.

Nolentes quod aliquis dicti nostri collegii quenquam dictorum choristarum in villam vel alibi extra dictum collegium transmittat, vel secum ducat; nec iidem choristæ extravagari quomodolibet permittantur absque licentia custodis vel Vicecustodis, alicujusve Decanorum seu sacristæ, et præcentoris, sed quod circa præmissa ministeria et eorum doctrinam jugiter occupentur.

Antiphony of the Virgin daily, with prayers.

Statuentes, præterea, quod singulis diebus perpetuis futuris temporibus una antiphona de beatissima Virgine Maria per capellanos et clericos capellæ prædictæ, post horam completorii dici dictam in ipsa capella, cantetur sollemniter et devote, cum oratione de eadem, et cum oratione, "Rege, quæsumus, Domine, sub uno per Dominum," cum psalmo "de profundis," et orationibus, "Inclina, Domine," et "Absolve, quæsumus," dum vixerimus et cum ab hac luce migraverimus, "Deus, qui inter Apostolicos," "Inclina Domine," et "Fidelium Deus," et "Anima Willielmi fundatoris nostri," &c. prout superius est expressum.

* Omitted in MSS.

Ordinantes insuper, quod omnes sacerdotes et clerici capellæ officarii, et alii ministri collegii cujuscunque conditionis extiterint, jurent quod secreta ipsius collegii nullatenus revelabunt; et si contingat eos scire aliqua pericula, damna, vel aliqua præjudicia collegio futura prædicto, illa Custodi, Vicecustodi, Decanis et bursariis, ejusdem collegii publicent et revelent quam cito commode poterint, absque dilatione quacunque.

Chapel priests, etc., to swear not to reveal secrets of the College.

Juret etiam unusquisque presbyterorum prædictorum, in admissione sua ad collegium prædictum, quod Custodem seu ipso absente Vicecustodem ejusdem collegii, per quatuor menses ante recessum suum, de ipso recessu præmunit vel faciet præmuniri, ut sic de alio presbytero idoneo et honesto, ad deservendum in capella prædicta laudabiliter in divinis, absque moræ dispendio tempore congruo possit debite provideri. Volumusque, ac statuendo adjicimus, quod Custos prædictus circa provisionem dictorum presbyterorum tantam et talem adhibeat et faciat diligentiam, quod præfatus decenarius presbyterorum numerus semper et in omni tempore sit integer et completus.

A Priest to give notice of his withdrawal from the College.

Et, si dictum decenarium presbyterorum numerum in uno pluribusve minui contigerit, ex tunc pro quolibet presbytero sic deficiente, qui Custodis dolo, culpa, negligentia desidiave, defecerit, qualibet septimana qua sic defecerit, sex solidi et octo denarii præfato Custodi de his quæ sibi proportionem sua superius limitantur, quousque suppleatur decenarius numerus supradictus, realiter decrescant ac etiam subtrahantur, communis Sociorum et scholarium ejusdem collegii ultra eorum septimanales communas applicandi.

The number of ten to be kept always entire.

Penalty on the Warden for omitting to fill up a vacancy in the number.

Vicecustodem vero, Decanos et bursarios, aliosque omnes et singulos nostri collegii supradicti Socios, in casu negligentiarum dicti Custodis pro suppletionem numeri presbyterorum hujusmodi, viis et modis quibus magis putaverint expedire, diligenter instare et pro viribus insistere, in virtute juramenti per ipsos dicto collegio præstiti, apud Altissimum arctius oneramus.

Vicewarden, Deans, etc., to urge the Warden to complete the number.

R. 46.—*De ordine standi in choro dictæ capellæ.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti nostri collegii Custos in dextra parte chori capellæ teneat locum primum, in sinistra parte vero dicti chori primum locum occupet Vicecustos, inde autem ex utraque parte ipsius chori theologiæ Magistri, deinde decretorum Doctores, deinceps Doctores legum, et tunc medicinæ Doctores, successive vero in theologia baccalaurei, subsequenter Magistri artium, postea juris canonici et tunc juris civilis baccalaurei, posterius baccalaurei artium, singuli, videlicet, ipsorum omnium secundum quod in gradu seniores existant, et postremo ceteri Socii dicti collegii minime graduati, juxta tempus quod habent in

Order of standing in the choir of the Chapel.

eodem collegio, cujuscunque fuerint facultatis, loca teneant et occupent sicut decet; quem quidem ordinem etiam in processionibus volumus observari. Capellanos vero dictæ capellæ in stallis inter Socios prædictos stare volumus, sicut et prout Custodi vel Vicecustodi, qui pro tempore fuerit, melius videbitur expedire.

Case of deficiency of stalls.

Si vero numerus Sociorum et capellanorum præsentium, ac supervenientium forsitan venerabilium personarum, numerum stallorum excedat, tunc volumus quod Socii quicunque in stallis stantes hujusmodi extraneis supradictis cedant, sicut decet, et stent inferius ante stallos in choro juxta status et gradus ipsorum. et secundum quod Custodi, vel in ipsius absentia Vicecustodi, videbitur expedire, et consimiliter deferri volumus ad mensas in aula. Scholares vero infra probationis annos existentes, et Socii non-graduati, a vigilia Paschæ usque ad festum Omnium Sanctorum, caputiis in choro nullo modo utantur.

R. 47.—*Quod in majoribus collegii negotiis Custos habet requirere consensum Sociorum.*

Warden to have assent of majority of Fellows in affairs of importance.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod in majoribus ipsius collegii negotiis disponendis, videlicet, in traditionibus firmarum, beneficiorum ecclesiasticorum et maneriorum, præsentationibusque ad beneficia quorum advocaciones vel jus patronatus ipsi obtinent, in posterumve obtinebunt, causis, controversiis, placitisque seu litibus, ipsum collegium concernentibus, aggrediendis seu inchoandis, aut aliis consimilibus, omnes et singuli Socii, tempore quo hujusmodi negotia pro utilitate collegii imminent disponenda in Universitate præsentibus, ad vocationem et præmunitionem dicti Custodis, in capellam vel alium locum infra dictum collegium competentem, insimul convocentur; ad communiter tractandum et deliberandum de hujusmodi negotiis imminentibus; et quod in et super præmissis communiter vel per majorem partem Sociorum seniorum dicti collegii, quorum decem in litibus inchoandis de facultate juris civilis et juris canonici seniores existant, deliberatum fuerit et consensus, roboris habeat firmitatem. Ordinatio autem sive dispositio in et super præmissis alio modo habita sive facta pro nulla penitus habeatur.

R. 48.—*Quod maneria, possessiones, advocaciones et patronatus ecclesiarum non alienentur.*

Against the alienation of estates, etc.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod maneria, advocaciones et patronatus ecclesiarum, terræ, tenementa, redditus, servitia, nativi aut liberi tenentes, solum vel area bosci, seu terra in qua boscuus crescit, prata, pascuæ, communæ vel pasturæ, seu alia bona immobilia quæcunque dicti collegii, sive

sint spiritualia sive temporalia, aut etiam jura ejusdem quæcunque, nullo modo, nec ullo unquam tempore, in feodum vel ad terminum vitæ, alienentur seu vendantur, nec advocaciones seu patronatus ecclesiarum, vicariarum, seu capellarum vel cantariarum, alicui in feodum ad terminum vitæ vel annorum, seu alio modo, pro aliquo tempore quantumcunque modico, concedantur, nec maneria ultra viginti annos, vel ecclesiæ appropriatæ ultra terminum decem annorum, ad firmam nec aliquo alio modo, alicui tradantur seu etiam dimittantur.

Permittimus tamen quod terræ, tenementa, messuagia et tenuræ quæcunque, cum eorum pertinentiis, quæ solebant teneri a tenentibus, tam in civitatibus et villis quam in maneriis suis vel ecclesiis iis appropriatis, et aliis locis quibuscunque, ad prædictum collegium qualitercunque spectantia sive pertinentia, et quæ ad manus prædictorum Custodis et scholarium per defectum hæredum seu tenentium, vel alio quovismodo devenerint, concedi vel tradi poterint ad firmam ad terminum annorum per rotulos curiarum juxta consuetudinem maneriorum antiquitus in ea parte usitatam, vel per indenturas inter ipsos Custodem et scholares ex una parte et recipientem seu recipientes eadem ex altera parte, sigillo communi dicti collegii sigillatas, inde conficiendas: ita tamen quod ultra quinquaginta vel sexaginta annos concessio seu traditio hujusmodi non excedat quovismodo, et quod tenentes hujusmodi dicta terras, tenementa, messuagia et tenuras, vel aliquam partem seu parcellam eorundem, non alienent, nec terminum in iis sic concessum aliis personis quibuscunque concedant seu qualitercunque tradant, sine licentia speciali seu consensu Custodis et scholarium prædictorum.

Lease of lands
by copy of
court roll.

Statuentes, præterea, quod Custos, Socii et scholares, dicti nostri collegii pensiones annuas, vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo modo concedant, nec ad aliqua alia onera spiritualia vel temporalia dictum collegium in perpetuum vel ultra terminum quadraginta annorum obligent quovismodo, nisi pro hujusmodi onere supportando, ipsorumque indemnitate ac interesse in ea parte, duplum in possessionibus vel redditibus in perpetuum habuerint ad commodum et utilitatem nostri collegii supradicti.

Against grant-
ing pensions,
&c.

R. 49.—*Quomodo præfici debeant annis singulis tres Socii de collegio, qui bursarii debeant nuncupari; et de ipsorum officio.*

Præterea, ut bona ipsius nostri collegii communia securius conserventur, discretius dispensentur, meliusque regantur, statuimus, ordinamus et volumus, quod de Sociis ipsius collegii per Custodem, quinque Decanos et sex alios Socios seniores, quorum unus civilista et alius canonista existant, eligantur et deputentur tres Socii aptiores, fideiiores, discretiores et magis

Election of
three Bursars.

Their duties. circumspecti, ad bursariorum officium exercendum, quorum unus civilista vel canonista existat; qui exitus, redditus, firmas, proventus beneficiorum, maneriorum, terrarum, possessionum et reddituum, bona et res ipsius collegii, vel alias qualitercunque et undecunque provenientes, seu provenientia vel spectantia, per visum et sub testimonio dicti Custodis, vel Vicecustodis et alicujus Decanorum, de manibus œconomorum, ballivorum, procuratorum, firmariorum præpositorum ipsius collegii aut aliorum quorumcunque, per indenturas inter dictos bursarios et solventes summas hujusmodi faciendas, recipiant, et recepta in thesauraria dicti collegii in arcis et cistis communibus eorundem, per visum et sub testimonio dictorum Custodis, Vicecustodis, Decanorum, et trium aliorum Sociorum seniorum, in tuto reponant securius custodienda.

To hold money for daily expenses. De quibus quidem receptis ipsi bursarii certas rationabiles summas ad communes Sociorum et scholarium, et alias quotidianas et minutas expensas, utiles et necessarias solummodo, et non alias, in ipsos usus et non in alios, juxta discretionem, dispositionem, consilium et avisamentum, Custodis, Vicecustodis et Decanorum dictorum, custodiant, dispensent fideliter et convertant.

Not to interfere in the more important expenditure, without consent the Warden, &c. Nolentes quidem, quod dicti bursarii aut quivis alius, de residua parte receptorum dictorum, seu de majoribus negotiis dicti collegii, aut aliis solutionibus, misis et expensis, circa hujusmodi majora negotia facienda, se quomodolibet intromitant sine consensu, discretione, consilio et avisamento, Custodis, Vicecustodis, Decanorum, et majoris partis Sociorum nostri collegii memorati. Qui etiam bursarii provisiones et emptiones septimanales quascunque victualium, et solutiones pro iisdem quaslibet faciendas, supervideant, et de ipsis disponant, prout iis melius videbitur expedire pro commodo, utilitate et honore, nostri collegii supradicti; quique, præter arcas communes prædictas, duas cistas habeant de communi, in quibus alternatas indenturas, quas inter se tam de omnibus et singulis per eos receptis quam etiam liberatis et expensis, et rotulos super præmissis factos sibi invicem correspondentes, facere teneantur, reponant et etiam conservent.

To have two chests. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsos pertinet, bene, diligenter ac fideliter, facienda et etiam observanda, dicti bursarii, statim post ipsorum admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis evangeliiis, præsent corporaliter juramentum in præsentia omnium Sociorum dicti collegii vel majoris partis eorum tunc in dicto collegio præsentium, præfato Custode vel in ipsius absentia Vicecustode juramentum hujusmodi exigente.

To be sworn to observe these Statutes. Quemlibet, præterea, bursariorum dictorum tredecim solidos et quatuor denarios sterlingorum de bonis communibus dicti nostri collegii annuatim percipere volumus, pro labore et

Their stipend.

stipendio in officio supradicto, ultra ea quæ ipsorum quilibet in eodem collegio erit alias percepturus.

R. 50.—*De sigillo et arcis communibus.*

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti Custos et collegium sigillum commune habeant et arcas sive cistas communes, in quadam domo ad modum et formam turris constructa, ante ostium aulae situata et eidem aulae contigua et annexa, in altitudine a fundo areae quadripartita, securius reponenda.

The common seal and chests to be placed in a tower.

In quibus quidem domo et cistis volumus quod ipsum sigillum commune, jocalia, pecuniarum summæ, necnon munimenta quæcunque dictum nostrum collegium concernentia, in forma quæ sequitur, sub salva et secunda custodia reponantur et tutissime præserventur: videlicet, quod in inferiori sive bassiori camera domus prædictæ omnia vasa ænea, stannea, et alia utensilia quæcunque dicti collegii, quæ non ad usum actualem Sociorum quotidie requiruntur, quarum rerum duo bursarii habeant claves penes se. In secunda vero superiori camera a fundo computanda, in cistis ad hoc deputatis, reponantur et etiam custodiantur omnia registra, copiæ et transcripta bullarum Apostolicarum, chartarum regiarum, et aliorum dominorum, statutorum et etiam ordinationum nostrarum, munimentorum et etiam evidentiæ quarumcunque dictum collegium concernentium, necnon rotuli computorum tam de expensis hospitii dicti collegii quam de maneriis et aliis possessionibus suis spiritualibus et temporalibus quibuscunque, ac omnes et singulæ pecuniarum summæ quæ pro expensis septimanalibus et quotidianis quomodolibet requirentur. Quarum quidem cameræ et cistarum tres diversas claves inter se habeant divisas tres bursarii, qui pro tempore fuerint deputati. Sigillum vero commune infra unam dictarum cistarum in quadam alia parva cista, serata tribus diversis seruris, continue includatur; quarum serurarum diversas claves habeant Custos et Vicecustos, ac senior Decanus, sic quod nihil sigilletur cum illo sigillo, nisi quod primitus plene et aperte scribatur et in registro dicti collegii plenarie registretur, ac per Custodem et majorem partem Sociorum dicti collegii, quorum decem facultatis juris civilis et canonici existant, super hujusmodi scripto mature deliberatum existat, ipsumque scriptum per eosdem approbatum; in quorum præsentia dictum commune sigillum scripto hujusmodi in magna aula ipsius collegii apponatur. Alia autem literæ, obligationes ac scripta quæcunque, quocunque nomine censeantur, præfato sigillo communi [non] sigillata, omni careant robore firmitatis. Et nihilominus omnes et singulos, qui contra formam præscriptam sigillum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ chartæ aut pergamento non scripto, vel facto cuicunque, appo-

College utensils in the lower chamber.

Copies of bulls, &c., in a chest in the second chamber above.

Of the keys.

The common seal in a chest in the same chamber.

Of the keys.

Use of the seal.

suerint, et qui ad id faciendum realiter consenserint, præter pœnam perjurii, quam ipsos incurrere volumus, ipso facto a dicto collegio nostro pro perpetuo expellantur, necnon ad satisfaciendum pro damnis et injuriis præfato collegio ea occasione illatis seu inferendis arctius obligentur, et ad hoc vigore præsentis nostri statuti realiter teneantur. Ordinantes, præterea, quod hujusmodi scripta, præfato sigillanda sigillo, prius registrentur in registris dicti collegii antequam sigillentur sigillo prædicto, cessante excusatione quacunque.

The register.

Jewels, plate, money, &c., in the third upper chamber.

In tertia insuper superiori camera a præfato fundo computando, in quadam cista ad hoc deputata, ponantur et securius custodiantur omnia jocalia, vasa argentea vel aurea, ad quotidianum usum dicti collegii minime requisita, omnesque pecuniarum summæ ultra annuales septimanales et quotidianas expensas reservandæ (præter pecunias de communis subtractas, ac præter pecunias contentas in quadam minori cista inclusa in magna cista cameræ ejusdem, de quibus in hoc statuto inferius fit mentio specialis), necnon omnes bullæ Apostolicæ et processus inde secuti, appropriationes ecclesiarum, ordinationes vicariarum, chartæ regiæ et aliorum dominorum, liber originalis omnium statutorum et ordinationum nostrarum dicti nostri collegii Oxoniæ, ac liber statutorum collegii nostri prope Wintoniam, nostro pontificali sigillo sigillati, necnon omnia alia literæ sive scripta, ac munimenta sigillata, et originalia quæcunque; dictum nostrum collegium quomodolibet concernentia. In cujus quidem tertiæ cameræ ostio sint quatuor seruræ diversæ cum quatuor clavibus iisdem pertinentibus; quarum unam habeat Custos continue penes se, et tres alias claves tres bursarii habeant inter se divisas. In cista vero prædicta sint totidem seruræ cum totidem clavibus; quarum unam habeat Custos penes se, et duas alias habeant duo alii sufficientiores et discretiores ad hoc per majorem partem graduatorum specialiter electi, qui anno illo officarii minime fuerint, quartam vero clavem dictæ cistæ habeat bursarius simpliciter senior pro tempore suo.

Bulls, original statutes, &c.

Keys of the door.

Yearly indenture of College goods.

Volumus, insuper, quod de omnibus bonis ibidem reservandis singulis annis fiat una indentura sigillata, cujus una pars totum annum in dicta cista remaneat, de manu alicujus bursarii non habentis clavem aliquam cistæ prædictæ, et altera pars penes bursarios remaneat de manu Custodis vel alterius Socii illorum duorum electorum claves dictæ cistæ habentium.

Yearly examination of reserved goods.

Volumusque, præterea, quod quolibet anno semel fiat actualis demonstratio omnium bonorum ibidem existentium coram personis prædictis, ut sic de statu eorundem bonorum ipsis omnibus constare valeat manifeste.

Preservation of reserved property.

Uteriusque statuimus, ordinamus et volumus, quod dicta bona sic reservata, non nisi in certis et arduis negotiis, ad quæ perficienda non sufficient alia pecuniarum summæ pro expensis

quotidianis, ut præmittitur, deputandæ, ullo modo expendantur, sed fideliter custodiantur pro possessionibus amplioribus, si oporteat, acquirendis, et pro repentinis, quod absit, incendiis maneriorum, litibus et placitis defendendis, et sic pro aliis similibus casibus quæ faciliter nequeant numerari.

Volentes, præterea, statuentes et etiam ordinantes, quod in prædicta tertia camera sit una alia cista magna, fortis et securo, tribus seruris serata, quarum quidem serurarum tres claves inter se divisas habeant tres Decani seniores, quorum unus jurista existat; in qua ponantur omnes pecuniarum summæ de communis Sociorum, scholarium et capellanorum conductitorum, dicti nostri collegii absentium, seu alias de totali numero deficientium, subtractæ; quæ pro litibus et placitis defendendis, necnon pro possessionibus amplioribus, si oporteat, acquirendis, tutissime ac secretissime conserventur.

Chest for money accruing from commons of absent Fellows, &c.

Money to be used in law causes.

Volumusque ac statuendo adjicimus, quod in magna cista prædicta sit una alia minor cista, in qua certas pecuniarum summas Custodi, Sociis et scholaribus ipsius collegii, etiam pro litibus et placitis defendendis, ac possessionibus amplioribus, si oporteat, acquirendis, ex nostra liberalitate traditas et donatas, reponi volumus securius ac secretius custodiendas: cujus quidem minoris cistæ sint tres diversæ seruræ cum totidem clavibus, quarum unam habeat Custos continue penes se, aliam vero Vicecustos, et tertiam jurista simpliciter senior, qui officarius minime fuerit illo anno. Quas quidem pecunias in litibus et placitis defendendis, ac possessionibus, ut præmittitur, acquirendis, duntaxat expendi volumus, et non in aliis usibus, rebus seu negotiis, quovismodo. Hoc proviso, quod pecuniæ pro communis absentium et alias deficientium subtractæ, in prædicta secunda camera ejusdem domus a fundo reputanda, in quadam cista existente ibidem, septimanatim ponantur et custodiantur, usque ad finalem computum omnium communarum et expensarum hospitii dicti collegii totius anni complete auditum: quo computo audito, ipsas pecunias subtractas in magna cista prædicta reponi volumus annuatim, pro usibus prædictis et non aliis securius custodiendas.

Another chest for money for law causes, and buying lands, &c.

Et, quoniam magis timeri solet quod specialiter injungitur quam quod generaliter imperatur, præfatum Custodem, Vicecustodem, bursarios, Decanos, et tres alios clavigeros prædictos, qui pro tempore fuerint, singulis annis cum officia sua seu claves prædictas receperint, præstare volumus, tactis et inspectis sacrosanctis Dei Evangeliiis, corporaliter juramentum, quod omnes pecuniarum summas in dicta minori cista contentas et repositas, ac etiam reponendas, secretius quo legitime poterint, modo et forma quibus præfertur, conservabunt, in usus prædictos, cum opus fuerit, et non in alios, absque dolo, fraude seu malo ingenio, discrete ac fideliter convertendas et etiam expendendas.

Oath to be taken for the preservation or proper use of reserve money.

Church vestments, &c., in the fourth upper chamber.

Keys of the door.

Keys of the chest.

Quarterly examination of vestments, &c.

In quarta vero suprema et ultima camera a fundo prædicto, in cistis ad hoc deputatis, vestimenta, calices, et alia ornamenta ecclesiastica principaliora et pretiosiora, panni aurei et serici, ac alia utensilia tam pro capella quam pro aula dicti nostri collegii ordinata, ponantur et securius custodiantur. Cujus quidem quartæ camerae ostium tres claves habeat; quarum unam Vicecustos, aliam bursarius senior, qui pro tempore fuerit, et tertiam clavem habeat Decanus senior. Cista vero pro præmissis ordinata tres diversas seruras habeat atque claves; quarum unam dictus Custos, secundam vero secundus Decanus, tertiam autem clavem custodiat unus de discretioribus dicti nostri collegii graduatus, non officarius, per majorem partem Sociorum graduatorum eligendus. Vestimenta quoque, calices, jocalia et cætera ornamenta, in præfata quarta camera existentia, quater in anno, videlicet, semel in quolibet quarterio, de cista pro iisdem deputata, tempore congruo, cum temperies non obstabit, in præsentia personarum claves hujus cistæ et camerae obtinentium extrahantur ac diligenter videantur, ut, si aliqua ipsorum emendatione seu reparatione indigerint, quam citius commode fieri poterit, emendentur et absque mora debite reparentur.

R. 51.—*De cista communi ad utilitatem Custodis ac singulorum Sociorum et scholarium collegii Oxoniæ ordinata.*

Chest for money to be lent to members of the College.

Quoniam distrahentis inopiæ miseranda molestia scholares ad agrum colendum Dominicum habilitandos plerumque avertit, et efficit studii desertores; Nos igitur, compassionis humeros corditer supponentes, ac nostræ intentionis oculos ad Custodem, Socios et scholares, collegii nostri Oxoniæ specialiter convertentes, ducentas marcas sterlingorum ad usum singularem ipsorum Custodis, Sociorum et scholarium, de bonis nobis a Deo collatis duximus conferendas, donandas partiter ac tradendas, et in quadam cista ad hoc deputata, in inferiori seu bassiori camera quadripartitæ domus ante ostium magnæ aulae situatæ, ac eidem aulae contiguæ et annexæ, securius reponendas, convertendasque in utilitatem Custodis, Sociorum et scholarium prædictorum, sub forma inferius annotata, videlicet, quod prædictus Custos centum solidos, quilibet vero Socius et scholaris, secundum quod in ordine prius indigentiam suam Custodibus ipsius cistæ exposuerint, usque ad numerum triginta quinque inclusive, quadraginta solidos; reliqui autem singuli Socii et scholares triginta et tres solidos et quatuor denarios, et non ultra, de cista prædicta poterunt mutuari.

Prayers to be said by those who borrow the money.

Volumusque ac statuendo adjicimus, quod quilibet recipiens de pecunia prædicta dicat pro salubri statu nostro, dum fuerimus in humanis, antiphonam illam de Trinitate, "Libera nos," &c., cum versiculo, "Benedicamus Patrem et Filium," &c., cum ora-

tione, "Omnipotens sempiterne Deus," &c., adjuncta oratione, "Rege, quæsumus, domine, Willielmum pontificem, Fundatorem nostrum," &c. Cum vero ab hac luce subtracti fuerimus, dicat quilibet pecunias recipiens, ut præfertur, psalmum illum "De profundis clamavi," &c. cum *Κύριε ἐλέησον* et oratione Dominica, cum salutatione angelica, more solito, et cum orationibus, "Inclina Domine," &c., et, "Fidelium Deus," &c., adjuncta oratione, "Deus, qui inter Apostolicos," &c.

Statuentes insuper, ac etiam ordinantes, quod cista prædicta tres habeat diversas seruras; quarum quidem serurarum tres claves inter se divisas ac dictæ cistæ custodiam habeant Vicecustos, senior Decanus de facultatibus artium, et bursarius jurista nostri collegii memorati; onerati et jurati quod nulli aliam de dicta cista pecuniæ summam mutuo seu quomodolibet aliter liberabunt absque reali et sufficienti pignore seu cautione de vero valore, et ultra, de medietate valoris pecuniæ numeratæ; quod quidem pignus seu cautio, nisi infra annum a tempore mutui accepti effectualiter luatur, redimatur et acquietetur, statim infra mensem post superannuationem ejusdem, si vacatio tempore superannuationis non fuerit, distrahatur, quod si tempore superannuationis vacatio fuerit, tunc infra primum mensem proximi termini sequentis, pignus seu cautio hujusmodi venditioni publice exponatur. Et si quid, post cautionis seu pignoris hujusmodi venditionem, retenta cista,* mutui summa de pretio superfuerit, impignoranti, si venerit, retradatur.

Jurabit insuper quilibet recipiens de summis prædictis, tempore mutui sibi facti, quod dictas pecunias ad usum suum proprium et non alienum, absque dolo, fraude seu fictione qualibet, mutuatur: ac etiam quod dictam cistam, custodesque ejusdem, quoad pignus suum sive cautionem, quatenus in ipso est et ad ipsum pertinet, servabit indemnes; necnon quod venditionem pignoris seu cautionis hujusmodi, in forma prædicta faciendam, per se vel alium quovismodo non impediet, nisi ad luendum, redimendum et acquietandum, pignus seu cautionem suam prædictam venerit paratus cum pecuniis, et eas persolverit priusquam venditio hujusmodi realiter fuerit facta. Hoc quoque proviso, quod si quis de personis prædictis prætaxatam sibi pecuniæ summam integram de dicta cista mutuo receperit, quousque pignus suum sive cautio hujusmodi luatur, redimatur, acquietetur effectualiter vel vendatur, alia summa de ipsa cista nullatenus numeretur seu liberetur eidem.

Fiat etiam in præfata cista registrum, in quo singulis annis per unum de custodibus cistæ prædictæ scribantur sigillatim nomina et cognomina illorum quibus exrescentiæ debebuntur de pignoribus seu cautionibus venditis illo anno, una cum summis exrescentiarum debitarum singulis eorundem; ne quis, cujus pignoris seu cautionis venditio forsitan facta fuerit, ultra summam mutui per ipsum de dicta cista percepti, per ipsius

* "Cistæ" in Hargr. MS.

cistæ custodum incuriam vel negligentiam de excrescentiis hujusmodi sibi debitis quomodolibet defraudetur.

Keepers of the chest to be bound by oath.

Et ad præmissa omnia et singula bene, diligenter ac utiliter, observanda, necnon ad fidelem computum præfata cistæ reddendum singulis annis perpetuis futuris temporibus, statim post finalem computum omnium communarum et expensarum aliarum quarumcunque hospitii dicti nostri collegii complete redditum et auditum, supradictæ cistæ custodes arctari et astringi volumus sub ipsorum debito juramenti.

R. 52.—*De dispositione camerarum.*

Chambers to be distributed by the Warden.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singulæ cameræ dicti nostri collegii, et loca studiorum in iisdem cameris, per Custodem et Vicecustodem prædictos, juxta ordinationem et dispositionem ipsorum, salvis tamen nostris ordinatione et moderatione infrascriptis, deputentur et etiam assignentur.

Order of distribution.

Volentes, præterea, quod in superioribus cameris dicti collegii tres Socii vel scholares ad minus invicem collocentur, quatenus numerus Sociorum et scholarium collegii sufficit et extendit. In inferioribus autem cameris dicti collegii, quatuor fenestras et quatuor studiorum loca habentibus, sint semper quatuor scholares vel Socii collocati; præterquam in illa inferiori camera juxta cameram in orientali angulo collegii situata, in qua tres tantummodo scholares vel Socii habitabunt. Quorum omnium Sociorum et scholarium dicti collegii nostri quilibet suum lectum habeat separatim, ac solus sine socio jaceat omnimodo. Et præterquam in quadam camera subtus librariam ex parte boreali orientalis portæ quadrati dicti collegii, in qua nullum Socium, scholarem, presbyterum aut clericum, dicti nostri collegii jacere volumus vel etiam hospitari: sed in ipsa camera ordinamus et volumus quod computi quicumque dictum nostrum collegium concernentes recipiantur et etiam audiantur; præter septimanales et alios minutos computos, quos fieri permittimus in camera ex opposito ostio magnæ aulae situata, et in qua veram copiam omnium ordinationum et statutorum nostrorum ipsius nostri collegii, in quadam cista ad hoc ordinata et serata, reponi volumus tutissime custodiendam.

Beds.

Chamber for auditing accounts.

Canonists and civilists to be mixed in chambers with other faculties.

A Fellow in every chamber.

Ordinantes, præterea, quod canonistæ seu civilistæ mixtim cum aliis studentibus in facultatibus aliis in præfatis singulis cameris, quatenus ipsorum numerus sufficit et extendit, juxta dispositionem Custodis debite collocentur, ad nutriendum et conservandum majorem dilectionem, amicitiam et charitatem, inter eosdem. Quodque in singulis cameris supradictis sit unus Socius cæteris maturitate, discretionem ac scientia, provectior, qui aliis suis Sociis cameralibus studentibus superintendat, et de ipsorum moribus et conversatione, studiique profectu, Cus-

totidem, Vicecustodem et Decanos, de tempore in tempus, quoties causa seu opus fuerit, sub ipsorum debito juramenti collegio præstiti supradicto, veraciter certificet et informet, ut hujusmodi Socii et scholares defectum in moribus patientes, negligentes seu in studiis suis desides, castigationem, correctionem et punitionem, recipiant competentes. Volumus, insuper, quod in illis cameris quæ sunt subtus aulam in fine versus orientem presbyteri et alii ministri de capella dicti nostri collegii ad invicem collocentur et etiam commorentur. Inhibentes præterea districtius et expresse, ne quis in superioribus cameris antedictis mingendo, caput, manus vel pedes, aut quicquam aliud, lavando, vel alias qualitercunque aquæ, vini vel cervisiæ, aut alterius liquoris cujuscunque, effusionem faciat quovismodo, per quam Socii vel scholares in inferioribus cameris existentes in personis, bonis vel rebus, graventur vel aliquo modo molestentur.

Priests and chapel ministers to occupy rooms under the hall.

Against spilling water, &c., in the upper rooms.

R. 53.—*De sustentatione et reparatione capellæ et aulae collegii et aliorum ædificiorum ejusdem.*

Item, quia secundum auctores facilius est destruere quam construere, pluries accidit ut ædificia quæ Fundator ad honorem Dei curiose et firmiter ædificat, successores per desidiam et negligentiam collabi, ruere et deficere, negligenter permittant; hinc est quod sub obtestatione divini judicii specialiter injungimus, monemus ac insuper statuimus, ut capella nostri collegii et aula, singulaque alia ædificia Dei adjutorio laboriose nostris sumptibus ædificata, in muris, cooperturis, et qualibet sui parte, perpetuis futuris temporibus per Dei gratiam debite, sufficienter et congrue, in omnibus sustententur.

Repair of chapel and other buildings.

Et, si contingat per gregem mortalitatem, caristiam frugum, ballivorum et præpositorum incuriam, incendium, vel alias causas fortuitas (quod absit) bona collegii mobilia in tantum minorari quod non sufficiant, ultra staurum maneriorum, sustentationem Sociorum vel alia necessaria, ad defectus domorum ipsius nostri collegii, si qui fuerint, congrue reparandos, statuimus, ordinamus et volumus, quod singulis hebdomadis de singulorum Sociorum communis denarius unus subtrahatur, et ad restaurationem et reparationem [defectuum] prædictorum reservetur et convertatur.

Subtraction from commons in case of failure of funds to repair buildings.

Et, quia domus Dei majorem exigit honestatem, statuimus quod, pro reparatione capellæ vel aulae forsitan imminente in casibus prædictis, de singulorum communis singulis hebdomadis duo denarii reserventur, et in reparationem hujusmodi convertantur et fideliter expendantur singuli denarii sic subtracti et reservati, donec hujusmodi defectus capellæ, aulae, et alii quicunque, sint sufficienter reparati in omnibus et perfecti.

Additional subtraction for repair of chapel.

Et ad istud statutum fideliter promovendum, diligenter prosequendum et effectualiter observandum, Custodem dicti

Oath for observance of this Statute.

collegii nostri, qui pro tempore fuerit, Vicecustodem, Decanos, bursarios, et singulos Socios alios ejusdem, in virtute juramenti in eorum admissione ad collegium ab iis præstiti specialiter volumus obligari.

Period for effecting buildings and repairs.

Præterea, ordinamus et volumus quod, cum novæ ædificationes vel aliquæ reparationes domorum immineant faciendæ, illæ incipiantur circa principium mensis Martii et terminentur ante festum Sanctorum Simeonis et Judæ tunc proxime secuturum, alioquin adveniente dicto festo ab operibus hujusmodi cessent omnino usque ad principium mensis Martii proximo tunc sequentis, ædificationibus et reparationibus quæ commode absque dispendio collegii differri non poterunt duntaxat exceptis.

R. 54.—*De computo ministrorum omnium intrinsecorum et extrinsecorum, et quo tempore anni reddi debeant.*

Audit of accounts of buildings, &c.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos prædictus ac Vicecustos, quinque Decani et quinque alii seniores, quorum unus canonista et alius civilista existant, omnium et singulorum officiariorum et ministrorum intrinsecorum, neonon extrinsecorum, œconomorum, ballivorum, procuratorum, firmariorum, præpositorum, et aliorum ministrorum extrinsecorum, ratione alicujus officii computabilis ipsi collegio obligatorum, ad dictum collegium accedentium ex ordinatione et præfixione Custodis seu Vicecustodis, et Socii infrascripti, ratiocinia et computum, Oxoniæ in ipso collegio, in domo ad hoc in statuto de dispositione camerarum superius ordinata, singulis annis audiant et diligenter examinent, et ea fideliter terminent.

Aliorum, vero œconomorum, ballivorum, firmariorum, procuratorum et præpositorum, dicti collegii computum et ratiocinia in ecclesiis vel maneriis collegii nostri prædicti fieri permittimus et audiri, juxta dispositionem Custodis, Vicecustodis, quinque Decanorum, trium bursariorum, et aliorum Sociorum prædictorum.

Progress to examine state of lands, &c.

Statuimus etiam, ordinamus et volumus, quod, statim post autumnum, sine aliqua dilatione vel excusatione, videlicet, ad ultimum ante principium mensis Octobris, fiat circuitus et progressus per ipsum Custodem et aliquem Sociorum discretum, aptum et circumspectum, et ad hoc per collegium eligendum et deputandum, seu ipso Custode per gravem infirmitatem seu alias legitime impedito per Vicecustodem et eundem Socium, quo etiam Vicecustode legitime impedito, per alium Socium ipsius collegii discretiorem per dictum collegium eligendum, una cum Socio alio supradicto et clerico computi dicti collegii, ad omnia maneria et beneficia ac boscos quoscunque ad dictum collegium spectantia, ad supervidendum statum maneriorum, beneficiorum et boscorum, staurumque vivum et mortuum,

videlicet, equos, apros, boves, vaccas et earum vitulos, oves, bidentes, et omnia alia animalia et pecora cujuscunque generis, et ad æstimandum et ad æstimari faciendum blada ingran-
giata. Et quod idem Custos seu Vicecustos vel Socii præ-
dicti in dicto circuitu præmuniant seu præmuniri faciant omnes
et singulos ballivos, præpositos, firmarios et alios ministros
quoscunque, quod sint parati ad certum diem infra mensem
Septembris, seu ad ultimum infra mensem Octobris prædicti,
quam citius fieri poterit, per ipsum Custodem seu Vicecusto-
dem vel Socium iis limitandum, pro computis suis in collegio
prædicto apud Oxoniam, vel in ecclesiis seu maneriis suis, tunc
reddendis.

Giving notice
to bailiffs, &c.,
to render their
accounts.

Volumus, etiam, quod post circuitum completum, quam
citius fieri poterit, absque aliquali dilatione et excusatione,
incipiatur computorum auditio, et absque aliquali dilatione,
et sine interruptione, negligentia et mora, debite infra eundem
mensem Octobris, quam citius fieri poterit, compleatur; ne per
hoc collegium in expensis majoribus oneretur seu prægravetur,
et Socii seu scholares prædicti collegii in actibus suis scho-
lasticis impediatur.

Audit of the
accounts.

Et quod quater in anno, videlicet, in fine cujuslibet quarterii
anni, computus expensarum hospitii collegii prædicti intrinse-
carum per Custodem et omnes alias personas supradictas
audiatur; ita quod in fine cujuslibet anni, post computum om-
nium ministrorum et officiariorum complete redditum, finalis
computus omnium communarum, expensarum hospitii dicti
Collegii, et aliarum quarumcunque intrinsecarum, finaliter et
complete audiri ac perfici poterit et ingrossari.

Audit of ac-
count of house-
hold expenses.

Item, ordinamus quod statim post Pascha, quam citius fieri
poterit, sine aliquali dilatione, fiat visus computi de statu
omnium maneriorum et ecclesiarum appropriatarum, necnon
de omnibus receptis, firmis, debitis cujuscunque manerii sive
beneficii, et firmarum et aliorum exituum et proventuum
quorumcunque dicto collegio spectantium; videatur, etiam,
exitus grangiarum, et remanentia bladorum in grangiis tunc
de novo æstimentur. Fiat insuper visus de statu, numero, mu-
tatione et ordinatione, cujuslibet stauri vivi et mortui, videlicet,
de equis, apris, et cæteris animalibus et rebus, ut supra in
circuitu Custodis ante principium mensis Octobris est ex-
pressum; ut de expensis reparationis domorum, custodia bos-
corum, clausuris, et aliis necessariis in dictis maneriis factis et
faciendis, liquere poterit evidenter. Qui quidem visus infra
triginta dies a die inceptiois ejusdem continue numerandos
terminetur.

View of ac-
count of state
of manors,
rents, stock,
&c.

Et quod omnes rotuli computi, visus, et aliorum memo-
randorum, in thesauraria ponantur et securius custodiantur, ut
inde evidentiæ sufficientes, tam pro defensione ecclesiarum
suarum et jurium maneriorum suorum quam de valore annuo

Custody of
rolls of ac-
count, views,
&c.

eorundem, de tempore in tempus haberi poterint in futurum. Statuentes, ulterius, quod Custos, Vicecustos, Socii ac clericus computi prædicti, in hujusmodi circuitu, progressu et visu computi, ut præmittitur, faciendis, sex equorum numerum quomodolibet non excedant.

R. 55.—Infra quod tempus Socii et ministri qui tenentur ad computum debeant solvere sua arreragia.

Limit for paying arrears of rent, &c.

Præterea statuimus, ordinamus et volumus, quod si, post hujusmodi computos, ut præmittitur, redditos, ministros prædictos vel aliquem eorundem a retro in aliquibus arreragiis per Custodem et Socios, hujusmodi computi auditores, reperiri contingat, ad satisfaciendum de omnibus et singulis arreragiis prædictis in quibus reperti fuerint a retro existere et ipsi collegio debitores, infra mensem post redditionem computi prædicti immediate sequentem, nisi ex aliqua justa causa per ipsum Custodem et ejus Socios auditores approbata, seu ex dispensatione eorundem Custodis et Sociorum auditorum, solutio prædictorum arreragiorum ad terminum longiorem merito fuerit differenda, auctoritate præsentis nostri statuti teneatur omnino. Quod etiam observari volumus et injungimus in persona [cujuscunque] alterius collegii supradicti, per quem pecunia dicti collegii qualitercunque fuerit dispensanda sive ministranda. Ad quam solutionem arreragiorum plene, integre et fideliter infra terminum hujusmodi faciendam, ipsos et ipsorum quemlibet sic a retro, ut præmittitur, existentes seu existentem, statim post auditionem computi hujusmodi, astringi volumus vinculo præstiti seu præstandi ad sancta Dei Evangelia juramenti.

Accomptants to be sworn to pay arrears.

R. 56.—Quomodo auditores computi habeant aliis Sociis statum collegii post computum intimare.

Auditors to make a statement of the yearly value of estates, &c.

Subsequenter auditis et examinatis et discussis ratiociniis et computis omnium et singulorum ministrorum prædictorum, teneantur Custos, Vicecustos, Decani, et bursarii ac coadjutores eorum prædicti, omnia in prædictis computis comperta et inventa, necnon totum statum ac verum valorem annum omnium et singulorum maneriorum, terrarum, reddituum, ecclesiarum et possessionum, et aliarum rerum et bonorum quorumcunque ad dictum collegium spectantium, vel quovis alio modo ad idem collegium qualitercunque provenientium, singulis annis summarie, fideliter, distincte et expresse, tredecim Sociis discretioribus et magis circumspectis de collegio in scriptis aperte et fideliter intimare. sub ipsorum debito juramenti. Post quæ, ipso die vel die proximo ex tunc sequenti, singulis annis. præfati Custos et bursarii, coram cæteris auditoribus prædictis ad hoc specialiter convocandis, de omnibus receptis et

liberatis quarumcunque pecuniarum et bonorum dictum collegium qualitercunque concernentium, quæ ad ipsorum manus quomodolibet pervenerint, sub juramento ipsorum ipsi collegio in eorum admissione præstito, fidelia ratiocinia quantum negotium hujusmodi quemlibet ipsorum concernit reddere, ac recepta et recipienda pro anno pro quo tunc computatur ibidem fideliter et plene detegere [debeant] ac etiam teneantur, ut status ipsius collegii Sociis ipsis, quorum interesse vertitur in hac parte, plenius innotescat.

R. 57.—*Quomodo bursarii, redditis ipsorum computis, tenentur claves officiorum suorum Custodi liberare et tradere.*

Et, quoniam in tanto ministerio dictis bursariis commisso ipsorum fidelitas, sollicitudo et industria, summe sint necessaria, volumus, quod, reddito computo eorundem, statim sine mora aliqua retradant et reddant claves cistarum prædictarum, et aliarum custodiarum quarumcunque commissarum iisdem, Custodi nostri collegii prædicti, in signum resignationis et dimissionis officiorum suorum. Decani præterea, cæterique Socii officarii intrinseci omnes et singuli, præter Custodem, suis officiis cedere debeant et etiam teneantur. Quo facto, ad Vicecustodis singulorumque officiariorum hujusmodi futurorum electionem statim procedatur, sicut et prout superius in aliis capitulis ipsorum electionis formam continentibus plenius est expressum. Quod officium vel quæ officia nulli Socio ad hoc deputato liceat refutare. Statuentes, præterea, quod nulli Sociorum dictorum duo officia de officiis supradictis simul et semel quomodolibet committantur.

Bursars to resign the keys of their office after rendering their account.

Retirement of other officers.

None to refuse an office, nor to hold two offices.

R. 58.—*De indenturis computorum in computo fiendis in custodia Vicecustodis et bursariorum remanere debentibus.*

In his autem ratiociniis complete audiendis ac etiam decidendis, volumus quod tanta adhibeatur diligentia ut, post completionem totalis computi, vel in ipsorum computorum diebus, fiant duæ indenturæ summariæ de statu ipsius collegii et de toto residuo remanente, quarum una penes Vicecustodem, qui pro tempore fuerit, remaneat, alia vero in dicta archa communi dicti collegii reponatur; copiasque omnium computorum, ballivorum et ministrorum prædictorum, singulis annis penes se retineant dicti bursarii, qui pro tempore fuerint; illaque necnon et omnia memoranda, ac etiam transcripta omnium placitorum, munimentorum et memorandorum, ipsum collegium, statum aut jura ejusdem, qualitercunque concernentium, in cistis eorum communibus supradictis salvo reponere et fideliter custodire, pro diversis vitandis periculis, in perpetuum teneantur. Clericum vero unum de prædictis pro capellæ officio principaliter* deputatum, grammaticæ intendere volumus et scripturæ,

Indentures of the state of the College, and copies of accounts.

* Sic. in MS.—read “deputatis.”

A chapel clerk to learn grammar, in order to copy the accounts, &c.

nisi sufficienter in his fuerit a principio informatus, qui debeat, expensas scribendo, transcribendo et copiando munimenta et memoranda collegii nostri prædicti, præfatis bursariis et pincernæ assistere et parere.

R. 59.—*Quod omnia ministeria dicti collegii fiant per masculos, quantum possint.*

All services to be performed by males.

Cases of exception.

Item statuimus ordinamus et volumus, pro futuris temporibus firmiter observandum, quod singula ministeria dicto collegio nostro et personis ejusdem competentia, præsertim infra septa mansi ejusdem collegii, fiant per masculos et non per mulieres, ut quælibet sinistra suspicio (in quantum fieri poterit) cautius evitetur; nisi sit mapparum et vestimentorum aliorum necessariorum usualium lotrix, quæ per manus alicujus famuli jurati collegio ad hoc deputandi singula recipiat sic lavanda, in defectu lotricis masculi; quam talis ætatis talisque conditionis esse volumus, in quam sinistra suspicio merito cadere non debeat vel haberi. Quem aut quam extra in villa manentem, in fine cujuslibet termini, percipere volumus pro salario, prout dicti bursarii, vel saltem dispensator seu mancipium, cum eodem vel eadem melius poterit concordare.

A servant to carry books to the schools.

Ordinantes, præterea, quod inter alios dicti collegii servientes sit semper unus sufficiens et idoneus ad deferendum libros Sociorum et scholarium ad scholas; quem, horis et temporibus quibus ipsum circa officium suum hujusmodi oportuerit occupari, nolumus mitti ad extra, seu per alia negotia aliquid impedi.

Every Doctor to have his own servant.

Permittimus etiam quod Doctor quilibet dicti nostri collegii, cujuscunque fuerit facultatis, suum proprium servientem infra collegium prædictum habere valeat commorantem, et in aula communi ad mensam famulorum comedentem, suis tamen sumptibus et expensis.

R. 60.—*De scrutiniis seu capitulis ter in anno in collegio celebrandis.*

Scrutinies or chapters to be held thrice in the year.

Fellows to meet in the Chapel.

Præterea, ut singuli actus, singulaque negotia, tam circa spiritualia quam temporalia, collegium nostrum et personas ejusdem concernentes et concernentia, provide magis fiant securiusque procedant, statuimus, ordinamus et volumus, ut ad mandatum Custodis, qui pro tempore fuerit futuris temporibus, ter ad minus in anno, omnes et singuli Socii in capella ipsius, collegii, aliquo die congruo, quo magis absque impedimento studii vel alterius actus scholastici melius fieri poterit, facta prius præmunitione trium dierum, in simul convocentur et conveniant; semel, videlicet, per octo dies vel circiter ante festum Nativitatis Domini, iterumque per octo dies vel circiter ante Pascha, tertio infra octo dies post festum Trans-

lationis Sancti Thomæ. Quibus Custode et Sociis in simul congregatis, primo et ante omnia missam de Sancta Trinitate, in qua dicantur quinque orationes subscriptæ, prima videlicet de Sancta Trinitate, secunda de Sancta Maria, tertia pro salubri statu nostro, dum superstites fuerimus, "Rege, quæsumus," cum illis verbis "Pontificem Fundatorem nostrum," et cum ab hac luce migraverimus loco orationis "Rege quæsumus," dicatur oratio, "Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum, Fundatorem nostrum pontificali," &c., quarta vero pro animabus Regum et Reginarum dictii collegii benefactorum defunctorum, "Inclina Domine aurem tuam," et quinta, "Fidelium Deus omnium conditor," pro animabus patris et matris nostrorum ac omnium fidelium defunctorum, faciant inter se solenniter celebrari. Deinde ordinationes nostras et statuta faciant inter se publice et distincte legi ac etiam recitari: sic quod ordinationes et statuta nostra omnia et singula in dictis tribus scrutiniiis plenarie perlegantur. Quodque nullus dicti collegii Socius a lectura et recitatione hujusmodi, cessante impedimento legitimo, se absentet, sub pœna amissionis comunarum per mensem et robæ suæ per unum annum proximo tunc futurum; ne quis statutorum ipsorum valeat ignorantiam prætereundere vel causari. Deinde fiat scrutinium et examinatio per Custodem, seu ipso absente vel alias impedito per Vicecustodem, melioribus modo et forma quibus Custodi seu Vicecustodi prædicto melius videbitur faciendum.

Prayers.

Statutes to be read.

Penalty for absence while the statutes are read.

Et, ut omnia absque suspitione procedant, volumus et etiam ordinamus quod, si examinador prædictus theologus fuerit vel artista, Socius alius jurista graduatus, quem dictus examinador duxerit assumendum, sibi assistat in singulis scrutiniiis supradictis. Si vero examinador hujusmodi jurista existat, tunc modo consimili theologum vel artistam per ipsum assumi volumus et adjungi eidem. Inhibentes iisdem ne quisquam ipsorum nomina personarum detegentium seu deponentium coram iis in scrutiniiis prædictis quovismodo revelet, sub eorum debito præstiti juramenti. In quo scrutinio de singulorum scholarium et Sociorum vita, conversatione et moribus, conditionibus, profectuque studii scholastici in scientiis et facultatibus quibus intendunt, observationeque statutorum et ordinationum nostrarum, necnon de omnibus quæ in ipso collegio vel personis ejusdem correctione aut reformatione indigent, cautius et diligentius inquiratur, atque ibidem, secundum quod per inquisitionem repertum fuerit, corrigenda corrigantur, necnon et excessus delinquentium pro modo et quantitate delicti, secundum statuta et ordinationes nostras prædictas, nisi prius correcti et puniti fuerint, animadversione condigna plectantur.

Mode of proceeding in the scrutiny.

Matters for inquiry.

In his insuper scrutiniiis sive capitulis diligens habeatur tractatus communis de et super ordinandis et reformandis

Orders and reforms to be debated on.

omnibus et singulis quæ circa spiritualia et temporalia collegii nostri expedienda, tam infra quam extra, occurrent seu utilia videbuntur.

Chapters may be prorogued successive days.

Et, si ad perficienda præmissa trium scrutiniolorum seu capitulorum hujusmodi non sufficiant primi dies, ipsa continuari et prorogari volumus ad dies ulteriores proximo tunc sequentes, vel alios competentes, prout rerum et negotiorum necessitas ac collegii utilitas id exposcent. Ita quod omnes ordinationes et statuta nostra prædicta in dictis tribus scrutiniis complete legantur et ab omnibus Sociis supradictis plenarie audiantur.

Offences to be punished within three days after conviction.

Item statuimus, ordinamus et volumus, quod correctiones, punitiones et reformationes quæcunque, omnium et singulorum criminum, excessuum, transgressionum, defectuum et etiam delictorum, per quoscunque scholares vel Socios dicti collegii commissorum, quam citius fieri poterit, infra tres dies continuos, postquam ipsa comperta fuerint vel delata, seu alias de ipsis legitime constiterit, juxta omnem vim, formam et effectum, statutorum et ordinationum ipsius nostri collegii, absque dilatione ulteriori fiant debite, sicut decet. Nisi forsitan, propter Custodis vel personæ delinquentis aut alterius cujuscunque ad hujusmodi correctionem punitionem, et reformationem, juxta ordinationes et statuta nostra prædicta requisiti, absentiam, vel propter aliam causam urgentem, utilem vel necessariam, correctiones, punitiones et reformationes hujusmodi, fuerint merito differendæ seu etiam prorogandæ, vel dilationes expetant longiores. et tunc quam citius fieri poterit absque dilatione quacunque.

Cases of exception.

Statute to be read to the offender.

Quodque, in correctionibus et punitionibus hujusmodi de quibus in nostris ordinationibus et statutis fit mentio specialis, coram Socio vel scholari puniendo, antequam puniatur, legantur statuta et capitula in quibus fit mentio de excessu, crimine vel delicto, pro quo fiet punitio delinquentis. Si vero in nostris hujusmodi ordinationibus et statutis de excessu, crimine, vel delicto, aut pœna delinquentis, specialiter cautum non existat, tunc correctionem et punitionem hujusmodi, juxta arbitrium illius vel illorum ad quem seu quos ipsa correctio seu punitio, juxta nostras ordinationes et statuta, noscitur pertinere, fieri volumus, statuimus ac etiam ordinamus.

Power to punish for offences not mentioned in statutes.

Against defending one accused of an offence.

Statuentes ulterius, ac etiam ordinantes, quod nullus Sociorum vel scholarium, cujuscunque scientiæ seu facultatis existat, alium ejusdem collegii Socium vel scholare de aliquo crimine, excessu vel delicto, coram Custode vel Vicecustode, aut Decanis impetitur, delatum aut accusatum, tueatur, defendat, manuteneat, vel eidem assistat consilio, verbo vel facto, aut pro ipso aliquo aliter alleget, quo minus ipsius delinquentis debita correctio seu punitio fieri valeat juxta, exigentiam ordinationum et statutorum nostrorum, ne ipsa correctio

retardetur vel alias differatur, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro collegio memorato.

Statuentes, præterea, quod nullus Socius vel scholaris dicti nostri collegii, super criminibus, excessibus vel delictis, detectus vel delatus, copiam compertorum et detectorum sibi tradi, edi, dari aut liberari, aut nomina detegentium vel denuntiantium sibi exponi; petat neque ipsa comperta et detecta, aut nomina, tradantur eidem, sed super compertis et detectis hujusmodi personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat, juxta nostrarum ordinationum et statutorum exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis, et aliis juris et facti remediis, per quas seu quæ ipsius Socii vel scholaris correctio et punitio differri valeant seu alias quomodolibet impediri. sub pœna amotionis perpetuæ a nostro collegio memorato. Statuentes, insuper, quod quilibet dicti nostri collegii Socius omnes nostras ordinationes et statuta ejusdem collegii, ad minus semel singulis annis, cum bona diligentia ac deliberatione matura per se legat et ad intelligendum eadem animum et diligentiam apponat; vel quod tres vel quatuor Socii, secundum quod ad invicem in cameris collocantur, prædicta ordinationes et statuta permixtim, vicissim et alternatim, legant, audiant et auscultent, sub pœna dimidiæ marcæ sterlingorum, communis Sociorum et scholarium dicti collegii applicandæ. Ad quam quidem pœnam subeundam quemlibet dicti collegii Socium culpabilem in hoc casu arctari volumus et astringi, ne Socii dicti collegii, propter ignorantiam statutorum hujusmodi, de facili perjurii reatum incurrant, aut ignorantiam causari valeant in iisdem. De qua quidem lectura fiat specialis inquisitio a quolibet Socio in singulis scrutiniis supradictis, sub ipsius debito præstiti juramenti.

The accused not to have a copy of the charges against him.

Nor power of appeal.

Every Fellow to read the statutes once a year.

Penalty.

R. 61.—*De libris collegii conservandis et non alienandis.*

Item volumus ordinamus et statuimus, quod annis singulis semel coram Custode et omnibus dicti collegii Sociis, vel majore parte ipsorum tunc in dicta Universitate præsentibus, necnon quolibet termino semel coram Custode seu Vicecustode, Decanis et bursariis, ostendantur realiter visibiliter et distincte, omnes libri capellæ et omnes alii libri dicti collegii, quos ex nostra liberalitate, seu aliorum fidelium pia largitione vel legato, seu de ipsorum emptione vel provisione alia, habent et eos habere contigerit in futurum; ut sic apparere poterit si aliquis liber dicti collegii perditus fuerit, subtractus, distractus vel deturpatus.

Yearly examination of the books.

Volumus etiam et statuimus quod nullus liber dicti collegii ullo unquam tempore vendatur, donetur, permutetur vel impignoretur, seu alio quovis alienetur titulo vel colore, nec alicui alteri quam de collegio commodetur, nec alicui de collegio nec extra quaternatim tradatur pro copia extra col-

No book to be sold, lent, or given away.

Not to be
taken out of
College.

Loan of books
to Fellows and
Scholars.

Books to be
chained in the
Library.

The will of
Donors to be
observed, re-
specting books,
etc., given by
them.

Keys of the
door of the
Library.

Custody of the
original books
of statutes for
Oxford and
Winchester.

legium describenda, nec per Custodem vel aliquem alium ducatur vel portetur extra collegium prædictum, nisi ad scholas: ita quod nullus liber de nocte remaneat extra collegium prædictum, nisi aliquis liber fuerit ligandus vel necessario emendandus, quo casu citius quo fieri poterit et absque mora ligetur et etiam emendetur, ac cum ligatus et emendatus fuerit, ad collegium prædictum illico reportetur.

Permittimus, tamen, quod libri cujuscunque facultatis scholaribus et Sociis collegii indigentibus, ad eorum peculiarem usum, annuatim per modum novæ electionis poterint commodari, dum tamen non portentur extra collegium, nisi ut superius est expressum; præter libros textuales juris civilis, quos civilistis, ac libros textuales juris canonici, quos canonistis, ad usum ipsorum pro toto tempore quo dictis facultatibus in nostro collegio prædicto insistent, si tales libros de propriis non habuerint, per Custodem et seniore Decanum juristam statuimus et volumus liberari. Ita tamen quod duo libri ejusdem generis sive apparatus uni personæ in forma prædicta nullatenus liberentur. Reliquos autem libros textuales, si qui remanserint, ac etiam glossas sive scripta Doctorum juris canonici et civilis, personis facultatum ipsarum per modum novæ electionis annuæ (ut in cæteris facultatibus) commodentur. Cæteros vero libros ultra sortem Sociorum remanentes volumus in libraria communi cum catenis ferreis colligatos, ad Sociorum communem usum, continue remanere.

Statuentes, insuper, quod in omni donatione librorum seu aliarum rerum quarumcunque inter vivos sive in ultima voluntate præfato collegio facienda, donatorum hujusmodi voluntas et dispositio in hoc casu in omnibus observantur, sic quod proprietates et dominium librorum et rerum hujusmodi penes dictum collegium perpetuo remaneant et consistant.

Statuentes, præterea, quod in ostio domus dictæ librariæ sint duæ magnæ seruræ habentes duas diversas claves, quarum unam Decanus senior alteram vero bursarius senior custodiant continue ac fideliter, sicut decet. Tertia serura (*clickett* vulgariter nuncupata) ponatur etiam in ostio supradicto, de qua serura quilibet Socius dicti nostri collegii habeat clavem unam. Quod quidem ostium singulis noctibus serari volumus cum omnibus tribus clavibus supradictis.

R. 62.—*De custodia Librorum statutorum collegiorum Oxoniæ ac prope Wintoniam.*

Statuimus, ordinamus et volumus, quod originalis liber integer ordinationum et statutorum nostrorum collegii nostri prædicti, necnon liber statutorum collegii nostri prope Wintoniam, sufficienter ligati et cooperti decenter, cum nostro pontificali sigillo iisdem, una cum impressione sigilli nostri

privati, in dorso eorundem appenso, in quadam cista et una camera thesaurariæ ad hoc dispositis repositi, sub salva et secura custodia cum aliis reponendis ibidem fideliter conserventur. Quarum quidem ordinationum et statutorum omnium prædictorum veram copiam in camera librariæ dicti collegii reponi volumus et etiam remanere, ut ad ipsam inspiciendam, legendam et intelligendam, Socii et scholares dicti collegii, pro informatione ipsorum, necnon ut ipsi ordinationes et statuta prædicta melius scire et observare valeant, ut tenentur, sine difficultate quacunque, quoties opus fuerit, accessum habere poterint, sicut decet.

A copy of the statutes to remain in the library.

Et ad anputandam omnem dissensionis materiam, et ad tollendas occasiones discordiæ et controversiæ cujuscunque, removendum scandala et evitandum pericula, quæ circa verum intellectum ordinationum et statutorum nostrorum hujusmodi exprimendum ex opinionibus variis hominum minus utiliter et nimis forsân subtiliter sentientium verisimiliter possint evenire, statuimus et etiam ordinamus inlibendo expresse ne Custos, Vicecustos, Socius, scholaris, presbyter vel clericus, aut quivis alius dicti nostri collegii, cujuscunque status, gradus seu conditionis, existat, communiter vel divisim, dicta statuta et ordinationes, vel aliquod capitulum eorundem, alicui personæ extraneæ ostendant, seu copiam, transumptum vel transcriptum, statutorum et ordinationum nostrorum, seu alicujus capituli eorundem, alicui faciant, seu quomodolibet fieri faciant vel procurent, vel quantum in iis fuerit permittant fieri quovismodo; nisi propter necessariam defensionem ipsorum, aut ex alia causa necessaria vel utili per majorem et seniore partem Sociorum collegii, quorum decem de facultate juris civilis et canonici existant, approbanda, id, necessitate cogente vel utilitate poscente, fieri oportebit.

Prohibition against showing or giving a copy of statutes to strangers.

Si vero Socius vel scholaris dicti nostri collegii contra præmissa vel eorum aliquod quicquam fecerit, et super hoc convictus fuerit, ab ipso nostro collegio perpetuo sit exclusus. Si autem Custos fuerit, medietate portionis suæ, quam de ipso nostro collegio esset alias percepturus, illo anno quo deliquerit, præsentis vigore statuti, omnino careat ipso facto.

Penalty.

R. 63.—*De saltibus, luctationibus et aliis ludis inordinatis, in capella vel aula non fiendis.*

Item, quia in intermedio capitali sive transversali muro capellæ nostri collegii supradicti quidam murus lapideus inter ipsam capellam et aulam ipsius collegii mediare noscitur ac etiam separare, imago sanctissimæ ac individuae Trinitatis, patibulum sanctæ Crucis cum imagine crucifixi, beatissimæ Mariæ Virginis, sanctorumque aliorum plurium imagines, sculpturæ, fenestræ vitreæ, ac picturæ variæ, nonnullaque alia opera

Against throwing stones, and violent games, likely to injure the chapel or hall.

sumptuosâ ad Dei laudem, gloriam et honorem, ipsiusque matris prædictæ, subtiliter fabricata variisque coloribus perornata, ex parte dictæ capellæ devotissime situantur et multifarie collocantur; quæ quidem crux et imagines, sculpturæ, fenestræ vitreæ, picturæ, ac alia opera supradicta, ex imperitia, inadvertentia et insolentia, diversorum Sociorum et scholarium, aliarum etiam personarum, per diversos jactus lapidum, pilarum vel aliarum rerum, ad parietem memoratum in parte aulae prædictæ, vel per saltus, luctationes, aliosve incautos vel inordinatos ludos, in aula vel in capella ipsa forsân fiendos, de facili et casualiter ac verisimiliter lædi poterint, deturpari, amoveri, frangi, cancellari seu alias damnificari, dictus quoque murus in parte vel in toto deterior fieri vel etiam debilitari: Nos vero imaginum, sculpturarum, fenestrarum et operum prædictorum, indemnitati prospicere cupientes, jactus lapidum et pilarum, necnon rerum quarumlibet aliarum ad parietem memoratum, saltus insuper, luctationes; aliosque incautos et inordinatos ludos quoscunque, in capella vel aula prædicta ullo unquam tempore fieri districtius prohibemus, per quæ vel eorum aliquod imaginibus, sculpturis, fenestris vitreis, picturis vel aliis sumptuosis operibus supradictis, seu præfato parieti capitali in sui compositione vel fabrica, in materia vel in forma, damnum inferri poterit quomodolibet vel jactura.

Prohibition of dances and games in the hall, likely to disturb those in the rooms underneath.

Item, quia subtus aulam prædictam, quæ in modum solarii desuper terram elevata et ædificata consistit, plures diversæ cameræ ordinantur, in quibus scholares vel Socii dicti nostri collegii, necnon sacerdotes, clerici et ministri, et alii in capella ipsius collegii servire debentes, morari, jacere, quiescere, ac etiam studere debebunt; qui per luctationes, choræas, tripudia, saltus, cantus, clamores, tumultus et strepitus inordinatos, aquarum, cervisiæ, aliorumque liquorum omnium, effusiones, ludosque tumultuosos, in aula ipsa forsân fiendos, ab ipsorum studio, dormitione, tranquillitate, requie ac quiete, de facili ac verisimiliter poterunt impediri, et alias in libris, vestibis aliisque rebus suis, damna gravia sustinere: Nos vero, ipsorum utilitati pariter et quieti prospicere cupientes, omnes hujusmodi luctationes, choræas, tripudia, saltus, cantus, clamores, tumultus et strepitus inordinatos, aquarum, cervisiæ, aliorumque liquorum omnium, effusiones, ludos quoque tumultuosos et alias insolentias quascunque, in aula vel capella prædicto ullo unquam tempore fieri districtius prohibemus, per quæ vel eorum aliquod præfati studentes, sacerdotes, et alii in dictis cameris commorantes, ab ipsorum studio, dormitione, tranquillitate, requie vel quiete, quomodolibet poterint impediri, seu alias in libris, vestibis, aliisque rebus suis, damnum sustineant vel gravamen, seu per quæ aula ipsa in ipsius ornatu vel fabrica, deorsum vel superius, intra vel extra, in aliqua sui parte deturpetur, læsionemve seu damnum aliquod patiatur.

Et, si quis in præmissis vel aliquo præmissorum culpabilis inventus fuerit, pro damno per illum illato satisfaciat competenter; et nihilominus, ut pœna unius sit metus multorum, per subtractionem communarum suarum, vel alias juxta discretionem et ordinationem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et sex aliorum Sociorum seniorum dicti collegii, juxta quantitatem excessus, acriter puniatur sine favore quocunque. Penalty.

R. 61.—*Quod non fiat acceptio personarum per aliquem in collegio.*

Item, quia in lege divina noscitur esse scriptum, “Ita magnum judicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum,” statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos, Vicecustos, Decani et bursarii, senescallus, et cæteri dicti collegii Oxoniæ officarii et ministri, scholaresque et Socii universi, cujuscunque gradus, status vel conditionis, existant, absque personarum, scientiarum et facultatum, generis aut patriæ, acceptione quacunque, se invicem diligant mutua et debita charitate, ac tam in gubernationis et regiminis rectitudine quam victualium ac bonæ doctrinæ mutuaque vicissitudinis exhibitione libera, cæterisque omnibus pertinentibus ad eosdem, absque partialitate quacunque se indifferentes exhibeant et ostendant, ac secundum quod decet æqualiter ac amicabiliter in omnibus se pertractent. Inhibentes insuper Custodi, Vicecustodi, Decanis, bursariis, senescallo, et cæteris dicti collegii superioribus quibuscunque, ac scholaribus et Sociis ejusdem, ne quisquam ipsorum personarum, scientiarum aut facultatum, quomodolibet sit acceptor, neque scholaribus vel Sociis dicti collegii in aliqua scientiarum seu facultatum studentibus, occasione ipsius scientiæ seu facultatis, in qua sic studuerint, plusquam Sociis aliis vel scholaribus in scientiis aliis vel facultatibus studentibus, in his quæ collegii ordinationes et statuta ipsorumque executionem concernunt, favens aut partialis existat, seu partem pro aliquo aliquid se faciat, nec, contra charitatis et fraternitatis amorem, gravamina vel molestias inferat quovismodo.

Against partiality and favor of individuals.

Et nihilominus eosdem Custodem, Vicecustodem, Decanos, bursarios, senescallum, et superiores omnes et singulos, qui pro tempore fuerint, in virtute ac sub debito juramento dicto nostro collegio præstiti per eosdem, acetiùs oneramus, ut [ipsi] et eorum quilibet, quantum in iis vel eorum aliquo fuerit, correctiones, punitiones, reformationes debitas, veras, rationabiles, atque justas, de quibuscunque transgressionibus, delictis, criminibus, excessibus, scholarium et Sociorum dicti collegii quoviscunque, quoties, ubi et quando, ac prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, vimque, formam et effectum, ordinationum et statutorum nostrorum præsentium, absque partialitate qua-

cunque, postpositis etiam ac cessantibus omnimodis prece, pretio, amore, timore, odio, invidia et favore, necnon affectionibus consanguinitatis vel affinitatis, facultatis et scientiæ, necnon prærogativis specialibus, ex quibuscunque causis prætensis etiam vel conceptis, diligenter et indifferenter faciant et exercent, et ea quæ in ea parte pro commodo, utilitate, tranquillitate, fraterna pace, mutua charitate, et honore dicti nostri collegii, facienda fuerint, fideliter in omnibus exequantur.

R. 65.—*De portis et ostiis dicti collegii statutis temporibus claudendis et serandis.*

Of closing the great gate.

Statuimus præterea, ordinamus et volumus, quod magna et principalis porta dicti nostri collegii occidentalis, et etiam minuta porta in eadem, et similiter exterior porta ibidem, quolibet die statim post solis occasum claudantur firmiter et serentur, et sic clausæ et seratæ permaneant usque ad auroram diei sequentis.

The eastern gate of the quadrangle.

Orientalis vero porta quadrati dicti collegii singulis noctibus statim post unam horam a solis occasu consimiliter claudatur, et clausa maneat usque mane, nisi ex causa evidenter necessaria, utili et honesta, per Custodem vel Vicecustodem, Decanos et bursarios, in ipsius Custodis et Vicecustodis absentia, approbanda, eas medio tempore non claudi contigerit vel etiam aperiri. Quarum portarum claves in custodia Custodis cum præsens fuerit, et in ipsius absentia Vicecustodis, aut in ipsius Vicecustodis absentia vel defectu in custodia, singulis noctibus in perpetuum, existant bursarii senioris in collegio tunc præsentis.

The gate without the quadrangle, near the Church of St. Peter in the East.

Et quod porta illa quæ stat extra quadratum dicti nostri collegii, juxta ecclesiam Sancti Petri in oriente et aulam collegii Reginiæ versus austrum, maneat semper clausa et tribus seruris serata, nisi cum Major et ballivi villæ Oxoniæ semel de triennio in triennium pro muris dicti collegii supervidendis, et cum communitas villæ prædictæ per eandem portam tempore guerræ ad villam prædictam ab hostibus cum indigerit defendendam, debeant introire, juxta vim, formam et effectum, compositionis et literarum patentium domini nostri Regis confectarum plenius in hac parte, et nisi cum mœrennium, petræ, seu alia necessaria vel utilia pro novis ædificiis, vel pro reparatione seu emendatione domorum et murorum dicti collegii faciendis, seu cum victualia et alia necessaria vel utilia quæcunque, quæ omnino per caretas infra collegium prædictum ad opus ejusdem per prædictam portam oportebit necessario cariari. Cujus quidem portæ unam clavem habebit Custos vel Vicecustos, Decanus simpliciter junior aliam, tertiam vero clavem custodiat bursarius simpliciter junior.

Inhibentes expresse ne aliquis dicti nostri collegii Socius, vel

scholaris, clericus, serviens vel minister vel laicus, cujuscunque status vel conditionis existat, ullo unquam tempore exeat vel introeat per portam eandem, absque consensu dictarum personarum et ex causa evidenter necessaria vel rationabili, per eandem (ut convenit) approbanda.

Statuentes, præterea, quod ostia in fine magnæ aulæ quæ ducunt ad coquinam, panetrium, cellarium et butleriam, quolibet die statim post ultimam generalem potationem Sociorum et scholarium, claudantur et serentur tribus seruris, et sic clausa maneant et serata usque mane.

Doors in the great hall.

Quodque ostium vestibuli quod ducit ad aream vacuum inter capellam et murum borealem villæ Oxoniæ, statim post completorium dictum in capella claudatur et seretur, et sic clausum maneat usque post ortum solis. Et quod ostia in fine aulæ [et capellæ] per quæ quis poterit ascendere ad ostia thesaurariæ, ac supra tectum capellæ et aulæ, tam superius quam inferius, claudantur et serentur, quodlibet, videlicet, ostium tribus seruris, et sic clausa semper permaneant, nisi ex causa evidenti, necessaria, utili vel honesta, ipsa contigerit aperiri: quorum ostiorum claves in custodia Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, semper existant. Ita quod per prædicta ostia nulli pateat exitus nec introitus, nisi de ipsorum voluntate ac ex alia causa superius recitata.

Other doors.

Et, quia ad reparationem et sustentationem interioris muri, turrium et turrellorum, villæ Oxoniæ, a loco ex opposito cujusdam aulæ jam vocatæ Scheld-hall usque ad antiquum porticum juxta portam orientalem villæ prædictæ in perpetuum astricti existitis et efficaciter obligati, sicut et prout in quadam indentura inde confecta plenius continetur, statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos, Vicecustos, unus de Decanis, et unus de bursariis dicti nostri collegii Oxoniæ, qui pro tempore fuerint, quater singulis annis, semel, videlicet, quolibet anni quarterio in perpetuum, murum, turres et turrellos prædictos, cum magna maturitate et deliberatione provida, tam intra quam extra murum prædictum, supervideant diligenter, necnon defectus quoscunque pro tempore imminentes, pro utilitate dicti collegii reparandos, absque moræ dispendio infra eundem annum faciant effectualiter ac debite reparari, ad evitandum damna gravia et quasi importabilia, quæ alias in ea parte præfato nostro collegio verisimiliter poterunt evenire.

Respecting the maintenance of a portion of the inner town wall.

R. 66.—*Quod Socii perpetui non transferant se ad alia collegia sæcularium scholarium clericorum infra regnum Angliæ; et de poenis delinquentium contra ipsum articulum vel articulos alios elicitos de statutis et ordinationibus antedictis, seu contravenientium iisdem statutis vel articulis quovismodo.*

Quoniam ea, quæ ad honorem Dei et utilitatem communem pia intentione hominum rationabiliter instituta nascuntur, ea

Observations
respecting the
purposes of the
Foundation.

deceat et convenit stabilitate firmari, ut processu temporis nullius valeant molestatione turbari, aut nimia levitate contemni; cum itaque nostrum præfatum collegium Oxoniæ ad honorem Dei, beatissimæ Mariæ Virginis matris suæ, cleri ac divini cultus, facultatum et liberalium scientiarum augmentum, pro animabus quoque dignæ recolendæ memoriæ domini Edwardi tertii, nuper Regis Angliæ, dominæ Philippæ dudum Reginae Angliæ, consortis suæ, et domini Edwardi, ipsorum primogeniti, Principis Aquitaniæ et Walliæ, quorum memoria dignis in Domino laudibus et omnibus sæculis merito recolenda, pro salubri etiam statu illustrissimi principis domini nostri, domini Richardi, Regis Angliæ secundi, serenissimæ dominæ dominæ Annæ, jam Reginae Angliæ, consortis ejusdem, ac pro salute nostra [dum fuerint et fuerimus in hac vita, et pro animabus ipsorum et nostra] cum subtracti fuerint vel fuerimus ab hac luce, necnon pro animabus patris et matris nostrorum omniumque fidelium defunctorum, fundatum existat, per Dei gratiam perpetuo duraturum eumque ad perficiendum numerum septuaginta scholarium clericorum ipsius collegii per nos superius limitatum, non jam doctos, literatos aut divites, vel in artibus instructos viros, ut alibi plerumque conspicimus, verum illos solummodo et duntaxat qui quasi a cunabulis, id est ab ipsorum pueritia, prius in collegio nostro prope civitatem Wintoniæ, quod etiam ex hac causa instituimus et fundavimus, de nostra eleemosyna continue vivere, necnon grammaticalibus rudimentis insistere et institui [ac instrui] debeant, imbecilles scilicet pauperes indigentes scholares, et, ut sæculi more loquamur, vitam ipsorum inopem verisimiliter defendere non valentes, perpetuis futuris temporibus, eligi ordinavimus et assumi, quique in ipsorum omnium juventute, et usque ad eorum senectam et senium, facultatibus et liberalibus scientiis insistendo, duobus nostris collegiis supradictis de nostra eleemosyna debebunt vivere ac etiam sustentari: Ne igitur nostrum collegium Oxoniæ, quod utique viris perfectis literatis, provecctis, circumspectis, solidis et discretis, ad sui ipsius regimen successivis temporibus indigebit, propter carentiam virorum hujusmodi, vel personarum ejusdem ingratitude, aut inconsultum seu nimiam levitatem seu alias, se ad aliud collegium transferendo, ac sic ejusdem nostri collegii matris et educatricis ipsorum honori, quem procurare in omnibus tenerentur, non modice detrahendo, in spiritualibus vel temporalibus damnum, opprobrium, scandalum patiatur quomodolibet vel jacturam; et ne (quod absit) ipsum nostrum collegium processu temporum contingat viris hujusmodi contra nostræ intentionis propositum destitui et fraudari; prohibemus, et prohibendo statuimus, volumus et etiam ordinamus, quod nullus dicti collegii nostri Oxoniæ, postquam in verum et perpetuum ejusdem Socium sit admissus, ad aliud collegium sæculare scholarium clericorum quodcumque in Uni-

Prohibition
against a Fel-
low transfer-
ring himself to
another Col-
lege.

versitate, et studio aliquo generali præsentis vel futuro infra regnum Angliæ, per viam assumptionis, electionis, nominationis, præfectionis, admissionis, aut alias qualitercunque, ut eidem collegio aggregetur, transeat vel se transferat quovismodo, vel ut sic transferatur insistas etiam vel procuret per se, alium, vel alios, quomodolibet in futurum. Nec quamvis scienter vel ignoranter ad aliud hujusmodi eligatur collegium, nominetur, assumatur, admittatur, seu præficiatur in eodem, electioni, nominationi, assumptioni, præfectioni vel admissioni hujusmodi, consentiat ullo modo.

¶ Nolumus tamen per præmissa quemvis dicti nostri collegii Socium ab ipso collegio recedentem, non tamen intentione fraudulenta, ut ad aliud collegium transferatur, quin post lapsum septennii a tempore recessus sui, et non ante, ut omnis in hac parte fraus penitus excludatur, ad aliud collegium eligi libere valeat et assumi quomodolibet prohibere. Intentionem autem Socii hujusmodi recedentis eo ipso absque probatione alia quacunque reputari, censi et haberi, volumus et statuimus fraudulentam, ipsumque taliter recedentem dicti collegii nostri temerarium desertorem, si infra septennium a tempore recessus sui hujusmodi a nostro collegio memorato ad aliud hujusmodi collegium transeat vel se transferat quovismodo; quem taliter recedentem subdole transferri ad aliud collegium hujusmodi vel transire in perpetuum prohibemus.

Unless after seven years from the time of his leaving this College.

¶ Per præmissa tamen non intendimus prohibere, quin Socii collegii nostri Oxoniæ quicumque ad regimen et custodiam perpetuam alterius collegii cujuscunque, absque sua vel alterius procuracione illicita, eligi valeant præfici et assumi.

Exception in favour of Fellows elected to preside over other Colleges.

¶ Si quis vero hujus nostræ ordinationis et statuti transgressor extiterit, ne de tanta sua præsumpta malitia gloriètur, præter pœnam perjurii, quam ipsum incurrrere volumus ipso facto, ad restitutionem et resolutionem realem omnium et singulorum per ipsum, postquam in scholarem dicti collegii nostri primo admissus fuerit, ab ipso collegio nostro perceptorum, præsentis nostræ ordinationis et statuti vigore, ipsi collegio firmiter obligatus existat: quem insuper, si, postquam in verum et perpetuum dicti nostri collegii Socium sit admissus, ad aliud hujusmodi collegium realiter transeat vel se transferat quovismodo, ut ingratorum præmium filiorum qui propriam contemnentes matrem, cujus ab uberibus primo potum lacteum, quo tenera ipsorum nutriebatur infantia, et successive cibum solidum, quo in hominem jam transirent perfectum, tam moraliter quam corporaliter susceperunt, acquirat, et veluti maternæ dulcedinis obliviscens acriori verbere flagelietur, ac contritione duplici coneratur, ad pœnas et solutiones infrascriptas, sicut et prout inferius continetur, statuimus, ordinamus et volumus, teneri firmiter et effectualiter obligari.

Penalties.

Quamobrem, etsi omnes et singulas ordinationes nostras et statuta quæcunque per nos edita et edenda velimus ab omnibus et singulis Custodibus, Sociis et scholaribus, nostri collegii supradicti, qui pro tempore fuerint, quatenus ipsos communiter vel divisim concernunt, et statuerimus etiam sub gravibus certis pœnis firmiter et inviolabiliter observari, præscriptum tamen articulum, necnon certos articulos alios infra-scriptos per nos ab aliis nostris ordinationibus et statutis elicitos, quos ex abundantia habere volumus vim statuti, videlicet, quod, quotiescunque aliqua electio pauperum scholarium clericorum in collegium nostrum Oxoniæ immineat faciendâ ipsa electio omnino fiat in collegio nostro prope civitatem Wintoniæ et non alibi, quovismodo, de personis etiam modoque et forma, sicut et prout in statutis et ordinationibus nostris supra de electione scholarium in hoc casu editis plenius continetur; item, quia per experientiam, rerum magistrâ, comperimus evidenter, quod licet in nonnullis collegiis scholarium clericorum in diversis partibus orbis terrarum diffusis, pia devotione fidelium fundatis, diversarum liberalium artium, scientiarum ac etiam facultatum, necnon scholarium clericorum particulariter studentium in iisdem, certus et determinatus numerus per eorundem collegiorum Fundatores, sicut per nos in nostro jam est collegio, extiterit provide limitatus, hoste tamen antiquo humani generis procurante, processu temporum, ortis dissensionibus, discordiis ac invidiis, inter inibi collegiatos in diversis facultatibus studio insistentes, idem numerus est non mediocriter diminutus, et in aliquibus eorundem omnino sublatus, contra ipsorum fundatorum intentionem et pium propositum in hac parte: ea propter ne (quod absit) in nostro collegio Oxoniæ illud idem inconveniens accidat vel continget, statuimus, ordinamus et volumus, ac etiam statuendo inhibemus expresse, ne Custos, Socii vel scholares, nostri collegii supra dicti, qui pro tempore fuerint, vel postquam recesserint, ab eodem, collegialiter, communiter vel divisim, ordinationes statutarie aliqua edant, statuunt sive condant, edi, statui sive condi, aut quicquam aliud faciant, per se vel alios quovismodo, in diminutionem, mutationem, sublationem vel enervationem, numeri artium scientiarum seu etiam facultatum, vel Sociorum et scholarium in iisdem artibus, scientiis et facultatibus, studere debentium in dicto nostro collegio, vel presbyterorum et clericorum capellæ, per nos superius limitati. Immo dictis Custodi, scholaribus et Sociis, quicquam collegialiter, communiter seu divisim, circa sublationem, enervationem, diminutionem, mutationem seu minorationem, cujuscunque numeri quarumcunque artium, scientiarum seu etiam facultatum, aut studentium in iisdem, vel presbyterorum, dictæ capellæ aut clericorum in dicto nostro collegio, superius limitati, faciendi vel attentandi omnem et omnimodam, tenore

Against the introduction of new statutes, affecting the number of faculties or proportion of students in each, &c.

præsentis statuti nostri, adimimus et interdiciamus potestatem ac etiam facultatem.

Item, quod Custos et Socii vel scholares dicti collegii nostri, qui pro tempore fuerint, vel cum ab eodem recesserint, collegialiter seu communiter vel divisim, ordinationes aliquas vel statuta aliqua, declarationes, interpretationes, mutationes vel expositiones, præsentibus nostris statutis et ordinationibus vel ipsorum plano grammaticali intellectui quomodolibet adversantes vel adversantia, repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, non facient, edent, statuent sive condent, vel aqualiter acceptabunt, nec iis utentur publice vel occulte, directe vel indirecte.

Against founding or accepting statutes contrary to the present code.

Item, quod Custos, scholares vel Socii, dicti nostri collegii, qui pro tempore fuerint, vel cum ab eodem recesserint, collegialiter vel communiter vel divisim, dispensationem, relaxationem aut remissionem aliquam, contra juramenta sua prædicta, vel contra ordinationes aut statuta nostra per nos edita et edenda, seu contra ipsorum aliquod, aut contra aliqua in iisdem contenta, nullatenus impetrabunt, nec prosequendo procurabunt hujusmodi dispensationem, relaxationem aut remissionem, concedi vel fieri quovismodo.

Against accepting dispensation from statutes.

Et si forsam aliquam dispensationem, aut aliquam relaxationem aut remissionem hujusmodi, impetrari vel mero motu concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, vel si generaliter aut specialiter vel alias sub quacunque forma verborum concessa, ipsa non utentur, nec utetur aliquis eorundem, nec eidem consentient seu consentiet ullo modo. Ad perfectionem et stabile firmamentum dicti nostri collegii Oxoniæ ab omnibus et singulis Custodibus et Sociis et scholaribus ejusdem nostri collegii, qui pro tempore fuerint, quatenus eosdem vel eorum quemlibet concernunt et concernent in posterum, arctius et firmitus volumus observari, quo per non usum vel non observationem ipsorum substantia et vis dicti Collegii nostri et nostræ intentionis propositum [citius] verisimiliter enervari poterunt seu etiam annullari, proinde decrevimus eosdem articulos gravioris pænæ adjectione vallari. Idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod si Custos, Socii et scholares, dicti nostri collegii Oxoniæ, qui pro tempore fuerint, collegialiter, communiter vel divisim, eosdem articulos vel eorum aliquem, seu in iisdem contenta eorumve aliquid, in parte vel in toto violaverint, infregerint, aut iisdem quomodolibet contraverint, seu etiam, postquam ab eodem collegio recesserint, quicquam in enervationem vel annullationem statutorum, ordinationum sive articulorum ipsorum, fecerint aut realiter attentaverint, fecerit aut attentaverit aliquis eorundem, viginti libras sterlingorum domino nostro Regi, viginti libras sterlingorum domino Archiepiscopo Cantuariensi, viginti libras sterlingorum domino Episcopo Wintoniensi, et quadraginta libras ster-

Penalties for violations of the particular statutes mentioned above.

lingorum Custodi et collegio Oxoniæ supradictis, nomine pœnæ eo ipso persolvere teneantur, et teneatur persolvere eorum quilibet in hoc casu delinquens. Et ad dictæ pecuniæ summæ solutionem, ut præmittitur, in casibus supradictis fideliter faciendam, præsentis nostræ ordinationis et statuti vigore, quilibet Custos, Socius et scholaris, hujusmodi culpabilis eo ipso obligatus existat, pœnis aliis in aliis nostris ordinationibus et statutis superius irrogatis, necnon articulis supradictis, in suo robore nihilominus permansuris.

Warden bound to enforce the penalty.

Warden to be bound to prosecute offenders in the above articles.

The Vice-warden and others to prosecute, if the Warden neglects to act.

Failing these, any of the Founder's kin may prosecute, and claim the fine.

No power to remit prosecution or fine.

Et ad prosequendum et agendum effectualiter contra delinquentes hujusmodi, unum vel plures, in prædictis casibus juxta omnem vim, formam et effectum, præsentis nostræ ordinationis et statuti, quemlibet dicti nostri collegii Custodem (si ipse Custos in ea parte culpabilis non existat) pro summa pecuniæ dictum collegium contingente, et quatenus ad ipsum et dictum collegium pertinuerit, aretari volumus sub ipsius debito superius præstiti juramenti.

Si vero dictus Custos contra præmissos articulos vel eorum aliquem deliquerit, actionem et prosecutionem hujusmodi ad Vicecustodem, et in ipsius Vicecustodis defectu, vel si ipse reus fuerit in præmissis, tunc ad Decanos ejusdem collegii et eorum quemlibet. et in ipsorum Decanorum vel alicujus ipsorum defectu, vel si ipsi deliquerint aut aliquis ipsorum deliquerit in hoc casu, tunc ad cæteros Decanos non delinquentes et eorum quemlibet, necnon ad tres bursarios ejusdem collegii et eorum quemlibet per se, in quorum defectu, vel si ipsi etiam communiter vel divisim deliquerint in hac parte, tunc ad Custodem et collegium collegii nostri prope civitatem Wintoniæ, prosecutionem et actionem hujusmodi volumus et statuimus pertinere.

Et si forsitan per dictos Custodem, Vicecustodem, Decanos, bursarios collegii nostri Oxoniæ, aut per Custodem collegii nostri Wintoniæ, infra unum annum a tempore hujus delicti sive culpæ commissæ continue numerandum, non fuerint versus quemlibet taliter delinquentem actio et prosecutio hujusmodi realiter incepta et continuata debite cum effectu, statuimus, ordinamus et volumus, quod tunc aliquis de nostro sanguine, prosequi volens, prosecutionem et actionem hujusmodi habeat pro recuperatione illius summæ dictos Custodem et collegium Oxoniæ (ut præmittitur) contingentis, in usum suum proprium convertendæ, cui in hoc casu actionem et prosecutionem hujusmodi tenore præsentium concedimus et ad eum volumus pertinere, in quo etiam casu summam hujusmodi recuperandam eidem taliter prosequenti volumus applicari.

Et ne præsens nostrum statutum quoad istum articulum delusorium videatur, ab iisdem omnibus ac singulis actionem et prosecutionem hujusmodi seu summam aliquam in hoc casu debendam quomodolibet remittendi, seu quicquam in præsentis nostræ ordinationis et statuti fraudem, elusionem, aut præju-

dicium attentandi seu etiam faciendi, omnem et omnimodam tenere præsentium adimimus potestatem, ipsisque ac eorum cuilibet tenere præsentium interdiciamus facultatem. Actionibus pro cæteris summis in casibus hujusmodi debendis et etiam recuperandis domino nostro Regi, domino Archiepiscopo, et Episcopo Wintoniæ prædictis, eorum, videlicet, singulis pro suo interesse, in hac parte nihilominus reservatis.

Right in the King, Archbishop, and Bishop of Winchester, to prosecute.

Et ne idem dominus noster Rex, et præfati domini Archiepiscopus et Episcopus Wintonensis, qui pro tempore fuerint, hujusmodi delinquentium inscii et ignari omittant, prætextu ignorantia suæ hujusmodi, prosecui contra eos, sicque delicta hujusmodi remanerent nimis diu vel forsitan perpetuo impunita, statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Custos seu Vicecustos, aut aliquis de Decanis vel bursariis prædictis, aut ipsorum defectu, Custos collegii nostri prope civitatem Wintoniæ, infra sex menses calendares a tempore quo delicta seu commissa hujusmodi ad ipsius notitiam pervenerint, teneatur; liceat etiam cuicumque de nostro sanguine ac genere pro tempore existenti; personas hujusmodi sic delinquentes, necnon delicta per ipsas vel eorum aliquam sic commissa præfato domino Regi ipsiusque Cancellario, Thesaurario, Custodi privati sigilli, Custodi rotulorum in cancellaria, et baronibus de Scaccario domini Regis, et ad minus duabus aliis majoribus personis de Concilio domini Regis nostri, dominis Archiepiscopo et Episcopo Wintoniensi supradictis, nuntiare ac etiam intimare: ad quod faciendum ipsos Custodem, Vicecustodem, Decanos, bursarios, necnon Custodem nostri collegii prope civitatem Wintoniæ, avertari volumus sub ipsorum debito juramenti.

Power to any of Founder's kin to report offences to the King and officers of law.

Et pro eo quod nostræ intentionis non existit quod, propter delictum, crimen, transgressiones vel excessus, singularum personarum dicti collegii, vel per Custodem et Socios quoscunque, communicato consensu totius collegii, contra præmissa vel eorum aliquod perpetrata, res, bona, mobilia, immobilia seu se moventia, catalla, terræ, tenementa, redditus, possessiones spirituales vel temporales, aut beneficia ecclesiastica dicti nostri collegii, nec ipsum collegium, quomodolibet obligari, impeti, arrestari, distringi, seu executionem aliquam fieri in iisdem; statuimus, ordinamus et volumus, quod omnia et singula res, bona, mobilia et immobilia et se moventia, catalla, maneria, terræ, tenementa, redditus, possessiones spirituales et temporales, ac beneficia ecclesiastica quæcunque ipsius nostri Collegii, intacta, non impetita, indemnita et illasa, in omnibus sine onere damno, incommodo et præjudicio quibuslibet, præmissorum intuitu, causa, occasione, colore vel ratione, ipsorum aut alicujus articuli in hoc præsentis statuto et ordinatione contenti, permaneant et in perpetuum conserventur; et quod contra personam culpabilem seu personas culpabiles in præmissis, et bona propria, possessiones et beneficia, eorumdem delinquentium,

College property not to be touched on account of delinquencies of officers.

duntaxat fiat per eos ad quos pertinet executio debita in hac parte.

R. 67.—*De visitatione Episcopi Wintoniensi per se vel per ejus commissarios in dicto collegio facienda.*

Præterea, ne, pro defectu boni regiminis aut non observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum, præfatum nostrum collegium Oxoniæ in spiritualibus vel temporalibus damnum sustineat quomodolibet vel jacturam, aut quod ordinationes et statuta nostra hujusmodi edita et edenda, per abusum vel dissuetudinem eorundem, processu temporis videantur sublata vel neglecta totaliter vel in parte; volumus, quod, sicut reverendi in Christo patres domini Episcopi Wintonienses successores nostri, qui pro tempore fuerint, dicti nostri collegii erunt veri patroni et ut confidimus præcipui protectores, sic ipsius collegii singularumque personarum, possessionum spiritualium et temporalium, jurium, libertatum et privilegiorum ejusdem, supervisorum, et observantiæ ordinationum et statutorum [nostrorum] hujusmodi conservatores, et ipsius collegii visitatores, existant.

Bishops of Winchester to be Visitors.

To hold a visitation personally, or by Commissioners on requisition, or one every two years.

Persons not capable of being Commissioners.

Powers of Visitor.

Idcirco statuimus, ordinamus et volumus, quod liceat domino Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore fuerit, quoties per Custodem ipsius collegii nostri, Vicecustodem, quinque Decanos et tres bursarios, vel per duodecim seniores ejusdem collegii, quorum duo civilistæ et duo canonistæ existant, seu per communem consensum totius collegii, fuerit requisitus, necnon etiam absque requisitione quacunque de biennio in biennium semel, ad præfatum nostrum collegium per se vel suos commissarios speciales, quos ad hoc duxerit deputandos (præterquam per Cancellarium Universitatis Oxoniæ, seu per procuratores Universitatis ejusdem, qui pro tempore fuerint, et præterquam per illos qui ex causa alicujus delicti, criminis vel excessus, a dicto nostro collegio recesserunt, et præterquam per Custodem nostri collegii prædicti et collegiatos inibi vel alibi in Universitate prædicta, et alios studentes in eadem Universitate eodem anno, aut religiosos quoscunque, per quos aut ipsorum aliquem hæc nolumus quomodolibet exerceri) libere accedere, Custodemque ac omnes et singulos scholares et Socios dicti nostri collegii in unum locum infra dictum collegium convocare. Cui quidem reverendo patri et commissariis suis hujusmodi, vigore præsentis nostræ ordinationis et statuti, plenam concedimus potestatem super omnibus et singulis punctis et articulis in nostris ordinationibus et statutis contentis, per Custodem omnesque et singulos Socios et scholares prædictos, etiam si oporteat sub ipsorum juramento coram iis de dicendo plenam et meram veritatem, præstando; si, videlicet, ordinationes et statuta nostra prædicta ab ipsis omnibus, quantum ad eorum singulos pertinuerit, debite executata fuerint et etiam observata, necnon super omnibus et singulis statum, commodum et

honorem, dicti collegii concernentibus, et quæ in dicto collegio et personis ejusdem noverint seu crediderint reformanda, præterquam de occultis, etiam si super his fuerint specialiter requisiti; exactissime inquirendi; excessusque, negligentias, crimina et delicta quorumcunque dicti collegii qualitercunque commissa, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum nostrorum, corrigendi et etiam puniendi, attentataque contra ordinationes et statuta prædicta debite reformandi, cæteraque omnia et singula faciendi, exercendi et etiam expediendi, quæ in præmissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiam si ad privationem et amotionem Custodis, Vicecustodis vel alterius cujuscunque ab administratione sua vel officio suo, seu si ad amotionem alicujus Socii vel scholaris dicti nostri collegii ab eodem nostro collegio, statutis et ordinationibus nostris hujusmodi id exigentibus, procedi contingat. Quos siquidem Custodem, Vicecustodem, Socios et scholares, necnon cæteros ipsius collegii nostri ministros quoscunque, præfatis domino Episcopo et commissariis, de quibus præfertur, quoad omnia et singula præmissa, volumus et præcipimus effectualiter intendere et parere.

Statuentes, insuper, quod nullus, in visitationibus seu scrutiniis faciendis in dicto collegio, contra Custodem aut aliquem alium ipsius collegii Socium vel scholarem quicumque dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox seu fama laboraverit contra eundem, idemque in Custode volumus observari, sub debito ipsorum omnium dicto collegio præstiti juramenti. Per præmissa tamen prædictis successoribus nostris Wintoniensibus Episcopis, eorumve commissariis, quoad alia, quam in præsentis nostro statuto et aliis nostris ordinationibus et statutis contenta, in dicto collegio vel personis ejusdem nullam damus aut concedimus potestatem, sed eam adimimus omnimodo.

Ordinantes, præterea, quod præfatus dominus Episcopus Wintoniensis, qui pro tempore fuerit, cum per se præmissa facere contigerit, decem marcas percipiat; cum vero per commissarios suos unum vel plures, iidem commissarii vel commissarii quinque duntaxat marcas sterlingorum per manus bur-sariorum dicti nostri collegii de bonis ejusdem communibus percipiant et percipiat, pro omnibus expensis et laboribus in hac parte per eosdem vel eorum aliquem apponendis; ita tamen quod dictus Episcopus decem marcarum, ac commissarii seu commissarius quinque marcarum, summam in uno eodemque anno pro actu visitationis hujusmodi non excedant. Præfatorumque reverendorum patrum dominorum Episcoporum Wintoniensium et commissariorum suorum hujusmodi quorumcunque conscientias apud Altissimum arctius oneramus, ut in faciendo et exequendo præmissa, juxta doctrinam Apostoli, non quaerant quæ sua sunt sed quæ Jesu Christi, solumque

Against making false accusations.

Restriction of power of the Bishops of Winchester to matters expressed in the statutes.

Allowance to the Bishop or his Commissioner.

Power of the Bishop.

Deum habentes præ oculis, favore, odio et timore, prece ac pretio, coloribus, occasionibus, et causis postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis, debitæque reformationis officium supradictum diligenter impendant et fideliter in omnibus exequantur, sicut et prout coram Deo in ipsius extremo judicio in hoc casu voluerint reddere rationem.

The Warden not to demand a copy of charges made against him.

Statuentes, insuper, quod Custos dicti collegii super excessibus vel delictis contra eum detectis et delatis in visitationibus vel inquisitionibus per dominum Episcopum Wintoniensem vel ejus commissarios, ut præmittitur, faciendis, copiam compertorum et detectorum hujusmodi sibi tradi, edi, dari aut liberari, aut nomina detegentium et denuntiantium sibi exponi, nullo modo petat, neque ipsa comperta et detecta, aut nomina hujusmodi, tradantur eidem. Sed super iisdem compertis et detectis statim coram domino Episcopo Wintoniensi vel ejus commissariis personaliter respondeat, ac correctionem debitam subeat pro iisdem, juxta nostrarum ordinationum et statutorum exigentiam et tenorem, cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis, et aliis juris et facti remediis, per quas seu quæ ipsius correctio et punitio differri valeat seu alias quomodolibet impediri; nisi ad amotionem officii sui seu privationem beneficii, aut inhabilitationem personæ Custodis prædicti, contra Custodem eundem agatur per dominum Episcopum aut ejus commissarios supradictos. In quibus casibus omnes defensiones legitimas eidem volumus esse salvas, non obstante nostra ordinatione prædicta.

No power of appeal to law, except in case of removal.

R. 68.—*Finis et conclusio omnium statutorum.*

Porro nostris temporibus diligenter inspeximus antiquorum patrum traditiones, et sanctorum regulas varias approbatas, necnon traditionum et regularum ipsarum multiplices professores, sed, quod displicenter referimus, nullicubi nunc ut olim juxta mentem Fundatorum regulas, ordinationes aut statuta, a suis professoribus invenimus observata; unde multipliciter concutimur et turbamur, videntes firmam regularum, ordinationum et statutorum diversorum, compagine nimis errore concussam, et quomodo clarum diei lumen irruens densæ noctis obscuritas undique obfuscavit. Super quo mente perspicua intime advertentes quod melius nobis foret bona nostra temporalia propriis manibus pauperibus erogare, quam usibus imprudentium sæculo durante eadem appropriare aut quomodolibet stabilire, percipientes dilucide animarum pericula maxima ex regulæ suæ ordinationum et statutorum hujusmodi violatione pluribus imminere; in his tamen sic diutius vacillantes, sed auxilium divinum in agendis devotissime invocantes, ad revelationem pauperum scholarium clericorum in scholis degentium oculos nostræ mentis interiores inflexibiliter configimus, sub spe

firma quod viri literati ac variis imbuti scientiis, Deum habentes præ oculis, ac ejus voluntatem in regulis, ordinationibus et statutis, observandis lucidius præ aliis intuentes, regulas, ordinationes et statuta nostra, illis tradita strictius observabunt: quorum subsidio et relevamini compassionis humeros supponentes finaliter determinavimus, nosque parati sumus, ad hoc opem et operam impendere juxta posse. Ne igitur (quod absit) in nostris ordinationibus et statutis, sicut et in aliis quam pluribus jam vidimus accidere, de transactis dolus vel fraus fiat in futuro, ordinamus et statuimus, sub pœna anathematis et indignationis Omnipotentis Dei, ne quis scholarium aut Sociorum dicti nostri collegii, cujuscunque gradus, conditionis, [status] scientiæ, facultatis aut officii extiterit, pro sua voluntate, voluptate, odio, seu alia causa vel occasione quacunque, ordinationum et statutorum nostrorum quicquam de sensu nostræ intentionis, ut præmittitur, aliena interpretatione excitante sinistra aut quocunque suadente colore, arte vel ingenio, occasione data, procurata aut etiam acquisita, affirmet, construat et defendat, aut quovis alio modo per se vel alium quemcunque, aliter quam nostræ intentionis existit, construi, interpretari seu etiam affirmari, quacunque ex causa procuret. Si quis vero, antiquo suadente serpente, quicquam contra præmissa verbo vel facto præsumpserit attentare, a dicto nostro collegio, si super hoc per testes idoneos convictus fuerit, tanquam in hac parte perjurus, sine spe regressus penitus excludatur; pœnis aliis in hoc casu superius irrogatis in suo robore nihilominus permansuris.

Invocation of anathema on perverters of the sense of the statutes.

And penalty of expulsion.

Volumus, nihilominus, quod, non obstantibus hujusmodi nostris ordinationibus et statutis factis, ut præmittitur, in posterumve fiendis, ac aliis non obstantiis quibuscunque, nobis pro tempore nostro libera sit facultas presentibus nostris ordinationibus et statutis addendi, et etiam ipsas vel ipsa in toto vel in parte tollendi, diminuendi, mutandi, declarandi, interpretandi, corrigendi et de novo alia ordinandi, ac cum iisdem et super iisdem, et contra ea, dispensandi toto tempore vitæ nostræ.

Reservation of power to Founder to alter statutes.

Tenore etiam presentium statuimus, ordinamus et volumus, quod nullo modo nec ullo tempore liceat alicui successori nostro Episcopo Wintoniensi, qui pro tempore erit, postquam (cum Deo placuerit) subtracti fuerimus ab hac luce, nec Custodi aut Sociis collegii nostri prædicti, qui etiam sunt aut erunt, collegialiter, communiter vel divisim, nec alteri cujuscunque dignitatis, status, gradus aut conditionis, existat, aliqua alia nova statuta seu ordinationes, regulas, constitutiones, interpretationes, immutationes, declarationes aut expositiones, alias presentibus nostris statutis et ordinationibus per nos jam editis, in posterumve condendis, aut salvo et plano intellectui eorumdem repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, discordantes vel discordantia, contrarias vel contraria, diversas vel diversa, edere, condere, ordinare, statuere vel dictare, nec

Power denied to Bishop of Winchester, or Warden and Fellows to, alter statutes.

iis aut alicui ipsorum liceat præmissa vel eorum aliquod quocunque quæsito colore infringere, seu alicujus statuti tenorem aut substantiam demere vel mutare, nec circa ea quomodolibet dispensare.

Further injunctions respecting observance of statutes.

Nec volumus, quod per aliquam assuetudinem, consuetudinem vel abusum, aut aliam actionem quamcunque intentioni vel verbis ipsorum statutorum nostrorum et ordinationum in aliquo derogetur. Nolentes insuper, aliquam interpretationem fieri de iisdem aut circa ea, nisi juxta planum sensum, communem intellectum, et expositionem grammaticalem et literalem, magis et aptius ad casum seu prætersum dubium de quo quæritur et agitur applaudentem. Inhibentes quoque, statuentes, et ordinantes, specialiter et expresse, et, sub interminatione divini judicii, interdicens dicti nostri collegii Custodi et Custodibus et Sociis et scholaribus ejusdem universis et singulis præsentibus et futuris, ac in virtute juramenti per ipsos et ipsorum quemlibet in ipsorum admissione ad collegium nostrum prædictum præstiti, admonemus et hortamur in Domino, ne ipsi collegialiter, communiter vel divisim, aliquas alias ordinationes vel statuta, declarationes, interpretationes, immutationes, injunctiones, expositiones vel glossas, præsentibus nostris ordinationibus et statutis, vel ipsorum plano et sano, grammaticali et literali, intellectui, quomodolibet adversantes vel adversantia, repugnantes vel repugnantia, derogantes vel derogantia, nisi, per nos edenda, acceptent, nec hujusmodi fieri procurent, aut iisdem utantur publice vel occulte, directe vel indirecte.

No new statutes to be made affecting any faculty, without the consent of the members of the same.

Inhibentes præterea, statuendo et etiam ordinando, quod nulla statuta vel ordinationes per Custodem et Socios suprascriptos, nec per majorem aut aliquam partem ipsorum, contra aliquam scientiam seu facultatem nostri collegii suprascripti, vel contra studentes in eadem, absque consilio, consensu et assensu, omnium et singulorum existentium de facultate hujusmodi, vel saltem majoris et senioris* partis eorum, fiant quomodolibet in futurum. Et si contra præmissa vel contra intentionem nostram in præmissis vel eorum aliquo, per aliquem aut aliquos (quod absit) aliquid vel aliqua statui, ordinari, fieri aut dictari, vel dispensationem aliquam scienter vel ignoranter concedi vel haberi, contigerit in futurum, auctoritate præsentis statuti decernimus et declaramus, dictos Custodem et Custodes, Socios et scholares dicti nostri Collegii, quibus omnibus et singulis in ea parte omnem et omnimodam adimimus potestatem, ad ipsa observanda non teneri quomodolibet vel astringi, sed ea vacuum omnino et carere volumus omni robore firmitatis, aliis pœnis in hoc casu inflictis superius in sua firmitate nihilominus permanentibus.

Contradictory statutes declared void.

Statuentes præterea et etiam ordinantes, quod si forsan, tem-

* For "senioris" the Hargrave MS. reads "sanioris."

porum invalescente malitia, casibus fortuitis possessiones. redditus, et proventus spirituales et temporales, dicti nostri collegii in tantum decreverint, quod dictus Sociorum, scholarium, capellanorum et clericorum de capella, numerus per nos superius definitus de exitibus possessionum, reddituum et proventuum prædictorum (cæteris oneribus eidem collegio incumbantibus debite supportatis), non poterit juxta formam ordinationum et statutorum nostrorum commode sustentari, extunc communæ singulorum ipsorum duodecim denariorum summam in septimana aliqua non transcendant. nec pro aliquo Socio vel scholari ejusdem collegii tunc præsentem. aut pro aliquo capellano ministrante in capella prædicta, amplior quam duodecim denariorum summa, pro eorum septimanatim communis, de bonis dicti collegii communibus aliquo qualiter persolvatur. Deinde, si redditus et proventus præfati collegii Custodi et Sociorum et scholarium tunc præsentium ac capellanorum numero supradicto non sufficiant in hac parte, tunc necessitate cogente decrescant pecuniarum summæ pro ipsorum pittanciis in aula superius ordinata; deinde, portiones illæ gradus infra dictum collegium assumpturis (de quibus præmittitur) ministrandæ; extunc, salarium informatoribus scholarium et Sociorum nostris ordinationibus limitatum; et proximo, pecunia pro remuneratione Sociorum graduatorum in ordine sacerdotii constitutorum disposita et etiam ordinata; deinde, decrescentibus redditibus et proventibus supradictis, annua liberata vestium (de qua in nostris ordinationibus et statutis fit mentio) una cum pecunia pro furrura et factura ejusdem a quolibet subtrahatur; et subsequenter, si evidens necessitas id exposcat, illa pecuniæ summa, quam ordinavimus nostris consanguineis pro ipsorum lectis et aliis necessariis ministrandam, de qua in nostris ordinationibus et statutis superius fit mentio, subtrahatur iisdem; et si tunc possessiones, redditus et proventus, supradicti non sufficiant pro tanta summa communarum, stipendiis capellanorum et aliis oneribus eidem collegio incumbantibus debite supportandis, extunc communæ singulorum Sociorum et scholarium prædictorum usque ad octo denariorum summam decrescant; neque inedia seu miseria hujusmodi durante eandem summam aliquo qualiter transcendant, nec pro ipsorum aliquo amplior summa pro eorum septimanatim communis de bonis dicti collegii communibus aliquo qualiter persolvatur. Quo etiam casu, dictæ capellæ presbyteris ac clericis, juxta arbitrium et discretionem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, tam pro eorum salario quam pro victualibus eorundem in omnibus, volumus debite provideri. Sic quod ipsorum numerus per nos superius limitatus in dicto collegio semper integer permaneat et nullatenus minuatur. Demum, si post subtractionem omnium portionum hujusmodi,

Provision for diminution of revenues by reduction of commons.

And by successive withdrawals of different allowances, the number of members being kept complete.

Reduction of number of students in the different faculties, from further failure of revenue.

Number to be restored as the revenue increases.

Explanatory, respecting incurring perjury.

Deficiency of graduates in any faculty, for certain acts, to be supplied by Fellows, non-graduates, students in the same.

Where mention is made of Deans, two are sufficient.

Conclusion.

infortuniis (quod absit) invalescentibus, numerus supradictus de redditibus, exitibus et proventibus, possessionum dicti nostri collegii tunc existentibus non poterit commode sustentari, permittimus quod tunc, et non ante nec alias quovismodo, juxta decrescentiam dictorum reddituum et proventuum decrescat successive numerus Sociorum et scholarium nostri collegii supradicti. Hoc ordine semper in hujus numeri decrescentia specialiter observato, quod in casu prædicto, post amotionem et decrescentiam duorum in aliis facultatibus studentium, tunc amoveatur et decrescat unus de numero juristarum, et iisdem modo et ordine, deinceps, quamdiu numerum, ut præfertur, decrescere oportebit. In his tamen omnibus Custodis, Sociorum et scholarium, dicti nostri collegii, qui pro tempore fuerint, conscientias apud Altissimum arctius oneramus. Ordinantes ac etiam statuentes, ut si (necessitatibus et infortuniis supradictis cessantibus) tempora mutantur in melius, ac possessiones, redditus et proventus, dicti nostri collegii per Dei gratiam iterato felicia recipiant incrementa, juxta ipsorum crescentiam numerus supradictus (sicut præmittitur) in dictis casibus minuendus, ordine supradicto, quo decrescit, augeatur etiam et accrescat; cæteræque portiones, per nos in nostris statutis et ordinationibus superius limitatæ, in præfatis casibus subtrahendæ, distribuantur iisdem juxta crescentiam reddituum et proventuum ipsorum, vimque, formam et effectum, nostrorum hujusmodi statutorum.

Declarantes, præterea, quod jurati ad observationem ordinationum et statutorum nostrorum in iisdem vel ipsorum aliquo delinquentes, ubi apponitur pœna certa non reatus perjurii, nisi hoc in iisdem ordinationibus et statutis specialiter caveatur, sed pœna sic specialiter apposita tantummodo puniantur; nisi pœnam sibi inflicam juxta hujusmodi continentiam statutorum contempserint adimplere, tunc enim ipsos reatum perjurii volumus et statuimus incurrere ipso facto.

Volentes, insuper, quod in singulis nostris statutis, in quibus fit mentio quod in certis actibus assumi debeant in certis facultatibus graduati, deficientibus in iisdem facultatibus hujusmodi graduatis, assumantur Socii non graduati seniores, videlicet, discretiores et maturiores facultatum ipsarum, usque ad numerum in statutis hujusmodi limitatum.

Volumus, præterea, quod in omnibus correctionibus et punitionibus faciendis juxta statuta præmissa, ubi fit mentio de Decanis, et non fit mentio de omnibus, quod duo sufficient, quorum unus theologus vel artista, et alius civilista vel canonicista existant.

Præsentes autem regulas, ordinationes et constitutiones et statuta, sic per nos edita, ad Dei laudem et gloriam, ac beatissimæ Mariæ Virginis matris ejus, divinique cultus ac scienti-

arum augmentum, studiique scholastici profectum, necnon ad præfati collegii commodum et decorem, valere et perpetuis durare temporibus, ac robur incommutabilis firmitatis volumus obtinere.

His igitur sic per Dei gratiam salubriter ordinatis, dicti nostri collegii Custodi et Sociis, ac omnibus aliis commorantibus in eodem, juxta informationem Christi tanquam ejus discipulis divinum obsequium commendamus, pacisque et unitatis fœdus, ac perfectæ vinculum charitatis. Amen.

Statuta et privilegia
collegii
Custodi et Sociis
et aliis commorantibus
in eodem
juxta informationem
Christi tanquam
ejus discipulis
divinum obsequium
commendamus
pacisque et unitatis
fœdus
ac perfectæ vinculum
charitatis
Amen.

Statuta et privilegia
collegii
Custodi et Sociis
et aliis commorantibus
in eodem
juxta informationem
Christi tanquam
ejus discipulis
divinum obsequium
commendamus
pacisque et unitatis
fœdus
ac perfectæ vinculum
charitatis
Amen.

STATUTES OF NEW COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- ABBERBURY**, advowson of, 74.
Absence of Scholars, &c., 47.
 —, limitation of number of Absen-
 tees, 48.
Accompts of commons, 39.
 —, indentures of state of, 93.
 —, audit of, 90, 91.
Accusations, against false, 111.
Allowances, reduction of, from failure
 of revenue, 115.
Ann, Queen of Richard II., prayers for,
 72.
Appeal, prohibition of in cases of expul-
 sion, 64.
 —, power of, 112.
Arms, against carrying, 46.
Arts, Masters in, to graduate in Theo-
 logy and Medicine, 51.
Astronomy, Students in, 4.
Auditors, yearly statement of, 92.
Bachelors, of Civil Law, translation of
 to Canon Law, 50.
 —, in Arts, to hold disputations, 56.
Bailiffs, audit of accompts of, 90.
 —, notice to, 91.
Beds, 88.
Benefactors, prayers for, 67, 72, 74.
Benefices, permission to hold, 64.
Bible, to be read at dinner, 40.
Books, examination of, 97.
 —, alienation of, *ib.*
 —, loan of, 98.
 —, donations of, *ib.*
Buckingham, John, Bishop of Lincoln,
 grant by of advowsons of Swalecliffe
 and Abberbury, 74.
 —, prayers for, 75.
 —, celebration of obit of, *ib.*
Buildings, repairs of, 89.
Bulls, &c., custody of, 83, 84.
Bursars, to distribute liveries, 43.
 —, election of, 81.
 —, duties of, 82.
 —, stipend of, *ib.*
 —, to be bound to observe statutes,
ib.
 —, to have consent of Warden in
 expenditure, *ib.*
 —, resignation of, 93.
Canon Law, Deans of, 37.
Canonists, vacancies in number of, 22.
Chambers, distribution of, 88.
Chapel, against interruption of services
 in, 76.
 —, sacristan of, 77.
 —, priests and clerks to serve in, *ib.*
 —, books, plate, &c., care of, 77.
 —, choir, order of standing in, 79.
 —, repair of, 89.
Chaplains and clerks to celebrate the
 Hours, &c., daily, 70.
Chapters, holding of, 94.
 —, prorogation of, 96.
Chests, 82, 85, 87.
Chest, for loans of money, 86.
Chest, Keepers of the, bound by oath, 88.
Choristers, appointment of, 4.
 —, number of, 78.
 —, meals of, *ib.*
 —, duties of, *ib.*
Civil Law, Bachelors of. See Bachelors.
See Law.
Clerks of the chapel, appointment of, 4.
 — to attend services, 70.
 — to serve Fellows at table, &c., 77.
 — to keep accompts, 93.
Commons, 58.
 —, accompt of, 39.
 —, expenditure of, *ib.*
 —, variation of amount of, *ib.*
 —, surplus of, 40.
 —, withdrawal of, 42.
 —, subtraction from, 89.
Concord, exhortation to, 59.
Deans, nomination of, 37.
 —, duties of, *ib.*
 —, to be present at Disputations, *ib.*
 —, to be bound to observe Statutes, *ib.*
 —, stipend of, *ib.*
 —, duration of office of, *ib.*
 —, explanation of Statutes relating
 to, 116.
Degree, Bachelor's, studies previous to
 taking, 49.
 —, Master's, *ib.*
 —, Doctor's, *ib.*
 —, fitness for, 50.
 —, graces in taking, *ib.*
 —, Fellows and Scholars to accom-
 pany a Member in taking, 51.
Discord, penalty for occasioning, 60.
Diseases, contagious, 66.
Disputations, 56, 57.
 —, Theological, 58.

- Disputations, penalties for absence from, 58.
 Dissension, 18.
 Doctors, servants of, 94.
 — See Degree.
 Doors, closing of, 103.
 Dress, 45.
 Election, of Warden, 23.
 —, of Bursars, 81.
 Electors of Officers, 37.
 Estates, alienation of, 80.
 Exequies for Benefactors, 72.
 —, allowances for service at, 73.
 Expulsion of Fellows and Scholars, 63.
 Fellows, admission of, 16.
 —, oath of, 17.
 —, renunciation of power of appeal, 19.
 —, allowance for clothes, 44.
 —, dress of, 45.
 —, absence of, 47.
 —, allowances for, to take Degrees, 52.
 —, allowance to, when in holy Orders, 56.
 —, expenses of, when engaged in business, 58.
 —, expulsion of, 63.
 —, sickness of, 66.
 —, to read the Statutes, 97.
 —, not to move to another College, 104.
 —, reduction of number of, 116.
 Fellowship, forfeiture of, 64.
 Female servants, 94.
 Foundation, purposes of the, 104.
 Founder, prayers for, 67, 72.
 —, obit of, 73.
 —, power of, to alter Statutes, 113.
 Founder's kin to be admitted Fellows without probation, 16.
 —, allowances to, 53.
 —, power of, to report offences, 109.
 Foxle, Thomas, masses for, 71.
 Games, 41, 48, 99.
 — and dances in the Hall, 100.
 Gates, closing of, 102.
 Goods, yearly examination of, 84.
 —, indenture of, *ib.*
 Hall, lingering in after meals, 41.
 —, fire allowed in on festivals, 42.
 —, games in, 100.
 Hawks, hounds, &c., 48.
 Hours, celebration of, 68.
 Indenture of goods, 84.
 Infirmary, 66.
 Jurists, vacancies in number of, 21.
 —, to be perpetual Fellows, *ib.*
 —, elections of, 22.
 Lands, lease of, 81.
 —, progress to examine, 90.
 Language, Latin, use of, 41.
 —, offensive, &c., 59.
 Law. See Jurists.
 —, Civil, number of Students in, 3.
 —, supply of number of Students in, 20.
 —, Common, number of Students in, 3.
 —, Courts of, against suing in, 61.
 Library, keys of, 98.
 Lincoln, Bishops of, prayers for, 76.
 Liveries. See Dress.
 —, allowance of cloth for, 44.
 —, distribution of, 45.
 —, pawning or giving away, *ib.*
 Loans, 86.
 —, regulations respecting, 87.
 Mass, 55, 67.
 —, directions for officiating at, 69.
 Masses, daily, 70.
 —, for Sir Ralph Sutton, Sir John Scures, and Thomas Foxle, 71.
 —, to be celebrated by the stipendiary chaplains, *ib.*
 Masters in Arts. See Degree.
 —, custom at the inception of, 48.
 —, translation of to other Faculties, 51.
 Medicine, Students in, 4.
 —, Masters in Arts to graduate in, 51.
 Night, passing night out of College, 47.
 Oath of probationary Scholars, 13, 15.
 — of a Fellow, 17, 20.
 — of Warden, 27.
 — of Deans, 38.
 — relating to detractors, &c., 60.
 — relating to expulsion, 64.
 — respecting Masses, &c., 76.
 — respecting the use of reserve money, 85.
 — of one borrowing money, 87.
 —, respecting repair of chapel, &c., 89.
 Offences, punishment of, 60, 96.
 Offenders, defence of, 96.
 —, prosecution of, 108.
 Office, refusal of, 93.
 Officers, retirement of, *ib.*
 Orders, Holy, time of taking, 54.
 Partiality, 101.
 Penalties for disobedience of Warden, 35.
 — for disturbing students, 41.
 — for introducing a stranger, 44.
 — for giving away liveries, 45.
 — for not conforming to dress, 46.
 — for absence without leave, &c., 47.
 — for keeping hounds, &c., gaming, &c., 49.
 — for hurling stones, &c., *ib.*
 — respecting taking degrees, 51.
 — respecting taking holy orders, &c., 55.
 — for absence from disputations, 58.
 — for using offensive language, &c., 59.
 — for occasioning discord, 60.

- Penalties for non-observance of decree of Warden, &c., in cases of dissension, 61.
- for omission of prayers, 68.
 - for interrupting services, 76.
 - on Warden, for omitting to fill vacancies, 79.
 - for breach of statutes relating to holding chapters, 95.
 - for neglect of reading the statutes, 97.
 - for showing statutes to strangers, 99.
 - for games, or dancing in Hall, 101.
 - for quitting the college for another, 105.
 - for violations of statutes, 107.
 - for perverting statutes, 113.
- Pensions, 81.
- Perjury, 116.
- Plate, &c., care of, 84.
- Prayers, daily, 67.
- for benefactors, *ib.*
 - for Founder, *ib.*
 - , omission of, 68.
 - for Richard II. and Queen Ann, 72.
 - for Bishops of Lincoln, 76.
 - of those who borrow money, 86.
- Precentor, allowance of, 77.
- Priests, appointment of, 4.
- , livery of, 45.
 - to attend services, &c., 70.
 - , duties of, 77.
 - , stipends, livings of, &c., *ib.*
 - , notice of withdrawal of, from college, 79.
 - , rooms of, 89.
- Processions, 68.
- Progress to examine lands, &c., 90.
- Property, reserved, preservation of, 84.
- Quarrels, 60.
- Reforms, to be debated in chapter, 95.
- Register, 84.
- of names of Fellows, &c., 70.
- Rent, &c., arrears of, 92.
- Repairs, &c., period for, 90.
- Revenue, provisions for decrease of, 115.
- Richard II., prayers for, 72.
- Rome, Court of, Fellows absent at the, 48.
- Rooms, spilling water in, 89.
- Sacristan, oath of, 77.
- , allowance to, *ib.*
- Saints' days, attendance at services on, 69.
- Scholars, number of, 2.
- , number studying civil and common law, 3.
 - , exhortation to, 4.
 - studying Astronomy, *ib.*
 - studying Medicine, *ib.*
- Scholars, qualifications of, 5.
- , preference of Founder's kin in elections of, *ib.*
 - , preferences of in elections, 6.
 - , limit of age of, 7.
 - , regulations for election of from Winchester, 9, 10, 11.
 - , oath of, 13.
 - to swear to remain in the college, 15.
 - , term of probation, 16.
 - , probationary, 68.
 - not Fellows, 16.
 - , admission of, to Fellows, *ib.*
 - , expulsion of, for incompetency, 17.
 - , dress of, 45.
 - , absence of, 47.
 - , expulsion of, 63.
 - , sickness of, 66.
 - , reduction of number of, 116.
- Scholarship, disqualifications for, 7.
- , forfeiture of, 64.
- Scrutinies, chapters for, 94.
- Seures. Sir John, masses for, 71.
- Seal, common, use of, 83.
- Secrets of the college, 78.
- Seneschal of the Hall, 42.
- , to render account to the Bursars, *ib.*
- Seniority, definition of, 22.
- Sermon, on the feast of the Annunciation of the Virgin, 74.
- Services, 70.
- , attendance at, 68.
- Stalls, deficiency of, 80.
- Statutes, members of both colleges to have copies of, 13.
- , custody of book of, 98.
 - , prohibition against showing to strangers, 99.
 - , copy of to remain in the library, *ib.*
 - , against introducing new, 106.
 - , against contradictory, 107.
 - , against dispensation from, *ib.*
 - , penalties for violation of, *ib.*
 - , no power to alter, 113.
 - , power of Founder to alter, *ib.*
 - , respecting faculties, 114.
 - , injunctions respecting, *ib.*
- Stones, throwing, 99.
- Strangers, reception of, 34.
- , introduction of, 43.
 - , not to pass the night in college, *ib.*
 - not to give entertainments in college, 44.
- Students, reduction of number of, 116.
- Swalescliffe, advowson of, 74.
- Suits, mutual assistance of the two colleges in, 12.
- Sutton, Sir Ralph, masses for, 71.
- Table, order of sitting at, 40.

- Taverns, against frequenting, 47.
 Theology, Masters in Arts to graduate in, 51.
 Town wall, maintenance of, 103.
 Tutors, allowance to, 54.
 Utensils, &c., care of, 83.
 Vestments of chapel, &c., care of, 86.
 Vice-warden, appointment of, 36.
 — to reside in college and dine in Hall, *ib.*
 — to be bound by oath, *ib.*
 —, duties of, *ib.*
 — to punish minor offences, *ib.*
 —, duration of office of, 37.
 —, stipend of, *ib.*
 — to settle quarrels, 60.
 Virgin, antiphony of, daily with prayers, 78.
 —, Annunciation of the, sermon on the feast of, 74.
 Visitations, 110.
 Visitor, the Bishop of Winchester to be, 110.
 —, powers of, *ib.*
 Warden, qualifications of, 23.
 —, election of, *ib.*
 —, notice to Fellows of election of, *ib.*
 —, penalty for absence at election of, *ib.*
 —, manner of voting at election of, *ib.*
 —, qualifications of, 26.
 — to be presented to the Bishop of Winchester, *ib.*
 —, oath of, 27.
 —, power and authority of, 31.
 —, duties of, 32.
 — to advise with senior Fellows, *ib.*
 —, absence of, *ib.*
- Warden, establishment of, 33.
 —, house appointed for, *ib.*
 —, allowance of horses, harness, &c., *ib.*
 —, allowance for food, clothing, &c., *ib.*
 —, allowance of plate and kitchen utensils, *ib.*
 — to receive strangers, 34.
 —, expenses of, when absent on business, *ib.*
 —, obedience to, 35.
 — to dine in Hall on festivals, *ib.*
 —, allowance for clothes, 44.
 —, dress of, 45.
 —, to distribute liveries, *ib.*
 —, deposition of, 62.
 —, power of, to hold benefices, 65.
 —, temporary infirmity of, *ib.*
 —, dress of, in chapel, 74.
 — to have assent of Fellows in affairs of importance, 80.
 —, charges against, 112.
 Winchester, College at, foundation of, 6.
 —, election of scholars from, *ib.*
 —, yearly examination at, 7.
 —, visitation of, 8.
 —, regulations for electing scholars from, 9, 10.
 —, vacancies in, 11.
 — to defray charges at elections of Scholars, 12.
 —, care of statutes of, 98.
 Winchester, Bishops of, appeal to, 62.
 — power to remove Warden, 63.
 —, prayers for, 74.
 — to be Visitors, 110.
 —, restriction of power of, 111.
 —, allowance to, *ib.*

1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

STATUTES OF LINCOLN COLLEGE,
OXFORD.

BRITISH

Richard Fox, the first printer of the first
no. 814 for its position. The second copy is
the second found in the British Museum, and
afterwards in the British Museum, and
from two copies and the *Manuscript*
six, Harleian *MS.* 225, which was
to Trinity College, and signed by
the copy in the British Museum, and
with a *MS.* of the *Manuscript* of
and this copy is in the British Museum
and principally in the British Museum.

P R E F A C E.

RICHARD FLEMMING, the first Founder of Lincoln College, left no Statutes for its government. This omission was supplied by the second Founder, Thomas Rotherham, Bishop of Lincoln, and afterwards Archbishop of York. His statutes are here printed from two copies among the Manuscripts in the British Museum, viz., Harleian MSS. 6664 and 7029; and from a copy belonging to Trinity College, Cambridge, which has been compared with the copy in the College archives. The text has also been collated with a MS. of the Rawlinson Collection in the Bodleian Library; and this copy was found to have omissions of considerable extent, and principally of portions relating to divine services.

PATENT ROLL, 6 HEN. VI., p. 1, m. 8.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Angliæ et Franciæ, et Dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentis nostræ pervenerint, salutem.

Sciatis quod, cum venerabilis pater, Ricardus Lincolniensis Episcopus, quoddam collegium unius Custodis sive Rectoris, et septem scholarium, in ecclesia Omnium Sanctorum in Oxonia, quæ de patronatu ipsius Episcopi existit, ad Dei honorem et augmentum cleri, ac ad exorandum et divina peragenda pro salubri statu nostro, et ipsius Episcopi, dum vixerimus, et animabus nostris, cum ex hac luce migraverimus; ac animabus progenitorum et antecessorum nostrorum, et prædicti Episcopi, et omnium fidelium defunctorum; mediante licentia nostra, facere intendat et fundare; nos, sanam intentionem et piam devotionem ipsius Episcopi in hac parte merito commendantes, cupientesque hujusmodi laudabile propositum, quatenus ad nos attinet, prout speramus multum Deo fore gratum, ex regia benignitate feliciter promovere, de gratia nostra speciali, et assensu dominorum spiritualium et temporalium, ac communitatis regni nostri Angliæ, in præsentis Parlamento modo existentium, ac auctoritate ejusdem Parlamenti, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato Episcopo, quod ipse dictam ecclesiam Sanctæ Myldridæ eidem Ecclesiæ contiguam, propter suam exilitatem, ac ecclesiam Sancti Michaelis ad portam borealem Oxoniæ, quæ sunt de patronatu ipsius Episcopi, ut de jure sui Episcopatus Lincolniensis, qui de fundatione progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, et nostro patronatu existit, unire, annectere, et incorporare; et easdem ecclesias sic unitas, annexas, et incorporatas, ecclesiam Omnium Sanctorum nominare; et eandem ecclesiam in ecclesiam collegiatam sive Collegium erigere, seu, per eum, ad quem pertinet, facere et transmutare; ac eidem ecclesiæ, sic in ecclesiam collegiatam erectæ, cantariam quandam in capella Sanctæ Annæ, infra prædictam ecclesiam Omnium Sanctorum fundatam, quæ est de patronatu Majoris villæ Oxoniæ pro tempore existentis, habito ipsius Majoris et omnium quorum interest in hac parte consensu, unire, annectere et incorporare, cum suis juribus et pertinentiis universis. Proviso quod, per aliquem de capellanis ipsius collegii, quotidiana missa et alia ordinis suffragia pro animabus Fundatorum, ut ipsa fundatio requirit et exigit, debite persolvantur. Et, in et de eadem ecclesia, collegium de certo numero scholarium, per ipsius Episcopi discretionem et ordinationem limitando, quorum unus sit Custos

sive Rector, et duobus capellanis mobilibus, qui ad curam ipsorum parochianorum gerendam deserviant, ad exorandum et divina peragenda pro salubri statu nostro et ipsius Episcopi, dum vixerimus, et animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, et animabus progenitorum et antecessorum nostrorum, et prædicti Episcopi, et omnium fidelium defunctorum, singulis diebus in perpetuum, ac ad quædam alia onera et pietatis opera, juxta statuta et regulam ipsius Episcopi in hac parte facienda, facere, fundare et stabiliri possit. Et, insuper, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris prædictis, quod dictum collegium "Collegium Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum Lincolnæ in Universitate Oxoniensi" sit et nuncupetur: et quod ipsi Rector et scholares snt personæ perpetuæ et capaces ad perquirendas terras, seu redditus et possessiones quascunque, a quibuscunque personis; habendas et tenendas eisdem Custodi sive Rectori et scholaribus, et successoribus suis, in perpetuum; licentia regia super his obtenta. Et ut habeant commune sigillum, pro negotiis et agendis prædicti Collegii servitutum. Et quod ipsi et successores sui, per nomen "Custodis sive Rectoris, et scholarium Collegii Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum Lincolnæ in Universitate Oxoniensi" placitare possunt, et ab aliis implacitari, ac omnimodas causas, querelas et actiones, reales, personales et mixtas, cujuscunque generis fuerint vel naturæ, prosequi et respondere vel defendere in eisdem, coram judicibus sæcularibus et ecclesiasticis quibuscunque, in perpetuum. Et, ulterius, de assensu et auctoritate prædictorum, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfatis Custodi sive Rectori et scholaribus, quod ipsi, postquam collegium prædictum fundatum fuerit, ut prædictum est, terras, tenementa et redditus, cum pertinentiis, ad valorem decem librarum per annum, quæ de nobis immediate ullo modo non tenentur, nec de aliquo alio per servitium militare tenentur, licentia et assensu dominorum quorum intererit in hac parte primitus obtenta, acquirere et tenere possint, sibi et successoribus suis, in auxilium sustentationis suæ in perpetuum. Volumus, etiam, et concedimus per præsentem quod Episcopus Lincolnensis, pro tempore existens, Patronus collegii prædicti existat et nuncupetur in perpetuum. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, seu eo quod prædictæ ecclesiæ Omnium Sanctorum, Sanctæ Myldridæ et Sancti Michaelis, de jure Episcopatus prædicti, ut prædictum est, existant, non obstante. Nolentes quod prædictus Episcopus vel successores sui, aut præfati Custos sive Rector et scholares, vel successores sui, ratione præmissorum, per nos vel hæredes nostros, justitios, exactores, vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros vel hæredum nostrorum quoscunque, futuris temporibus impetantur, occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. Dum tamen, per inquisitiones in hac parte cupiendas,

in Cancellariam nostram vel hæredum nostrorum rite retor-
nandas, compertum sit quod perquisitiones hujusmodi fieri
possint absque damno vel præjudicio nostri vel hæredum nos-
trorum, aut aliorum quorumcunque.

In cujus rei testimonium, has literas nostras fieri fecimus
patentes. Teste meipso, apud Westmonasterium, tertio decimo
die Octobris, anno regni nostri sexto.

*Per petitionem in Parlamento, et per viginti libras solutas in
Hanaperio.*

PRÆFATIO DOMINI RICARDI FLEMING, EPISCOPI LINCOLNIENSIS, PRIMI FUNDATORIS.

Rex, universorum Dominus, cujus singula obsecundant majestatis imperio, nobile suum plasma, humanum scilicet genus, mirabili creationis prærogativa dotavit; in tantum quod homo, ob cujus obsequium condidit omnia, qui eo singularius sibi serviret, quo nihil ei necessarium de creaturarum cæterarum famulatu deesset, non solum mundi dominus, sed in se virtualiter omnis creatura pariter et esset ipse mundus. Minor, inquam, mundus, mole non laude, ambitu non præconio, loci circumspeditione non honoris culmine; cum unumquodque propter quid et illud æstimatione magis. Nec solum minor a majore quarundem similitudinum mutuarum suas trahit congruentias (ut sicut in micromosco sunt elementorum spheræ harmoniæ naturalis quadam dulcedine consonantes, sic humani compago corporis in seipsa elementa continet dissonantium proprietatum, harmonica quadam melodia commixta) sed etiam a minore major conditionis suæ congruas rationes sortitur. Quod, sicut in microcosmo, cum vergit ad senium hebescit sensus et ingenii vivacis acumen obtunditur, ac, properante celerius vitæ termino, quæ non convenit loquitur et in variis deliramentis lingua se voluat, omni advertentiæ fræno carens; sic de certo et heu! de certo nimis, vergente nimis jam majoris mundi vespera, cui celerem occasum innutat terribilium varimoda multitudo signorum, Christianæ plebis labia, quæ non nisi catholicam Christi fidem resonare quondam noverant, quasi nunc in hæreses et errores pestiferarumque opinionum latratus ebulliunt, et de mysteriorum sacræ Paginæ pretiosissimis margaritis porsinæ fauces (proh dolor!) pascere se præsumunt simplicium laicorum. Quod autem supra modum merito condolerent omnium Christi devotorum præcordia, in floridis generalium studiorum rosetis plures per mundum spinæ pungentes succreverant, in eorum tale virus relinquentes scripturis, ex cujus gustu vipereo regnorum decor periit, Ecclesiæ reverentia vertitur in irrisum cleri et militia; marcescunt jam lilia, ac in omni varietate statuum lethali ipsius toxico inficitur totus orbis; et, nisi in Universitatibus studiorum scientiæ semen nobis Altissimus reliquisset, pro conterendo capite serpentinæ sectæ hujus, quasi Sodoma fuisset, et Gomorrhæ similes essemus. Quæ nisi contra hos hæreticos terribilis esset oppugnatrix, virorum graduatorum nisi, fide catholica sic suppressa, forte ipsi realiter pagani essemus. Præ cæteris, tamen, Universitatibus aut studiis, quæ per ampla terrarum sparguntur confinia, salve salvifica studentium mater alma Oxoniæ Universitas, universarum parens fecundissima scientiarum; de cujus

delicatis uberibus philosophiam et logicam se suxisse et sugere congaudeat orbis totus, et in quo reginali solio thronizata theologia sacra, omnium imperatrix et domina facultatum, inclitissima sane Hester Abasueri summi in cœlestibus glorifica conthoralis, quæ ipsi philosophiæ et logicæ facultati, ut obtemperanti ancillæ, præ deliciis innititur. Nam cum ex Gregorio nihil in humanis sensibus perfecte cognoscitur, nisi prius dente disputationis frangatur, theologici dulcioris favum melleum frangi nequit nisi disputationis dente, quam logicæ et philosophiæ facultas principiis suis edocet, subtilique suarum argutiarum medio ac sublimium arcanorum notioni manuducit. Antiqui ergo et immortalis memoriæ Principes, prælati, et proceres, in suarum mentium reverberantes intuitu quod super fluido et labente suppositorum concursu non valet solida construi Universitatis materia, sed ad hoc quod ejus in ævum duret et accrescat prosperitas, ex dotatis collegiis, quæ permaneant, ipsius oportet erigi solidarique structuram, ad divini nominis laudem et exaltationem præcipuam fidei orthodoxæ, in venerabili oppido sive urbe Oxoniæ super prædictis philosophiæ et theologiæ scientiis notabilia collegia pulcherrimaque fundarunt; et, licet in carne mortui, in magnificis tamen eorum operibus perpetua laude vivunt. Ex illo Ovidii—

Tale opus hic feci, quod ego per sæcula cuncta,
Si quid habent veri vatum præsagia, vivam.

Nec vertere debeat pia mens in dubium ipsorum insignium Fundatorum animas divinæ voluptatis torrenti in superis deebriari, per quorum sumptus et fabricas tot in terris sitientes animæ divinæ legis notitiam hauriunt et incessanter ebibunt illius, quæ ad sidera iter pandit, fluenta doctrinæ. Hac ergo consideratione motus, et hinc conans pro modulo magnorum licet modicus imitari vestigia, ego Ricardus Flemyng, in diœcesi Eboracensi natus, et de metropolitana Eboracensi ecclesia ad sanctam sedem Lincolniensem translatus, ipsiusque impræsentiarum (sic Deo permittente) humilis minister et servus, almæque semper matris et nunc filiæ Universitatis Oxoniensis sacræ Paginæ professor minimus, perpendens his diebus novissimis, in quibus periculosa tempora instare vates verissimus prædicebat, hæreticorum sectas plus solito invalescere, ante omnia in eorum exterminium et in eorum jacturam, collegiolum quondam theologorum, de substantia mea mundana, in ipsa Universitate Oxoniensi meæ diœcesis, Collegium Lincolniensem nuncupandum, erigere, fundare et dotare, decrevi. Ad cujus foundationem et erectionem, concurrente omni solennitate juris, Regiæque et totius sui Parlamenti, necnon confratrum meorum Decani et Capituli ecclesiæ meæ, et omnium quorum intererat in hac parte, præhabitis licentia et assensu, in Dei nomine, quo prætermisso nullum rite fundatur, exordium, ex Boetio, sub forma qua sequitur, immediate processi.

STATUTES OF LINCOLN COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

	Page
Proœmium statutorum	9
Cap. I.—De origine eligendorum et de causis amotionis et recessus a collegio	12
Cap. II.—De tribus officiaris collegii et de modo eligendi Rectoris	14
Cap. III.—De gradibus eligendorum, et de disputationibus tam Magistrorum quam baccalaureorum	17
Cap. IV.—De duobus magnis Capitulis, et certis modis scrutinia faciendi in eisdem ; et de modo eligendi officarios	20
Cap. V.—De communiis Sociorum	23
Cap. VI.—De numero Sociorum diminuendo, si necesse fuerit	25
Cap. VII.—De sermonibus dicendis	26
Cap. VIII.—De officio divino, et assignatione ad altaria	26
Cap. IX.—De suffragiis dicendis pro Fundatoribus et Benefactoribus	27
Cap. X.—De ecclesiis collegio nostro appropriatis	29

STATUTA COLLEGII LINCOLNIENSIS

DATA A THEOPH. ROTHERHAM EPISCOPO LINCOLNIENSIS
FUNDATOR

Formam habent. Theop. R. Episcopus Lincolniensis
Fundator

Universitas Christi in Civitate
lecturis; quod quilibet in
Beate Martini Collegio Lincolniensi
Oxonien. in scripturis sacris
gratis habebit. Et si quis
nam.

Quo dicitur in Statutis
gratis dicitur in Statutis
erroribus nulli obnoxio
quodam ratione
Sociorum, et si quis
amovetur, et si quis
tuo dicitur in Statutis
et sic dicitur in Statutis
et ordinatur in Statutis

Nos igitur Theop. R. Episcopus
diver. B. Episcopus
Richardus Episcopus
loris, esse in Statutis
universalis in Statutis
fectum in Statutis
supplicationes in Statutis
Rectoris in Statutis
ficiendum in Statutis
dum manus in Statutis
alio modo in Statutis
vel in Statutis
prout Deus in Statutis
Et proventus in Statutis
licentia in Statutis
prioribus in Statutis
iani et in Statutis
et dicitur in Statutis

Statuta
Lincolniensis
Fundator

STATUTA COLLEGII LINCOLNIENSIS OXONIÆ,

DATA A THOMA ROTHERAM, EPISCOPO LINCOLNIENSI, SECUNDO
FUNDATORE.

*Proœmium domini Thomæ Rotheram, Episcopi Lincolnienſis,
ſecundi Fundatoris.*

Universis Chriſti fidelibus, præſens opusculum viſuris ſeu lecturis ; quod quidem opusculum, “ Liber ſtatorum collegii Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum Lincolnia in Universitate Oxoniensi ” nuncupari volumus ; nos Thomas Rotheram, Dei gratia Lincolnienſis Episcopus, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quum dudum recolendæ memoriæ Richardus Flemming, Dei gratia Lincolnienſis Episcopus, pro destruendis hæreſibus, et erroribus evellendis, plantandisque ſacræ doctrinæ ſeminariis, quoddam collegium theologorum unius Rectoris et ſeptem Sociorum, et duorum capellanorum, ad voluntatem Rectoris amotivorum, fundare et perficere diſpoſuit ; ſed, morte præventus, dictum collegium, ut intendebat, perficere non potuit, et ſic dictum collegium in ædificiis, poſſeſſionibus, et ſtatutis, et ordinationibus, imperfectum et ſemiplenum reliquit :

Nos, igitur, Thomas, Dei gratia Lincolnienſis Episcopus, et in diœceſi Eboraceniſi natus, videntes piam intentionem dicti Richardi antecessoris noſtri, et dicti collegii originalis Fundatoris, eſſe ad laudem Dei, ad augmentum cleri, et profectum univerſalis Eccleſiæ ; intelligentes etiam hujusmodi opus imperfectum diu continuare non poſſe ; ad instantem petitionem et ſupplicationem dilecti nobis in Chriſto Johannis Trithorpe, Rectoris ibidem, et omnium Sociorum ejuſdem, nedum ad perficiendum dictum collegium, ſed meliorandum et augmentandum, manus noſtras diſpoſuimus apponere adjutrices ; nolentes, aliquo modo, fundationem dicti originalis Fundatoris, in parte vel in toto, quoad ſubſtantiam, annullare nec mutare, ſed prout Deus dederit, quantum poſſumus meliorare et perficere. Et pro melioratione, augmentatione et perfectione, dicti collegii, licentia regia ſuper hoc primitus obtenta, quinque ſcholares prioribus ſeptem ſcholaribus primæ fundationis apponi, associari et uniri, decrevimus : ſic quod in dicto collegio ſint Rector et duodecim Socii perpetui, ad orandum et divina peragenda

Foundation of
Richard Flem-
ming, Biſhop
of Lincoln.

Addition of
five Fellows to
Flemming's
Foundation.

pro salubri statu nostro dum vixerimus. et pro anima nostra et dicti Richardi originalis Fundatoris, et omnium fidelium defunctorum, cum ab hac vita migraverimus.

Present Statutes conform with those designed by Flemming.

Uterius, quum videmus quod communitas nulla diu bene gubernari poterit absque legibus, hinc est, quod in hoc libro statutorum quædam statuta et ordinationes, quibusdam statutis et ordinationibus, per dictum Richardum, originalem Fundatorem, conceptis et nunquam executis, in pluribus et quasi in omnibus conformia, auctoritate nostra ordinaria, ut verus Patronus et alter Fundator dicti collegii, sub quibus nedum Rector et scholares primæ foundationis, sed et scholares nostræ additionis, ut una communitas et unum collegium, et eorum successores in perpetuum, ordinate vivere debeant, concepimus. Quæ quidem statuta, sic concepta, in certa capitula sequentia distinctimus, et prædictis Rectori et duodecim Sociis, et eorum successoribus, in perpetuum observanda imponimus: reservata nobis semper auctoritate et potestate statuta singula emendandi, transmutandi, meliorandi, augmentandi, diminuendi, plura condendi, et, nobis et successoribus nostris, in dubiis interpretandi; dummodo, tamen, nihil mutetur neque diminuatur de substantia statutorum.

CAP. I.—*De origine eligendorum, et de causis amotionis, et recessus a collegio.*

Paucity of Fellowships in other Colleges, for natives of Lincoln and York dioceses.

Advertentes, nec sine stupore cordis nostri, quod alma Oxoniæ Universitas infra diœcesim nostram Lincolnensem sita est, et quod non sit in ea collegium quin infra diœcesim nostram notabilia bona ejusdem vigeant; quibus non obstantibus, nullus, vel rarissime aliquis, de illa diœcesi trahens originem, in Socium alicujus collegii infra eandem eligitur; reducentes etiam in memoriam, qualiter, quos in diœcesi Eboracensi carnalis mater nostra in hanc lucem produxit, deque ipsa diœcesi oriundos, ab omnibus quasi Oxoniæ collegiis præ cæteris videmus excludos; intelligentes, etiam, quod magna pars collegii nostri, quoad ædificia, ex bonis domini Thomæ Beckington, Wellensis quondam Episcopi, et præcipue Domini Johannis Forrest, quondam dictæ ecclesiæ Wellensis Decani, gratiose erecta est: non odiosæ carnalitatis affectione excæcati, sed, omnium pace, huic cæcitati in aliis, juxta vires nobis datas, potius obviare volentes, et providere de remedio; ordinamus, et in hoc primo capitulo statuimus, quod nullus in collegam collegii nostri prædicti ex cætero eligatur, nisi natus fuerit in aliqua prædictarum trium diœcesium, videlicet, Lincolnensi, Eboracensi, Wellensi. Ita tamen, quod ex diœcesi Wellensi sit tantum unus: et quoad duodecim alios Rectorem et Socios, statuimus quod sint tantum octo de diœcesi Lincolnensi, quorum quatuor sint de comitatu Lincolnæ. et præcipue de archidiaconatu Lincolnensi, si tot

Buildings of the College erected by the late Bishop and Dean of Lincoln.

Elections from the dioceses of Lincoln, York, and Wells.

habiles ibidem reperiri poterint. Sint etiam quatuor in collegio nostro de diœcesi Eboracensi, quorum duo ad minus sint de comitatu Eboracensi, et præcipue de archidiaconatu Eboracensi, semper præferendo parochiam de Rotheram, si tot habiles ibidem reperiri poterint: computato semper Rectore in numero istius duodenarii. Proviso semper, quod baccalaureus nunquam eligatur in Socium, nisi quando ex iudicio eligentium non potest reperiri Magister habilis ad electionem de dictis diœcesibus. Quorum electionem fieri volumus in capella collegii, per Rectorem, seu, in ejus absentia, per Subrectorem, alias nominatum Correctorem, et Socios, infra octo dies, si omnes Socii sint præsentem, et in pleno termino: alias infra quatuor menses, postquam constiterit Rectori de vacantia Societatis alicujus collegæ; et tunc ad electionem novam, omnimodis fraude et dolo postpositis, procedatur, sub hac forma.

Preference to the parish of Rotherham. Masters to be elected to Fellowships before Bachelors. Election of Fellows.

Rector, et, eo absente, Subrector, et senior Socius præsens (dummodo si Rector, aut eo non præsentem, Subrector, sit de diœcesi Lincolnensi, et alius sit de diœcesi Eboracensi, et e converso) audiant private vota singulorum; et in quem major pars, vel (in casu quod est æqualitas vocum) senior pars consenserit, voce ipsius Rectoris pro duabus duntaxat computata (si præsens extiterit), ille pro electo habeatur. et absque mora per Rectorem, aut eo non præsentem, per Subrectorem aliter Correctorem, pronuntietur electus.

Quæ vero electio infra tres dies ab ejus inchoatione infallibiliter terminetur, conditione superius expressa de dictis diœcesibus semper salva: et sic electus, ad omne ultimum infra mensem ad jus collegii admittendus, si se offerat, admittatur; et infra medietatem anni ex tunc immediate sequentis, communias collegii nostri ingredi permittatur. Cuilibet vero collegæ promoti, dimidium anni immediate sequentis, a tempore suæ promotionis computandum, existendum in collegio, ad participandum omnia commoda et profectus, sicuti prius concedimus gratiose: sic tamen, quod omnia onera collegii subeat, pro illo tempore, sicut prius consuevit facere. Et si videatur Rectori quod non cedat in grave detrimentum collegii, concedimus sibi potestatem dispensandi cum altera medietate anni; ita quod ultra annum integrum, nullus sic promotus percipiet nec communias, nec cameram, nec aliquid de collegio tanquam Socius, sed omnino careat jure Societatis collegii.

Admission of Fellows.

Nec jus Societatis perdat quisquam, nisi ex causa totfariam; si promotus ad præbendam ultra quadraginta solidos; seu ad aliquod beneficium sine cura ultra quadraginta solidos; aut ad aliquam cantariam extra Universitatem, aut ad aliquod beneficium cum cura extra Universitatem. Infra tamen Universitatem dispensamus ut habeat beneficium cum collegio, si non excedat decem marcas. Proviso semper, quod nullum istorum beneficiorum, cantariorum, etc., obliget recipientem ad aliquam

Permission to hold a benefice in the University of the value of 10 marks.

observantiam impeditivam nostræ ordinationis observandæ in statutis nostris: aut si quis Sociorum sic promotus habeat patrimonium ultra quatuor libras.

Oath to observe statute respecting promotion.

Et ad hanc ordinationem infringibiliter observandam, unusquisque Sociorum sic promotus, ad evitandum omnem dolum, omnem simulationem, omnem cautelam, et omnem fraudem, quæ circa hanc materiam aliquo modo poterint evenire, coram Rectore, vel, in ejus absentia, Subrectore, et majori parte collegarum, juramentum præstabit corporale: quod juramentum Rector, vel eo absente Subrector, a sic promotus, sub pœna perjurii exigere tenebitur.

Forfeiture of Fellowship for misconduct.

Similiter jus collegii perdat quilibet notorie incontinens, vel alius quomodolibet criminosus, si judicio Rectoris et majoris partis Sociorum incorrigibilis censeatur. Simili modo, si, eorum judicio, aliquis de commensalibus seu sojornantibus collegii pacis et quietis, seu concordie, sit impeditor, aut inhonestæ famæ, aut vitæ indecoræ fuerit, et, fraterna caritate præmonitus per Rectorem seu Subrectorem, alias dictum Correctorem, honestati propriæ consulere recusaverit, de providendo sibi in alio loco, erga tempus certum, velut casus requirat, peremptorie præmoneatur, quod si noluerit expellatur.

Permission to hold stipend for celebrating masses for the dead.

Huic insuper priori nostro statuto superaddimus, quod licebit unicuique collegæ celebrare pro defunctis et vivis, et percipere annuale integrum stipendium, vel portionem ejusdem. Et ad istud, ex misericordia nostra, cum scholaribus nostris dispensamus, ut suffragio salarii, libros eis possint emere, et alia necessaria. Proviso, quod non minus corditer, nec minus efficaciter, quotidiana vota Domino fundant pro nostra et nostrorum animabus. Proviso, quod tale stipendium non sit impedimentum ordinationum nostrarum in statutis nostris. Concedimus tamen, de nostra speciali gratia, Rectori et majori parti Sociorum potestatem dispensandi, quod si quis Sociorum habuerit patrimonium, præbendam vel beneficium sine cura, ultra quadraginta solidos, dummodo summam centum solidorum non excedat, quod simul cum patrimonium, præbenda, vel beneficio tali sine cura, poterit talis Socius esse Socius collegii, quamdiu eis visum fuerit expediens pro collegio, et non diutius.

Permission to hold patrimony, or benefice without cure, to the value of 100 shillings.

CAP. II.—*De tribus officiariis collegii; et de modo eligendi Rectorem.*

Institution of a Rector.

Respublica sine Rege, populus sine principe, et communitas sine capite, consideratione sana et morali, monstra merito dici possunt. Hinc est quod constituimus in collegio nostro Rectorem præesse ut caput, quem et sic vulgariter appellari volumus, cui collegæ cæteri, et capellani et servientes, honestate qua deceat obtemperent et obediant. Cujus electionis seu præfectionis modus talis erit.

Die limitato et præfixo, ad omne ultimum infra mensem post vacantiam officii, si in pleno termino vacaverit, si in vacantia, infra duos vel quatuor menses, congregentur Socii in capella collegii, et dicatur missa per Subrectorem, vel per aliquem Socium quem assignaverit, de Spiritu Sancto, submissa voce. Qua dicta, Subrector assumet secum seniore Socium præsentem de diœcesi Eboracensi, si Subrector sit de Lincolnensi, et e converso; et simul sedentes juxta altare, scrutentur vota singulorum: et ille de collegis, vel qui olim fuit collega electus, in quem major pars consenserit, aut illa medietas cum qua concordat Subrector, pro electo habeatur; et lectis per Subrectorem vocibus in communi, per eundem immediate pronuntietur electus, sub tali forma. "Ego N., hujus collegii Subrector, alias Corrector, talem et quem major pars Sociorum, aut medietas illa cui ego adhæreo, elegerit, in Rectorem hujus loci, canonicè electum pronuntio, in nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti." Et statim electus, si præsens sit, aut absens cum venerit, coram altari genuflectet, Subrectore alias Correctore sic dicente: "Salvum fac servum tuum, Domine." *Resp.* "Deus, Deus mi, sperantem in te. Dominus nobiscum. Oremus. Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni," etc. Et statim scribantur literæ, sub sigillo communi collegii, domino Lincolnensi Episcopo vel suo vicario generali, in casu quod dominus sit extra regnum Angliæ, tali modo: "Reverendo in Christo patri et domino, domino nostro Lincolnensi Episcopo, seu ejus vicario generali, devoti vestri et fideles Subrector, alias Corrector dictus, et Socii collegii Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum Lincolnæ in Universitate Oxoniæ, vestræ diœcesos. obedientiam et reverentiam. Vacante nuper officio Rectoris dieti vestri collegii, per mortem vel cessionem talis et ultimi Rectoris ejusdem, juxta statuta nostri collegii, nos ad electionem procedentes, talem Socium nostrum N. N., vel talem qui olim fuit electus in Socium, in Rectorem nostrum elegimus, vestram paternitatem implorantes, ut ipsum in Rectorem collegii nostri admittere dignemini, et cætera agere, quæ vestro incumbunt officio et utilitati collegii vestri, gratiose cum favore. Datum sub sigillo nostro." Et statim, si non appareat contradictor qui electionem impugnet, dominus Episcopus vel ejus vicarius ipsum admittet, viva voce tantum, et regimen collegii sui tradet sibi, scribatque Subrectori alias Correctori pro ejus installatione; et pro tali scriptura nihil solvet registro Episcopi: et Subrector, receptis literis mandatoriis Episcopi, vel ejus vicarii generalis, installat eum in principali stallo ecclesiæ collegiatae, cum literis testimonialibus suæ installationis, sigillatis communi sigillo collegii. Si autem appareat

Manner of election of the Rector.

Form of letter to the Bishop of Lincoln, praying him to admit the Rector elect.

Installation of Rector.

Opposition to election.

Prælato infra archidiaconatum Oxoniæ; qui, accedens ad collegium, discutiet si juxta statuta ejusdem electio fuerit rite celebrata, vel non, et, Deum habens præ oculis, faciat justitiæ complementum. Proviso semper, quod nullus eligatur in Rectorem vel Subrectorem, nisi natus fuerit in altera dictarum diocesium, videlicet Lincolnensi vel Eboracensi.

Sit etiam in collegio nostro secundus post Rectorem, et in absentia sua ejus vices supplens, vocandus Subrector alias Corrector: ad quem Subrectorem pertineat defectuum in Sociis annotatio, et audire ab aliis quid ipsi annotent in defectibus aliorum Sociorum suorum: qui videlicet Subrector eosdem defectus Rectori annuntiet: et ipse, si domi perstiterit, vel in ejus absentia Subrector ipse, dicat: "Ecce, Magister N., notatur de vobis, quod, tali tempore elapso, nimis frequentatis domum talis laici, ac cum tali muliere, de quo oritur suspicio contra vos, collegio scandalum, colloquium habuistis." Vel sic, "Magister A., notatur de vobis, quod nimis raro celebratis, nimis tarde venistis ad divina servitia, nimis inquieti estis sociis vestris, nimis otiosi, minus vacantes libris," etc. Ad quæ objecta respondeat notatus cum reverentia; et si excusabilis videatur, admittatur excusatio, at si, iudicio Rectoris, vel in ejus absentia Subrectoris, et majoris partis Sociorum, videatur corrigendus, subeat correctionem, quæ Rectori, et, eo non præsentè, Subrectori, videatur consona, et eam realiter impleat, sub pœna expulsionis a collegio pro perpetuo. Sed præcipue ipse Subrector regimen collegii in absentia Rectoris habeat, et totale disputationis regimen gerat, dummodo ipse Rector disputationibus non intererit. Ad ipsum etiam sermonum assignationes, ad quos ex statuto obligantur collegæ in collegio, volumus pertinere; qui Subrector Socios prædicaturos in magno capitulo, ad festum Sancti Johannis ante Portam Latinam, assignet. Quorum si aliquis illud opus tam sanctum subire recusaverit, nisi alium de Sociis aut extraneis ad idem opus perficiendum induxerit, jus Societatis perdat pro perpetuo. Proviso semper, quod nullus Socius, limitatus ad prædicandum, aliquem pro se inducat ad prædicandum absque licentia Rectoris, sub pœna expulsionis a communiis, per medietatem anni; nisi ex causa rationabili Rectori, aut, in ejus absentia, Subrectori, aliud videatur. Ad hunc etiam Subrectorem pertineat, unam de clavibus cistæ communis custodire, et omnes literas pro negotiis collegii providere, præter acquietantias communes, de pecuniis quæ ad eum non spectant. Præterea, sit in collegio nostro tertius officarius, vocandus thesaurarius vel bursarius; qui oblationes seu obventiones colligat ecclesiarum, et redditus recipiat, et, desuper emendis communiis pro mensa collegii, mancipii et coqui, curam habeat; ita, tamen, quod nullum servientem ad officium admittat, neque expellat, absque con-

Rector and Subrector to be natives of Lincoln or York dioceses. Of the Subrector and his duties.

Sermons at the feast of St. John.

Of the Bursar and his duties.

sensu Rectoris: solvenda solvat, cavens sibi ut omnia fideliter scribat, et etiam omni anno, in crastino Sancti Thomæ Apostoli, de omnibus collectis et receptis, liberatis et expensis, totius anni, fidelem computum reddat coram Rectore, et, ipso non præsentem, coram Subrectore. et aliis Sociis præsentibus; et in fine cujuslibet termini, ostendat Rectori et majori parti Sociorum recepta et expensa illius termini; ut ipsi cautius agere possint, si quid mali acciderit, in proximo termino. Ad hunc pertineat reparatio reddituum, cum assensu Rectoris; etiam in ecclesiis et capella luminaria, panem et vinum, thus, aliaque hujusmodi necessaria, provideat. Ad hunc insuper pertineat custodia dispensatoria totius stauri domus, regimen promptuarii, et coquinæ ordinatio, pro focalibus, speciebus, et piscibus in grosso, et cæteris necessariis. Ita tamen, quod nihil agat contra voluntatem Rectoris et majoris partis Sociorum. Sed pro custodia thesauri unam cistam fieri volumus, sub tribus clavibus, in qua ponantur munimenta et thesaurus collegii. Quarum clavium unam habeat Rector, secundam habeat Subrector, tertiam unus de Sociis non officarius, si aliquis talis fuerit, secundum assignationem majoris partis Sociorum. Officium tamen Rectoris, et nullum aliorum, compatibile esse volumus cum quocunque beneficio ecclesiastico; quod corporale juramentum ad continuam residentiam requirit.

Custody of the treasure and muniments.

No officer, except the Rector, to hold a benefice.

CAP. III.—De gradibus eligendorum, et de disputationibus tam Magistrorum quam baccalaureorum.

Statuimus insuper et inviolabiliter ordinamus, quod nullus in nostri collegii collegam perpetuum admittatur, nisi Magister artium, vel ad minus baccalaureus ejusdem facultatis; et quod eligendus talis sit in sacerdotio constitutus, vel ad minus infra annum immediate post electionem in sacerdotio constitutus, si legitimæ fuerit ætatis, sub pœna expulsionis a collegio, nisi aliquod impedimentum occurrat, per Rectorem approbatum et majorem partem Sociorum. Præterea, cum ex fructifero exercitio profectus maxime augeatur scholasticus, huic statuto adjicimus, quod, omni septimana, in pleno termino, Quadragesima duntaxat excepta, feria sexta, nisi tali feria aliqua causa emergat rationabilis, per Subrectorem aut ejus vices gerentem approbata, post horam quintam, et ante sextam, vel ad ultimum in sexta incipiendo, si fuerint duo Socii domi, præter Rectorem et illum qui licentiatum est intendere sacrorum facultati canonum, congregatis eisdem Sociis et aliis commensalibus qui interesse voluerint, incipiendo a junioribus præsentibus, ascendendo ad seniores, sit, in loco ad hoc limitato per Rectorem, inter Magistros collegas* et commensales adesse volentes, fructuosa disputatio,

Fellows to be Masters or Bachelors of Arts, on admission, and to take priests' orders.

Disputations in theology.

* Collegii, Harl. MS. 7029.

super titulo alicujus theologicæ quæstionis, duobus insignito principiis; quem titulum, cum suis principiis, in tribus vel quatuor materiis seu punctis, cum bonis et vivacibus argumentis impugnari volumus, quamdiu Subrectori, vel ejus vicem gerenti, videatur expediens. Hoc adjecto, quod si theologus commensalis, vel alius quicumque admissus per Subrectorem, in tali disputatione, ad tenendum vel respondendum se offerre voluerit, admittatur ad quæstionem taliter disputandam; quilibet disputaturus, si primus sit in termino aliqua refectione, ad ultimum tertio die præcedente, postea vero disputaturus in fine disputationis prioris, per seipsum aut per alium ostendat seu proponat.

Disputations
in logic or
philosophy.

Masters to be
present at
Bachelors'
Disputations.

Other regula-
tions.

Sit etiam in omni septimana, in pleno termino, Quadragesima duntaxat excepta, in quarta feria, in hora per Subrectorem limitata, inter baccalaureos disputatio in logica aut philosophia, ad velle Subrectoris. Proviso semper, quod in omnibus disputationibus baccalaureorum sint omnes præsentés, tam Magistri quam baccalaurei, sub pœna quatuor denariorum toties quoties, nisi ex causa rationabili aliud Rectori, aut in ejus absentia Subrectori, videatur. Et admittantur extranei disputandum et respondendum inter baccalaureos, sicut inter Magistros. Attamen, si videatur Subrectori quod sit nimis grave baccalaureis sic disputare propter paucitatem eorum, volumus tunc, quod unus baccalaureus ordine suo proponat, congregatis omnibus Sociis, ut prius, unum dubium, et arguat in utramque partem, et contra veritatem arguat tribus vel quatuor argumentis, et respondeat ad eadem cum quadam declaratione materiæ in scriptis. Cum infallibili harum disputationum observantia nostrum collegium ante omnia oneramus in perpetuum. Ita quod, si nullus commensalis vel extraneus se offerat ad disputandum vel respondendum, semper per collegas collegii nostri, actus hujusmodi disputationum, ut prædictum est, observetur. Huic statuto hanc ordinationiunculam adjungentes, quod semper, post hujusmodi disputationes complete finitas, publice dicatur in loco disputationis "De Profundis," pro anima Fundatoris vel Fundatorum, et animabus omnium fidelium defunctorum, per Subrectorem, vel seniorem Socium ibidem præsentem, et alios Socios nostri collegii, cum oratione "Deus, qui inter Apostolicos" et oratione fidelium; et, in fine, sic dicens orationes dicat, "Anima ejus, vel animæ omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace." Et tantum de disputationibus.

Prayers for
souls of Foun-
ders, &c. after
Disputations.

Bible reading,
during dinner.

Sit etiam collegio nostro, hora prandii, competens lectura bibliæ, vel expositionis ejus, vel cujuscunque alterius utilis lecturæ, secundum discretionem Rectoris, vel in ejus absentia Subrectoris alias Correctoris, et, in ejus absentia, senioris Socii præsentis, quamdiu et quando eis videbitur expediens. Et tantum de lectura bibliæ.

Prædicto statuto, de disputationibus fiendis, adjicimus, quod non licebit alicui Sociorum esse absentem, in pleno termino, ultra mensem, sub pœna expulsionis perpetuæ a collegio, nisi causa suæ absentia per Rectorem et majorem partem Sociorum approbetur. In causa tamen minoris absentationis, Rectori, et in ejus absentia Subrectori, potestatem committimus dispensandi. Proviso semper, quod nullus collega, ultra duos dies naturales se a collegio absentet, absque licentia petita pariter et obtenta. Volumus tamen quod Rector sive Corrector in hujusmodi non reddat se difficilem, nisi ex causa per ipsum et majorem partem Sociorum approbanda. Concedimus tamen de nostra gratia speciali cuilibet Socio nostri collegii, per sex septimanas duntaxat in magna vacatione, liberam voluntatem se absentandi, statuto de licentia petenda non obstante. Rector quoque, in pleno termino, ultra sex septimanas nullatenus se absentet, nisi causa suæ absentia discretioni majoris partis collegiarum videatur approbanda; nisi in negotiis collegii occupatus fuerit, aut aliam causam rationabilem habuerit, per majorem partem Sociorum infra tres menses approbandam et approbatam. Cujus contrarium si fecerit, eo facto ejus sit officio privatus. Per totam tamen magnam vacationem absentare seipsum licebit. Cauto semper, in priore nostro statuto, quod nullus Socius, infra præinctum Universitatis existens, extra collegium pernoctet, nisi a Rectore, aut in ejus absentia a Subrectore, licentia petita pariter et obtenta: in ejus contrarium si fecerit, eo facto careat communiis collegii per mensem, toties quoties sic deliquerit. Et quoniam frequentatio scholarum in publica Universitate, nostræ Matri honorem præcipuum, et frequentantibus promptitudinem exercitii suæ facultatis noscitur præbere non modicam, statuto nostro præsentis adjungendo ordinamus, nostri collegii omnes theologos scholares Doctores et baccalaureos theologiæ, præter eos ad confessiones in Quadragesima in ecclesiis nostri collegii deputatos (quos, pro illo tempore tantum, a scholis exoneramus), scholas theologicas, in eorum habitibus aut collobiis, pro majori parte cujuslibet pleni termini, tam in ordinariis quam in disputationibus infallibiter exercere, ut ipsi magis apti reddantur pro gradibus theologiæ sacræ ab iis in posterum suscipiendis. Unde ordinamus et statuimus, quod unusquisque collega artium Magister, infra octo annos postquam necessariam regentiam compleverit suam, si tot annis continuasset in collegio, seu tot annis in theologia extra collegium; ita tamen quod non discontinuasset ultra annum; gradum baccalaureatus in theologia suscipiat. Post ejus susceptionem, infra sex annos immediate sequentes, ad apicem Doctoralem aspiret, nisi causa impediens occurrat, per Rectorem et majorem partem Sociorum approbata: cujus ordinationi quicumque contrarium fecerit Socius, eo facto sit non Socius.

Absence from Disputations in Term.

Absence from College.

Absence in the Long Vacation.

Absence of Rector.

Passing the night out of College.

Attending the Schools.

Degrees in theology.

One Fellow
may take his
degree in
Canon law.

Proviso nihilominus in hoc statuto, quod licebit uni soli de Sociis collegii, de quo Rectori et majori parti Sociorum videbitur expediens, intendere facultati sacrorum canonum, et in illa gradus sumere. Et quia talem non convenit cum alterius facultatis exercitio onerari, nec ipsum nec etiam Rectorem collegii volumus, in persona sua, prædictis hujusmodi disputationibus et scholarum exercitio onerari, neque susceptioni graduum in theologia obligari. Residuis vero Sociis jugum suave et leve onus dictorum operum scholasticorum infrangibiliter subeundum imponimus. Volumus etiam quod baccalaurei intersint ordinariis et disputationibus in eorum habitibus, pro majori parte cujuslibet pleni termini; et quod gradum Magistratus assumant, secundum discretionem Rectoris et majoris partis Sociorum, sub pœna expulsionis a collegio. Et consimiliter de eo qui intendit facultati sacrorum canonum, volumus quod assumat gradum Doctoratus, sub pœna expulsionis a collegio, ad discretionem Rectoris et majoris partis Sociorum. Volumus, tamen, quod nullus Socius divertat se ad jura seu leges, nisi Magister sit artium.

Bachelors to
take Master's
degree.

The Canonist
to take a Doc-
tor's degree.

CAP. IV.—*De duobus magnis capitulis, et certis modis scrutinia faciendi in eisdem; et de modo eligendi officarios.*

Two principal
chapters,
yearly.

Ad reformationem defectuum, et electionem duorum officiariorum, Subrectoris, aliter dicti Correctoris, et thesaurarii, omnibusque collegio nostro necessariis communicandis fructuose et expediendis, duo magna capitula quolibet anno celebrari volumus. Primum in die Sancti Leonardi, nisi Dominica fuerit; et tunc in crastino, hora septima, dicatur missa per aliquem Sociorum, secundum limitationem Subrectoris, sine nota, de Spiritu Sancto. Et, post missam, ibi coram Rectore, et, eo non præsentem, coram Subrectore, et aliis Sociis, illi qui audiverant compotum thesaurarii de anno præcedente exponant societati collegii statum, et quantum illi debetur, si quid tale fuerit, et ad quantum se extendebant totales receptiones anni præcedentis, et quanta fuerint expensa in grosso; et ibi videatur quid reparationis factum fuerit anno præterito, et quid oporteat fieri anno sequente; et de omnibus talibus fiat fructuosa communicatio et bona conclusio de agendis in anno futuro, prout Rectori et majori parti Sociorum videbitur expediens. Hoc facto, eligantur officarii, Subrector scilicet et thesaurarius, pro anno sequenti, vel renoventur electi, sic quod bursarius non stet in officio ultra duos annos continuos. Quorum electio ita fiet. In eodem capitulo Rector, et eo non præsentem Subrector, et senior Socius præsens audient vota singulorum, et in quos major pars præsentium, seu illa medietas cui adhæret Rector, vel eo absente Subrector, consenserit, voce ipsius Rectoris pro duabus computata, ut prius,

The first
chapter.

Audit of
accounts.

Election of
officers.

in Subrectorem et thesaurarium, pro anno futuro, eligantur; quibus, post electionem, omnia pertinentia eorum officiis tradantur, ut electi ea recipiant et eorum officia exequantur sine contradictione aliqua, sub pœna expulsionis a collegio. Et quoniam lites et jurgia, tanquam venenum mortiferum, animus noster nauseat et abhorret, præsertim in collegio nostro, propter studium, ubi quies tam animæ quam corporis est maxime necessaria; si tamen, prætextu alicujus electionis, vel eujuscunque alterius causæ, in collegio nostro (quod absit!) aliqua lis seu controversia orta fuerit, quæ honesto modo infra collegium nostrum sedari non poterit, tunc ad Dominum Episcopum Lincolnæ, qui pro tempore fuerit, si extiterit infra regnum, vel ad vicarium ejus generalem, in ejus absentia, vel, sede vacante, ad capitulum ecclesiæ cathedralis Lincolnæ, appellationem fieri permittimus. Quorum cujuslibet judicio vel decreto in eadem materia litis, omnino, omnes collegas collegii nostri stare volumus et assentire, et ab illo nullo modo ad alium judicem appellare, sub pœna perjurii et expulsionis perpetuæ a collegio. In hoc etiam capitulo fiet executio annotationis defectuum Sociorum, si qui fuerint, sub eisdem forma et modo sicut in secundo capitulo supra est dictum. In hoc etiam capitulo fiet electio librorum, quæ semper fiet hoc modo. Congregatis prius omnibus libris collegii, quos Rector et major pars Sociorum non catenandos in libraria collegii, sed in electionibus Sociorum transituros dignos duxerint, Rector vel ejus substitutus eligat librum quem ipse studere velit, post quem senior Socius vel ejus substitutus alium, sic descendendo. Et iterum, si subsint plures libri eligendi, secundum præfatum ordinem, a Rectore et collegis vel eorum substitutis eligantur. Proviso tamen, quod baccalavorum electio ad logicales libros et philosophicos præcise extendatur, et non ad theologicos. Quos nempe libros per indenturas recipi volumus, quarum omnes alteræ partes pro collegio in cista trium clavium exponentur; quas indenturas, per custodes cistæ, quolibet anno, in magno capitulo indefectibiliter liberari et ostendi volumus et ordinamus. Nec aliquem dictorum librorum impignorari nec plegiari, nec alicui foris a se accommodari. Cujus ordinationis faciens contrarium, præter satisfactionem pro quolibet libro deperdito, careat communiis sex septimanarum toties quoties.

Composing
strifes.Defects of
Fellows.Choosing
books for
study.Pawning or
lending books.

Secundum nempe capitulum magnum, post festum Pascha, in festo Sancti Johannis ante Portam Latinam, nisi Dominica fuerit, inchoetur, et tum in crastino, ut prius in alio magno capitulo. In hoc capitulo annotatio defectuum in Sociis, si qui fuerint, modo et forma ut in priori magno capitulo declaratum est, fiet. Fiet etiam præmonitio commensalium de providendo eis alia loca, si, ut prædicitur, causa subsit. In eodem etiam capitulo fiet et electio camerarum vacantium.

The second
chapter.Defects of
Fellows.Election of
chambers.

pro proximo anno futuro, si quæ camerarum vacaverint, sub hac forma. Primo eligat Rector, vel ejus substitutus, cameram vacantem, si velit, si autem locum mutare non decreverit, tunc senior Socius post eum; et sic per singulos usque ad juniorem descendendo; liberam habeat electionem. Insuper, in hoc capitulo fiet provisio pro reparationibus fiendis in æstate; circa quas reparationes quilibet aperiatur libere mentem suam, incipiendo a junioribus, in ultimis Rector, et, eo non præsentem, Subrector, concludat conceptum suum; et conceptui Rectoris et majoris partis Sociorum stabitur omnino in fiendis reparationibus. In hoc etiam capitulo, limitentur per Rectorem vel in ejus absentia per Subrectorem duo Socii, quorum unus habeat totale regimen chori ecclesiæ Omnium Sanctorum, si Subrector præsens non fuerit; et alter Socius regimen ecclesiæ Sancti Michaelis. Ad Socium vero sic limitatum ad ecclesiam Omnium Sanctorum pertinere volumus in Quadragesima confessiones parochianorum, cum capellano parochiali ejusdem, audire, et tam in ministracione sacramentorum et executione divini officii, cum opus fuerit, coadjuvare. Alius ad regimen chori Sancti Michaelis limitatus, locum Rectoris in dextra parte ibidem occupet, et capellanus parochiæ alium ex opposito, in sinistra parte, si seniores sui in gradibus loca illa non desiderent. Ipse quoque Socius cum capellano parochiali in Quadragesima confessiones parochianorum audiat, oblationes omnes et obventiones inibi provenientes recipiat, et thesaurario tradat. Similiter faciat Socius limitatus ad regimen chori Omnium Sanctorum. Et ut parochiani pertinentes ecclesiæ Sancti Michaelis ad majorem affectionem accendantur, volumus, quod Rector si præsens sit, quo absente Subrector, et omnes Socii præsentem, præter unum, qui in ecclesia collegiata maneat, in festo Sancti Michaelis, in Septembri, omnes intersint in ecclesia Sancti Michaelis; et Rector si præsens sit, vel Subrector eo absente, officium exequatur; et consimiliter faciendo in festo dedicationis ejusdem loci, in mense Octobris, omnes collegæ intersint. Et, in uno festo vel in alio, omni anno fiet sermo in vulgari ad populum, per aliquem Sociorum, vel ejus ad illud officium substitutum. Sed ne in sepulchro oblivionis claudatur devotio ad Sanctam Virginem Mildretham, volumus et ordinamus, quod omni anno festum ejus 13^o Julii celebretur solenniter per Rectorem, si præsens fuerit, et eo non præsentem per Subrectorem, et Socios in capella collegii, per modum duplicis festi, Subrectore exequente officium, vel ejus substituto, cum historia de Comuni, et legenda propria; præconizato festo ejusdem tam in ecclesia collegiata, quam in ecclesia Michaelis, semper in medio altæ missæ, in die Dominica festum suum præcedente, pulsatione habita trina vice cum campana collegii. Officium insuper divinum moderata morositate peragant; ad quod Subrector, vel per eum Socius deputatus, vigilem habeat

Repairs of
buildings.

Chaplains of
the churches of
All Saints and
St. Michael.

English
sermon.

Celebration of
the feast of St.
Mildred.

oculum. Et ut capitula statutorum nostrorum recentiori teneantur memoria, ordinamus, ut, semel in anno, omnia statuta recitentur a juniore præsente; ita quod medietas una in primo capitulo, secunda in secundo capitulo, ab eodem legatur. Postquam præmissa omnia in utroque capitulo majori locuta et contenta inter Sociosque communicata quæ pro tunc sufficere videbuntur, dicet Rector, vel eo absente Subrector, stando eorum altari, “De profundis,” cum orationibus, “Deus, qui inter Apostolicos” et “Fidelium” et “Anima Fundatoris nostri, et animæ omnium fideliter defunctorum, requiescant in pace. Amen.” Si autem aliquis Sociorum aliquod dictorum officiorum, sibi limitatum, ut prædicatur, recusaverit, vel aliquod stipendium vel salarium receperit vel admiserit, ratione cujus non potest debite exequi aliquod prædictorum officiorum sibi injunctorum, solvat pro communiis suis de propria bursa, quousque dictum officium sibi injunctum super se acceperit ac debite exequatur.

Reading the statutes.

Prayers for soul of Founder.

Refusal of office.

CAP. V.—*De communiis Sociorum.*

Lautitiam magnam in mensis clericis, et præsertim studentibus, non valde congruam arbitramur. Hinc est, quod scholaribus nostris moderamen dietæ indicere statuimus. Et ordinamus hebdomadales collegii nostri communias pro uno Socio ultra sedecim denarios se non debere extendere, præter principales hebdomadas, ut Nativitatis Domini, et Paschæ, et Pentecostes, in quarum qualibet ad duos solidos; præter etiam hebdomadas Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, Omnium Sanctorum, Dedicationis ecclesiæ Omnium Sanctorum, in quarum qualibet, ad viginti denarios; præter etiam quinque hebdomadas quinque festorum Beatæ Virginis, hebdomadam etiam Carnisprivii, Sanctæ Mildrethæ, et Dedicationis ecclesiæ Sancti Michaelis, et etiam hebdomadam Sancti Michaelis Archangeli; quarum qualibet ad octodecim denarios communias volumus ampliari, et non amplius. Nullusque Sociorum, imo nec Rector, in sua absentia percipiet aliquid pro suis communiis, nec alicui alteri assignabit. Computabitque mancipium communias unaquaque septimana die Veneris, immediate post prandium, coram thesaurario, et in ejus absentia, coram ejus substituto, nisi ipsum mancipium, aliqua causa honesta notabili emergente, accidat absentari. Habebunt insuper omnes Socii libere communium servientium obsequia de denariis collegii; de quibus pro mancipio, coquo, barbitonsore et lotrice, volumus allocari secundum quod melius Subrector et thesaurarius collegii poterunt cum eis convenire. Præterea, præter communias prætaxatas, et obsequia servientum et cameras, nihil de bonis collegii primæ foundationis accipiet aliquis Socius, præter Rectorem, qui quadraginta solidos, et Subrectorem et thesaurarium, quorum quilibet tredecim solidos et quatuor denarios,

Limitation of Fellows' commons.

Loss of commons by absence.

Use of servants.

Stipends of Rector, Subrector, and Treasurer.

Bible Clerk.

percipiet. Habebit Rector etiam clericum honestum et bene scientem legere, qui ei continuo famulatu deserviet, dum Rector præsens fuerit in collegio; et omni die in prandio legat Bibliam, expositionem ejusdem, vel aliam lecturam quamcunque, secundum discretionem Rectoris, vel, eo non præsente, Subrectoris, vel ejus substituti. Ipsaque lecta, per totum tempus prandii et cœnæ, toti communitati deserviat ministrando, non alias: ob quem laborem habebit in mensa dictus clericus Rectoris et lector Bibliæ cibum et potum quotidie de tota communitate, cum camera, rasura et lotione.

Fellows afflicted with incurable disease.

Si vero aliquis Sociorum incurabili morbo, infectivo aut horribili, ut lepra vel consimili, contigerit (quod absit!) infici, ne cæteri collegæ per eum infectionem aut læsionem patiantur, a communi habitatione Sociorum, ubicunque voluerit, se divèrtat, et pro jure Societatis suæ, dum vixerit, quadraginta solidos annuatim percipiat de denariis collegii. Præterea, si videatur Rectori et majori parti Sociorum, aliquem de Sociis esse notorie criminosum et incorrigibilem, præmonetur aliunde pro se providere, et extra collegium abjiciatur. Sed præsertim et præcipue super omnia, si testimonio fide dignorum duorum, non capitalium inimicorum partis, innotescere poterit Rectori et majori parti Sociorum, quod aliquis Sociorum alicui hæreticæ opinioni, in communicatione* privata vel publica malitiose et contumaciter faverit, et præcipue isti pestiferæ et novellæ sectæ, quæ omnia ecclesiæ sacramenta, gradus et status, et possessiones, impugnat; eo facto, absque pluribus, ab ovili collegii nostri pro perpetuo, velut ovis morbida, abjiciatur; si non, infra sex dies post monitionem sibi factam, se submittat Rectori, correctionem humiliter subeundo. Non enim decet hæresibus faventem illorum potiri consortio, qui in catholico theologorum collegio in hæresium exterminium præcipue sunt fundati. Quocirca, singularissime ordinando statuimus, quod, priusquam aliquis admittatur in collegam perpetuum, et prædictorum commodorum collegii sit particeps, subsequens juramentum, tactis sacrosanctis Dei Evangeliiis,† ante canonem in missali præstet, sub his verbis: "Ego N. juro, per hæc sancta Dei Evangelia, coram hac figura Domini nostri Salvatoris, quod, pro modulo meo, statuta, compositiones, ac laudabiles consuetudines hujus collegii, in quantum me concernent, dum ero collega ejusdem, dum vixero collega ejusdem, inviolabiliter observabo; et præsertim, quoad vixero, nunquam malitiose et contumaciter hæresibus aut errori scienter favebo, nec pestiferæ illi sectæ, quæ, antiquas hæreses renovans, sacramenta et status et dotationes ecclesiæ impugnat, clam vel palam adhærere videbor, sed ad ultimas vires meas, pro omni mea possibilitate, illas perpetuo detestabor; ita me Deus adjuvet, in die ultimi

Expulsion of incorrigible offenders, and of heretical opinions.

Oath to be taken before admission to the College.

* concione, Harl. MS. 7029.

† "tactâ imagine Crucifixi," Harl. MS. 7029.

judicii." Cum præmissis, tamen, de taxatione communarum hebdomadalium ad sedecim denarios aut plures, ut in festis majoribus duplicibus, ut prædictum est, dispensandi licentiam concedimus Rectori cum majore parte Sociorum ampliari, seu defalcare in tempore caristiæ duntaxat; quam caristiam intelligimus, cum quarterium frumenti pro decem solidis vel ultra in foro publice venditur.

Increase or diminution of commons, according to price of corn.

CAP. VI.—*De numero Sociorum diminuendo, si necesse fuerit.*

Quia in statutis nostris facta est specialis ordinatio de uno Rectore et duodecim Sociis, et de duobus capellanis amotivis, per Rectorem assumendis et expellendis, quibus cura parochianorum committatur, quorum unus est de diocesi Eboracensi, alius de diocesi Lincolnensi, si in Universitate aliqui tales habiles et idonei inveniantur; sin autem in Universitate non inveniantur, de propinquiore diocesi assumantur, de quibus collegium nostrum fundatum est et erectum. Et si, decrecente fortuna, redditus non sufficient ad onera supportanda, subtractio fiet de numero Sociorum ad numerum septenarium, quorum quatuor sint de diocesi Lincolnensi, de quibus tres sint de comitatu Lincolnæ et alius de diocesi Lincolnensi, et duo de comitatu Eboracensi, et unus de diocesi Wellensi. Qui siquidem numerus erat numerus primus in petitione facta domino Regi et Parlamento, eo quod numerus septenarius est numerus Universitatis, et Universitati maxime congruens. Et si major subtractio, necessitate cogente, fieri debet, tunc numerus septenarius diminuatur ad quinque; quorum duo semper erunt de comitatu Lincolnensi, et unus solus tunc sit de comitatu Eboracensi, et alius de diocesi Lincolnensi, et alius de diocesi Wellensi; cum duobus sacerdotibus parochialibus, curis Omnium Sanctorum et Sancti Michaelis deservituris. Et in casu majoris infortunii, diminuatur numerus quinarius ad numerum ternarium; quorum tunc unus sit de comitatu Lincolnensi, alius de comitatu Eboracensi, et alius de diocesi Wellensi, cum duobus sacerdotibus. Et ultimo, si collegium (quod absit!) tantæ necessitati succumbat, sint Rector et tres Socii; quorum unus sit de comitatu Lincolnensi, et alter de comitatu Eboracensi, et alius de diocesi Wellensi; occupantes loca et vices duorum capellanorum deservientium duabus curis prædictis et capellæ Sanctæ Annæ. Sed quia, in diebus nostris in Universitate Oxoniensi, in quibusdam collegiis, quosdam Sociorum eorumdem, Deum præ oculis non habentes, in fraudem Fundatoris et eorum grande periculum, cognovimus numerum suæ foundationis in numero Sociorum secundum facultates et bona eorum minime adimplere, ut ipsi lautius vivant secundum carnem; igitur, ne occasione licentiandi Rectorem et Socios ad diminuendum numerum

Deficiency in eligible candidates from dioceses of Lincoln and York.

Reduction of number of Fellows from defect of rents.

Number to be restored, upon increase of revenue.

foundationis nostræ, adversis casibus occurrentibus, torpor seu malus animus eisdem obsistat, sole prosperitatis fulgente, ad recuperandum numerum defalcatum, firmiter injungimus, et sub pœna anathematis ordinamus, secundum quod bona fortunæ recurrant et accrescant, et numerus Sociorum, et præcipue si possibile fuerit ad numerum quindecim, scilicet Rectoris et duodecim Sociorum, cum duobus presbyteris amotivis, ut in nostra erectione memoratum est, accrescat. Et ut ista sic repetita meliorem seu pleniorum sortiantur effectum, si quisquam alius in futuro, spiritu piæ devotionis inductus, dictum nostrum collegium de bonis suis augere et scholares nostræ foundationis potioribus donis ampliare intenderit, scilicet in vestura, in salario, in communiis, vel quocunque alio modo, cum gratiarum actione ipsum vel ipsos ad hoc devotissime supplicantes et rogantes, licentiam concedimus specialem; ita, tamen, quod statuta per nos edita salva permaneant et illæsa.

Enlargements
of the foun-
dation by
strangers.

CAP. VII.—*De sermonibus dicendis.*

Multum sacræ theologiæ scholaribus conveniens arbitramur, ut in prædicatione verbi Dei vicissim et interdum se exercent prædicatione catholica evangelicæque, quæ practica sacræ theologia dicitur. Hæc theologorum famam ampliat quoad mundum, merita auget quoad Deum; ex hac suppressio vitiorum virtutumque augmentatio, et salus provenit animarum. Volentes itaque quod scholares nostri, non ob hoc scholastici exercitii curam et studium omissuri (quod absit)! sed ex hinc, ut aliquoties gratæ alterationis delicata varietate pascantur; statuimus et ordinamus, quod Rector per seipsum, si præsens fuerit et ad hoc dispositus. inque opposito casu per alium, omni die Paschæ collationem fructuosam faciat in vulgari ad populum in ecclesia Omnium Sanctorum, quomodo se præparare debeant ad viaticum. Similiter faciet Socius deputatus ecclesiæ Sancti Michaelis. Alios quoque tres sermones in vulgari fore prædicandos per Rectorem et Socios ad populum ordinamus et statuimus; unum in festo Sancti Michaelis, in ecclesia ejusdem ad portam borealem Oxonii, seu in dedicatione ejusdem ecclesiæ; alium in festo Omnium Sanctorum, in ecclesia eorundem Oxonii; et tertium in dedicatione ejusdem ecclesiæ Omnium Sanctorum. Ad quos siquidem sermones indefectibiliter observandos Subrector limitabit Socios, in magno capitulo celebrato in festo Sancti Johannis ante Portam Latinam, ut prædictum est in tertio capitulo.

Sermons in
English.

CAP. VIII.—*De officio divino, et assignatione ad altaria.*

Ut autem per scholares nostros Altissimo placeatur devotius, et, ex eorum lucentibus moribus, parochianorum et vicinorum

erga eos devotio accendatur, statuimus et ordinamus, quod Divine services on festivals. omni die festo accedant omnes Socii ad ecclesiam collegii, ibidem divina peragendo, honestate qua decet, nisi Rector, ob causam rationabilem aliquam, aliquem vel aliquos licentiarum velit; excepto illo, qui deputatus est ecclesiæ Sancti Michaelis, qui pro majori parte anni divinis ibidem diebus festivis intersit: vel omni die festo principali, et majoribus duplicibus festis, accedat Rector, si domi sit, et ad hoc dispositus, ad ecclesiam collegii, ibidem divina exequendo, cum omnibus Sociis præsentibus, excepto isto qui deputatur ecclesiæ Sancti Michaelis; et accedat honeste Rector in almisia, si habet, sin autem superpellicio et caputio gradui suo competenti; similiter et Socii, Rectore exequente officium. Et quoties Rector est executor officii, sint duo Socii rectores chori secundum limitationem, ut prius, exceptis diebus Sancti Michaelis in Septembri et Octobri, quibus volumus ut accedant ad ecclesiam Sancti Michaelis, modo consinili, excepto uno pro ecclesia collegiata, ut prius. Item, volumus quod festum Feasts of St. Hugh and St. Mildred. Sancti Hugonis et festum Sanctæ Mildrethæ celebrentur ut majora duplicia festa temporibus suis: et festum Sanctæ Mildrethæ celebretur in capella collegii nostri. Et de commemorationibus statuimus quod per Rectorem et omnes Socios sacerdotes dicatur commemoratio de Omnibus Sanctis, et per illum, qui deputatus est ecclesiæ Sancti Michaelis, dicatur commemoratio de Sancto Michaele. Et quando possunt fieri tres commemorationes, alternis vicibus dicatur de Sancto Thoma, et de Sancto Hugone. Statuimus etiam quod licebit Rectori semper celebrare in capella collegii, vel ecclesia collegiata, vel alibi ubi voluerit. Licebit etiam Subrectori et thesaurario, pro tempore officiorum suorum duntaxat, celebrare in capella vel ecclesia collegiata. Licebit etiam Rectori, quemcumque aut quoscunque voluerit, licentiarum ad celebrandum in capella. Proviso, quod unus celebret in capella Sanctæ Annæ, et tres ad minus, si tot sint in sacerdotio constituti, celebrent in ecclesiis nostris, ad parochianorum devotionem excitandam. Proviso, etiam, quod ad celebrandum in dicta capella sit licentia obtenta. Commemorations of Saints.

CAP. IX.—*De suffragiis dicendis pro Fundatoribus et benefactoribus.*

Sub compendio expressuri quæ orationum suffragia pro anima Richardi Fleming, originalis Fundatoris collegii nostri, Prayers for Founders. et pro anima nostra, cum ab hac luce discessuri fuerimus, perpetuis temporibus fieri debeant, statuimus infringibiliter et ordinamus, quod Rector et omnes Socii collegii, in omni missa dicenda per eos vel eorum aliquem, dicatur oratio * “Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulum tuum Fun-

* Sic in MSS.

datorem nostrum," usque post obitum nostrum; et tunc dicitur, "Fundatores nostros," sic continuando in omni missa in perpetuum; missa in cœna Domini, vigiliis Paschæ et Pentecostes, principalibus et majoribus duplicibus propter solennitatem festorum, etiam missis de Requiem, duntaxat exceptis. Insuper ordinamus et statuimus, quod, singulis annis in perpetuum, in die conversionis Sancti Pauli, sit missa in capella collegii nostri, pro anima Richardi Fleming, originalis Fundatoris collegii nostri, pro animabus parentum et benefactorum suorum, cum exequiis mortuorum in die præcedenti, per Rectorem et Socios præsentem, si Rector sit præsens, si non sit præsens, tunc Subrectorem vel per seniore Socium præsentem. Simili modo fiet pro anima nostra, cum ab hac luce subtracti fuerimus. Eodem die, anno revoluto, observetur anniversarius dies, pro anima nostra, parentum et benefactorum nostrorum: et omni anniversario, tam pro anima Richardi Fleming, vel anima nostra, dicetur oratio, "Deus, cujus anniversarium depositionis diem commemoravimus, animam Fundatoris," &c., recitando et nominando Fundatorem, Richardum vel Thomam, prout casus exigit. Item, statim cum innotuerit Rectori vel majori parti Sociorum dies obitus nostri, fiant exequiæ cum missa in crastino, ut dictum est, solenniter pro anima nostra, præsentibus Rectore et Sociis domi existentibus. Et si Rector non sit domi, tunc Subrector, Sociis præsentibus congregatis, solennizet exequias cum missa in crastino, ut dictum est. Et ut Rector et omnes Socii devotius excitentur ad completionem dictæ ordinationis nostræ pro anima nostra, volumus et ordinamus quod, tam in prima missa post obitum nostrum, quam in anniversario nostro in perpetuum, Rector, si præsens fuerit exequiis et missæ, percipiet de denariis collegii nostri duo solidos, et quilibet Socius præsens duodecim denarios, et uterque sacerdos amotivus collegii sex denarios, et bibliolista quatuor denarios, et tota communitas duo solidos, pro pietantia, singulis annis in perpetuum percipiet. Item, statuimus quod, in omnibus sermonibus solennibus dicendis per Rectorem et Socios, vel eorum aliquem, rogentur auditores per prædicatorem ad orandum pro anima Richardi Fleming inter mortuos, et etiam pro anima domini de Bekingtonia, specialis benefactoris ejusdem. Et post obitum nostrum, simili modo fiet per prædicatorem, moventem populum ad orandum pro anima nostra, dicendo sic: "Orabitur pro anima Richardi Fleming, originalis Fundatoris collegii Lincolnensis, cujus ego sum Rector vel Socius, et pro anima domini Thomæ Rotheram, quondam Lincolnensis Episcopi, reformatoris et specialissimi Fundatoris dicti collegii, et pro anima dicti Thomæ de Beckinton, Johannis Forrest, et aliorum benefactorum ejusdem." Item, ordinamus et statuimus quod, usque ad diem obitus nostri, per Rectorem et Socios dicti collegii nostri,

Mass and anniversary for Richard Fleming, and Rotherham.

Payments to those who are present at Founder's anniversary.

Prayers for Founders to be recommended in sermons.

Prayer for Rotherham in all masses.

in omnibus missis dicendis per eos vel aliquem eorum, dicatur oratio illa, "Rege, quæsumus, Domine, famulum Thomam Fundatorem nostrum," cum secreto et postcommunione, pro prospero statu nostro; missa in Cœna Domini, vigilia Paschæ et Pentecostes, festis principalibus et majoribus duplicibus, missis de Requiem, duntaxat exceptis. Et pro omnibus aliis benefactoribus collegii nostri, volumus et statuimus quod fiant suffragia pro eis, secundum vim et formam in compositionibus inter collegium et benefactores scriptam et specificatam. Pro anima Johannis Buktot sacerdotis, qui contulit collegio manerium suum in Parva Policot in comitatu Buckingham; et quia non remanet compositio in scriptis, statuimus quod, omni anno, in festo Sancti Matthiæ Apostoli, per Rectorem et Socios, vel per collegium, mittatur sacerdos ad dictam Policot, ad dicendam missam in ecclesia parochiali de Ashendon in comitatu de Buckingham, cum exequiis in die præcedenti sine nota, et etiam ad prædicandum ibidem, et orandum in sermone pro anima dicti Johannis Buktot et parentum suorum, singulis annis in perpetuum. Item, in omnibus gratiis post prandium dicetur ista clausula, "Anima Fundatoris nostri, animæque Johannis et Thomæ, et omnium fidelium defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace." Et post obitum nostrum dicetur sic, "Animæ Fundatorum nostrorum, animæque Johannis et Thomæ." Item, omni die per annum dicetur "De profundis," cum oratione fidelium, et pro animabus omnium fidelium defunctorum in aula collegii nostri, in fine sic dicendo, "Et requiescant in pace. Amen." Et in omnibus sermonibus solennibus per Rectorem et Socios ubicunque dicendis, statuimus quod per prædicantem, usque ad obitum nostrum, rogetur populus ad orandum pro prospero statu nostro, nominati reformatoris et Fundatoris collegii dicti Lincolnienensis.

Prayers for Benefactors.

Prayers for John Buktot.

Prayer for Founder in Graces after dinner.

CAP. X.—*De ecclesiis collegio nostro appropriatis.*

Imprimis, pro ecclesia de Twyford, statuimus et ordinamus quod Rector collegii nostri qui pro tempore fuerit, in perpetuum, bis in anno propriis sumptibus ad minus, dictam ecclesiam supervideat: et, in omni Quadragesima, verbum Dei parochianis ibidem, per se vel per unum de Sociis, ministret: colligat et recipiat omnes decimas et oblationes, et proventus omnes et obventiones dictæ ecclesiæ de Twyford, quomodolibet in perpetuum, et eas in proprios usus, nomine feudi sui pro officio suo, convertat, et decem libras collegio nostro pro prædictis proventibus de claro solvat annuatim; remittat etiam summam quatuor solidorum Rectoribus collegii, nomine feudi antiquitus solutam; reparationes competentes faciat; pro capellano ibidem videat, et ejus stipendium solvat, Episcopo procuraciones et indemnitates Archidiacono; et generaliter

Of Twyford Church.

Of Combe
Church.

omnia onera tam ordinaria quam extraordinaria ferat et subeat. Et pro ecclesia de Combe, statuimus et ordinamus quod Rector collegii nostri bis in anno supervideat rectoriam ibidem; et qualibet vice allocentur ei de denariis collegii sui, pro expensis suis, tres solidi et quatuor denarii, et non amplius, nisi ex consensu majoris partis Sociorum. Volumus etiam et ordinando statuimus quod, omni Quadragesima per duas septimanas, sit unus de Sociis collegii, quem assignaverit Rector, expectans in dicta parochia de Combe, in adjutorium capellani ibidem, pro sacramentis ministrandis; et sit talis Socius qui est aptus ad verbum Dei ministrandum cum necesse fuerit, et habeat communias suas sicut si staret in collegio. Et si Rector in dicta rectoria de Combe residere voluerit, dummodo mensem in termino non excedat, habeat allocationem pro communiis suis, quantum haberet si esset residens in collegio. Item, statuimus et ordinamus quod de numero Sociorum illorum quatuor, qui eligendi sunt de comitatu et diocesi Eboracensi, præferat unum ad minus de parochia de Rotherham, si aliquis, iudicio eligentium, de dicta parochia de Rotherham habilis inveniri poterit. Item, volumus et ordinamus quod, sicut crescunt redditus et possessiones collegii nostri, sic crescat et numerus Sociorum; ita quod, quam cito redditus sufficere possunt pro exhibitione unius Rectoris et duodecim Sociorum, sit numerus unius Rectoris et duodecim Sociorum, ad orandum et divina peragenda pro salubri statu nostro, dum vixerimus, et pro anima nostra, cum ab hac luce migraverimus, et pro anima Richardi Flemingæ, originalis Fundatoris dicti nostri collegii, pro animabus etiam omnium benefactorum ejusdem, in perpetuum. Amen.

Preference of
natives of
Rotherham
for Fellow-
ships of York
diocese.

Number of
Fellowships
to increase
according to
growth of
revenue.

Acta sunt hæc per nos Thomam, Dei gratia Lincolniensem Episcopum, II^o die mensis Februarii, anno Domini 1479, et nostræ consecrationis anno octavo, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, et utilitatem Ecclesiæ suæ; cui sit honor in sæcula sæculorum! Amen.

Power re-
served to
Founder to
alter and add
to Statutes.

Reservata nobis potestate prædicta statuta corrigendi, interpretandi, augendi, diminuendi, plura statuta, si necesse fuerit, condendi, quoties videbitur nobis opportunum. Amen.

STATUTES OF LINCOLN COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- ABSENCE** from College, 19, 23.
 ——— of Rector, 19.
Accompts, audit of, 20.
Benefactors, prayers for, 29.
Benefices, permission to hold, 13, 14, 17.
Bible, reading of, 18.
Bible clerk, 24.
Books of study, 21.
 ———, lending of, &c., *ib.*
Buktot (John), prayers for, 29.
Buildings, 12.
 ———, repairs of, 22.
Bursars, duties of, 16.
Chambers, election of, 21.
Chaplains of All Saints and St. Michael,
 22.
Chapters, annual, 20.
College buildings, 12.
Combe, church of, 30.
Commons, loss of, 23.
 ———, limitation of, 23.
 ———, variation of, 25.
Degrees in theology, 19.
 ——— in common law, 20.
Disputations, regulations relating to, 17,
 18, 19.
Divine service on festivals, 26.
Elections of officers, 20.
 ——— of chambers, 21.
 ——— of Fellows from dioceses of
 Lincoln, York, and Wells, 12.
Expulsion, 24.
Fellows, addition of five, 11.
 ———, election of, 13.
 ———, admission of, *ib.*
 ——— permitted to hold certain bene-
 fices or patrimony, 13, 14.
 ——— prohibited from holding certain
 benefices, 17.
 ———, degrees to be taken by, &c., *ib.*
 ———, defects of, 21, 24.
 ———, their commons limited, 23.
Fellows, reduction of number of, 25.
 ———, restoration of number of, *ib.*
 ———, increase of numbers of, 30.
Fellowships, forfeiture of, 13, 14.
 ———, preference in favour of
 natives of Rotheram, 30.
Festivals, divine services on, 26.
Fleming, Richard, Bishop of Lincoln,
 foundation by, 11.
 ———, mass and anniversary for, 28.
Foundation, enlargement of, 26.
Founder, prayers for, 18, 23, 27, 28, 29.
 ———, anniversary of, 28.
 ———, power of, to amend statutes,
 &c., 30.
Heretical opinions, 24.
Lincoln diocese, elections from, 12.
Logic, disputations in, 18.
Masses, stipend for celebrating, 14.
Mildred, St., feast of, 22.
Muniments and Treasure, custody of,
 17.
Night passed out of College, 19.
**Oath to observe statutes respecting pro-
 motion**, 14.
Oath on admission, 24.
Office, refusal of, 23.
Officers, election of, 20.
Patrimony, v. Fellows.
Philosophy, disputations in, 18.
Rector, 14.
 ———, election of, &c., 15.
 ———, opposition to election of, *ib.*
 ——— to be native of the diocese of
 Lincoln or York, 16.
 ———, permission to, to hold benefices,
 17.
 ———, absence of from College, 19.
 ———, stipend of, 23.
Repairs, 22.

Rotheram, Thomas, mass and anniversary of, 28.
 Rotheram parish, preference to natives of, 13, 30.

Saints, commemoration of, &c., 26.

Schools, attendance at, 19.

Sermons, English, 22, 26.

———, at feast of St. John, 16.

Servants, 23.

Statutes, 12.

———, oath to observe, 14.

———, reading the, 23.

———, Founder's power to amend, 30.

Strifes, 21.

Study, books of, 21.

Sub-rector, to be native of the dioceses of Lincoln or York, 16.

———, duties of, *ib.*

———, stipend of, 23.

Theology, disputations in, 17.

———, degrees in, 19.

Treasure, *v.* Muniments.

Treasurer, stipend of, 23.

Twyford, church of, 29.

Wells and York, dioceses of, elections from, 12.

COMPOSITIO EDVARDI DARBY.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos hoc præsens scriptum tripartitum et indentatum pervenerit, Joannes Cottisford, S. T. P., ac Custos sive Rector collegii Beatæ Mariæ et Omnium Sanctorum in Oxonia, vulgariter appellati "*Lincoln College*," et ejusdem loci Socii, salutem in Eo, in quo est vera salus.

Sciatis quod quidam venerabilis vir, Magister Edwardus Darby, dudum nostri collegii Socius, omnium amicissimus, ac pro nunc Archidiaconus de Stowe in comitatu Lincolnensi, ob favorem fidei et augmentationem virtutum, ac incrementum bonarum ac sacrarum literarum, necnon pro salute animæ suæ, parentum, amicorum et benefactorum suorum, ac omnium fidelium defunctorum, plurima dona et beneficia, intuitu caritatis, ex mero motu suo, nobis dicto Custodi sive Rectori et Sociis, ac successoribus nostris, pro perpetuo contulit et exhibuit; ac inter alia quandam summam pecuniariam, viz. quadraginta librarum, ea de causa ac intentione ut nos, dictus Custos sive Rector et Socii, perquireremus terras et tenementa collegio nostro memorato, ad valorem viginti librarum annuatim; quas terras ac tenementa hujusmodi prætextu perquisivimus, et in manibus habemus; ad perimplendum suum ulterius beneplacitum et voluntatem, quæ postea evidentius apparebunt in his scriptis; nobis et collegio nostro antedicto donavit et liberavit. Nos, Custos sive Rector et Socii collegii antedicti, volentes, sicuti ex naturali æquitate tenemur, tanto venerabili viro in eo quo poterimus remunerationem facere, eidem Magistro Edwardo Darby, executoribus et assignatis suis, permittimus et concedimus, pro nobis et successoribus nostris, ac per hoc præsens scriptum nostrum, modo quo præfertur indentatum, nos et successores nostros obligamus, quod tam pro bono statu ejusdem venerabilis viri, parentum, amicorum et benefactorum, dum vixerit, quam pro ejus anima quam ab hac vita migraverit, orabimus; et quod omnium missarum, orationum, eleemosynarum, et aliorum quorumcunque suffragiorum nostrorum et operum meritoriorum, per nos seu aliquem nostrum et successores nostros dicendorum et faciendorum, particeps sit, concedimus per præsentem; et postquam ab hac luce, Deo disponente, migraverit, nos et successores nostri, qui pro tempore fuerint, obsequia anniversaria pro ejus anima, parentumque et amicorum, et benefactorum suorum, fidelium defunctorum, primo anno quam cito ejus migratio ad notitiam nostram pervenerit, ac deinceps, singulis annis in perpetuum, futuro die obitus sui, vel infra sex dies immediate sequentes quo convenienter fieri poterit, in capella nostra infra dictum colle-

gium nostrum, devote, diligenter et fideliter, observabimus et tenebimus; videlicet, cum exequiis et laudibus nocte præcedenti, et missa de Requie per notam, ac commendationibus submissa voce sine nota, devote et cum matura deliberatione, cum collecta, "Deus, indulgens Domine, da animæ famuli tui Edwardi sacerdotis, quondam Socii et benefactoris nostri præcipue, animabusque parentum et benefactorum suorum, et omnium fidelium defunctorum," et in secretis missæ, "Propitiare, quæsumus, Domine, supplicationibus nostris pro anima famuli tui Edwardi sacerdotis, quondam Socii et benefactoris nostri, animabusque parentum et benefactorum, et omnium fidelium defunctorum," etc.; et in post-communione, "Præsta, quæsumus, Domine, ut anima famuli tui Edwardi sacerdotis, quondam Socii hujus collegii et benefactoris nostri, animæque parentum et benefactorum suorum, animæque omnium fidelium defunctorum," etc.; die sequente, solenniter ac modo meliori quo poterimus. Concessimus etiam, et per præsentem nos et successores nostros præfato magistro Edvardo Darby et assignatis suis obligamus, ad distribuendum annuatim dicto die anniversarii in perpetuum, pro salute animæ prædicti magistri Edwardi Darby, parentum, amicorum, benefactorumque suorum, et omnium fidelium defunctorum, quandam summam pecuniariam, sub modo et forma sequentibus solvendam; videlicet, Custodi sive Rectori collegii prædicti pro tempore existenti, dum tamen exequiis ab antiphona, "Audiivi vocem," usque ad antiphonam, "Ego sum," et missa a primo "Κυριε ελεησον" usque ad tertiam "Agnus Dei," nisi fuerit aliter et legitime impeditus collegii negotiis, intersit, ac cuilibet sociorum Collegii nostri antedicti ibidem tunc existenti, ac modo et forma quibus in persona Rectoris superius specificatis exequiis et missæ interessenti, aut si negotiis collegii juste et sine fraude absint, duodecim denarios; utrique capellano, modo quo præfertur tunc præsentem, duo denarios; necnon pro pittantia, eodem die, Rectori et Sociis annuatim tres solidos et quatuor denarios. Promittimus etiam pro nobis et successoribus nostris, et obligamus nos et successores, prædicto Magistro Edvardo Darby, et successoribus suis, ad solvendam annuatim pro sustentatione trium scholarium graduatorum ejusdem Universitatis Oxoniensis, nominandorum per prædictum magistrum Edwardum Darby, Archidiaconum de Stowe, durante vita sua; et post mortem ipsius, duo ex illis tribus Scholaribus erunt nominandi et eligendi per Rectorem et Socios dicti collegii Lincolniensis et successores eorum in perpetuum, modo et forma quibus cæteri illius collegii eligentur, virtute statutorum ejusdem collegii. Quorum duorum, unus semper erit archidiaconatus de Stowe in comitatu Lincolniensi, alter vero de comitatu Leicestriensi, vel de comitatu Northamptoniensi; ita, tamen, quod scholaris archidiaconatus Leicestriensis, si moribus et scientia æqualis vel aliis

scholaribus comitatus Northamptoniensis, conscientiis eligentium coram Deo onerandis, reperiatur, semper præferatur, in nominatione et omni electione, omnibus scholaribus dicti comitatus Northamptoniensis. Et si inde aliqua oriatur dubitatio inter eligentes in eadem electione ejusdem comitatus, quod tunc Rector et Socii collegii prædicti præsentabunt dictam electionem Episcopo Lincolnensi, pro tempore existenti, infra quindecim dies hujusmodi electionem proxime et immediate sequentes, sub sigillo quo Rector ipsius ad cæteras ejusdem collegii utitur. Ipseque Episcopus eandem obligationem, infra octo dies tunc proxime sequentes, declarabit et finaliter determinabit; cujus declarationi et determinationi omnino stabitur in hac parte, sine aliqua resistentia aut sinistro labore in contrarium. Quod si Episcopus extra regnum Angliæ absuerit, tunc ejus vicarius in spiritualibus generalis, sive officialis principalis pro tempore existens, vel si sedes Episcopalis vacaverit, tunc Decanus et Capitulum ecclesiæ catholicæ Beatæ Mariæ Lincolnensis, ipsove Decano absente aut Decanatu vacante, Præsidentem et Capitulum ejusdem, infra octo dies, hujusmodi dubitationem modo quo præfertur declarabunt et determinabunt. Tertius vero erit semper de comitatu Oxoniensi, et semper nominetur et præficiatur per Episcopum Lincolnensem quemcumque, pro tempore existentem, si fuerit infra regnum Angliæ; quod si absens fuerit extra regnum Angliæ per duos menses continuos proxime post vacationem Societatis sive loci ejusdem tertii scholaris, tunc per Decanum et Capitulum ecclesiæ catholicæ Beatæ Mariæ Lincolnensis modo quo præfertur nominetur et præficiatur; ipsove Decano extra ad tunc existente, sive Decanatu tunc vacante, per Præsidentem et Capitulum ejusdem. Volumus etiam et concedimus quod quilibet istorum trium scholarium graduatorum, et in dorso hujus ordinationis eligendus et nominandus et præficiendus, habeat pro stipendio suo singulis annis, pro communi, vestura, exequiis, et aliis commoditatibus omnibus, sicut cæteri Socii ejusdem collegii habeant, et futuris temporibus habebunt. Volumus et concedimus quod dicti tres scholares, nominandi per præfatum magistrum Edwardum Darby, durante vita sua, et post vitæ terminum ejus, ut præfertur, habeant cameras et stallum in choro, locum et vocem in Capitulo, ac in omni electione et aliis negotiis ejusdem collegii, ac alia jura omnia sicuti cæteri Socii habent in omnibus; habeantque commune obsequium de communibus servientibus, de mancipio, bibliotista, barbitonsore, coquo et scholari pauperulo, nostri collegii, sicut etiam cæteri Socii habent sive habebunt.

Item, volumus et concedimus quod communes servientes dicti collegii, scilicet mancipium, bibliotista, barbitonsor, scholaris pauperulus et coquus, habeant quinque solidos singulis annis, per æquales portiones dividendos inter eos, ad orandum pro

anima antedicti Magistri Darby, parentum, amicorum et benefactorum suorum, in exequiis et missis prædictis, dicendis sigillatim, quibuslibet per se, eodem tempore sive eodem die exequiarum, super preculas suas, integrum psalterium Beatæ Mariæ Virginis, et in consideratione servitorum suorum per ipsos et eorum quemlibet collegio impendendorum. Promittimus, insuper, nos Rector et Socii antedicti, ex mera liberalitate nostra, pro nobis et successoribus nostris, quod quoties contingat nos vel successores nostros, aut aliquem nostrum sive successorum nostrorum, in ecclesiis Omnium Sanctorum et Sancti Michaelis Oxoniæ, dicto collegio nostro appropriatis, sive infra Universitatem Oxoniensem prædictam, verbum Dei in posterum prædicare, quod bonum statum ejusdem Magistri Edwardi Darby dum vixerit, et post mortem ejus animam suam, precibus auditorum devote, nominatim, publice et expresse, commendabimus, et sic quilibet nostrum commendabit. Ulterius, promittimus, solvendos annuatim singulis annis futuris in perpetuum die computationis dicti collegii nostri, Rectori ejusdem collegii pro tempore existenti, sex solidos et octo denarios; et cuilibet Sociorum ejusdem tres solidos et quatuor denarios. Præterea, volumus et concedimus ut quilibet dictorum trium scholarium, modo quo præfertur eligendus, nominandus et præficiendus, in prima admissione sua in Socium dicti collegii nostri, juramentum præstet corporale, quod, si fuerit sacerdos, dicat quotidie in missa sua, cum celebraverit, unam collectam pro salute animæ dicti Magistri Edwardi Darby, parentum et amicorum suorum, et omnium fidelium defunctorum; si vero non fuerit sacerdos, quod tunc dicat semel in qualibet hebdomada, "Placebo," et "Dirige," cum laudibus et commendationibus pro salute animarum prædictarum annuatim, quousque in sacerdotem promotus fuerit; et deinde collectam prædictam in sua missa pro animabus prædictis; quodque ad observationem omnium et singulorum statutorum et ordinationum dicti collegii astringantur et obligentur, prout cæteri Socii ejusdem collegii astringuntur et obligantur. Et insuper, quoad dictum anniversarium, observandas exequias et missas dicendas et celebrandas, necnon dictam summam pecuniariam dicto die anniversarii, modo et forma quibus prædictum est. Ac, ut diligentius ea exequantur, nos dicti Custos sive Rector et Socii, nomine pœnæ, obligamus nos et successores nostros, qui pro tempore fuerint, in quadraginta solidis sterlingorum, eidem Magistro Edwardo Darby et assignatis suis, videlicet, Principali Aulæ sive collegii de Brasenose, ac Præsidenti Corporis Christi collegii in Oxonia, qui pro tempore fuerint, quibuscunque præsentibus et futuris, et eorum cuilibet in solidis. Ita tamen, quod qui ex prædictis Edwardi assignatis, Principali sive Præsidenti, primo nos Custodem sive Rectorem dictum et Socios, coram iudice in ea parte competenter

convenerint, occasione dictæ pœnæ quadraginta solidorum commissa, pro ea vice, cæteris supra dictis exclusis, toties præferatur quoties ordinationes in ea parte superius editæ per nos Custodem sive Rectorem et Socios, modernos, vel posthac pro tempore futuros, non fuerint in toto vel in parte debite perimpletæ. Et ultra, promittimus quod omnia et singula, modis quibus præferatur per nos concessa, bene ac fideliter, et majori commodo dicti collegii quo fieri poterit, perimpleantur. Per præsentem concedimus quod ubi nos Rector, sive Custos, et Socii antedicti, pro nobis et successoribus nostris, per quoddam scriptum obligatorium sigillo nostro communi sigillatum, cujus datum est Oxoniæ, primo die mensis Aprilis, anno regni Regis Henrici Octavi vicesimo sexto, dicto venerabili viro Magistro Edwardo Darby, reverendissimo in Christo patri et domino domino Joanni Longland, Lincolniensi Episcopo, et Principali aulæ sive collegii de Brasenose, ac Præsidenti Corporis Christi collegii, prædictis, et suis successoribus in perpetuum, et cuilibet eorum, executoribus et assignatis suis, in quingentis libris legalis monetæ Angliæ, in festo Natalis Domini tunc proxime futuri solvendis, nos et successores nostros obligaverimus; si et quatenus nos Custos, sive Rector, et Socii antedicti, aut successores nostri, infra tres annos proxime computandos a dato ejusdem futuros, terras, prata, pascua, pasturas, redditus et servitia, ad et in utilitatem collegii nostri antedicti, ad valorem (communi hujus æsimatione) viginti librarum annuatim, perquirendarum non procuraverimus; ac si et quatenus easdem terras, sive eadem tenementa, prata, pascua et pasturas, redditus et servitia, sicut præmittitur perquisita, infra eundem prædictum terminum trium annorum, sumptibus nostris propriis et expensis, de bono et sano consilio in legibus regni Angliæ peritorum, ad manum mortuam minime redigi fecerimus cum effectu; tunc bene licebit prædicto Magistro Edwardo Darby, reverendissimo in Christo patri ac domino domino Joanni Longland, Lincolniensi Episcopo, Principali aulæ sive collegii de Brasenose, ac Præsidenti Corporis Christi collegii prædictis, atque eorum cuilibet, executoribusque, successoribus et assignatis suis, dictam summam quingentarum librarum, tanquam commissam, perditam et forisfactam, repetere, reexigere et recuperare, ac in alios pios usus juxta ordinationem ipsius venerabilis viri Magistri Edwardi Darby, alias in ea parte faciendam, libere et licite disponere et erogare. Atque omnibus et singulis juris et facti remediis, quæ ad defensionem nostram in hac parte quoquo modo competere poterit, in vim pacti, pro nobis et successoribus nostris, Rectoribus, sive Custodibus, et Sociis, renuntiamus per præsentem. In cujus rei testimonium uni parti harum indenturarum, remanenti cum præfato Magistro Edwardo Darby, assignatis et successoribus suis, sigillum commune collegii nostri nos Custos, sive

Rector, et Socii apposuimus. Et alteri parti, remanenti cum Rectore, sive Custode, et Sociis ejusdem collegii nostri, dictus Magister Edwardus Darby sigillum suum apposuit. Tertiæ vero parti, remanenti penes præfatum reverendissimum patrem Episcopum Lincolnensem in Archidiaconatibus suis [archivis], tam præfatus Edwardus Darby quam præfatus Rector et Socii collegii Lincolnensis sigilla sua apposuere. Data vicesimo tertio die mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto, et anno regni Regis Henrici Octavi vicesimo octavo. Proviso semper, quod [si] nullus scholaris graduatus retroscriptorum archidiaconatum de Stowe, Leicestria, Northamptonia, judicio eligentium sive nominantium, habilis reperiri poterit in Universitate Oxoniensi, quod tunc eligatur, nominetur sive præficiatur, scholaris graduatus, eligenturve, nominentur aut præficiantur, scholares graduati, sicut casus et necessitas temporis exegerit, de alio quocunque archidiaconatu diocesis Lincolnensis; juxta modum et formam retro-scriptam. Si vero talis graduatus reperiri nequiverit, aut tales graduati reperiri nequiverint, quod eligentur, nominentur et præficiantur, duo scholares non graduati eorundem archidiaconatum infra Universitatem Oxoniensem prædictam seu extra eandem, in scholis grammaticalibus ejusdem Lincolnensis studentes. Sin autem, de aliis archidiaconatibus diocesis Lincolnensis prædictæ in Universitate Oxoniensi prædicta, aut extra, in scholis grammaticalibus ejusdem, ut præfertur, studentes, secundum vim, formam, et effectum retro-scriptum, et quemadmodum in electione, nominatione necnon præfectione, dictorum duorum scholarium graduatorum, in parte retro-scripta ordinatum est. Ita tamen, quod quilibet dictorum duorum scholarium sic eligendus, nominandus seu præficiendus, sit sufficienter instructus in grammatica, habilis, aptus et idoneus, ad minutim studendum in sophistria; ac quod nullus duorum dictorum Scholarium non graduatorum habeat vocem in aliqua electione, aut intererit alicui consilio secreto collegii Lincolnensis prædicti, quousque graduatus fuerit dicta Universitate Oxoniensi. Potestate imponendi, nominandi, eligendi et præficiendi, hujusmodi scholares graduatos aut non graduatos, juxta modum et formam retro-scriptam, Magistro Edwardo Darby, pro termino vitæ suæ, ad bene placitum suum omnino reservata.

Provisoque etiam, quod tertius scholaris semper et perpetuis futuris temporibus nominetur et præficiatur per Episcopum Lincolnensem quemcunque, pro tempore existentem, si fuerit infra regnum Angliæ, infra quatuor menses proximos postquam certificatus fuerit de vacatione Societatis sive loci hujusmodi; quod si absens fuerit extra Capitulum ecclesiæ Beatæ Mariæ Lincolnæ, ipsove Decano extra regnum Angliæ ad tunc per tempus prædictum existente, aut decanatu vacante, per Præsidentem et Capitulum ejusdem, juxta modum et formam electionis et provi-

sionis aliorum duorum Scholarium in provisione præcedente specificatos et declaratos. In quorum quidem provisionum, ac etiam omnium et singularum conventionum, ordinationum, promissionum et provisionum retro-scriptarum, corroborationem, fidem et confirmationem, antedictus reverendissimus pater, dominus dominus Joannes Longland, Episcopus Lincolnensis modernus, his tribus indenturis et earum cuilibet sigillum suum apponi mandavit et fecit. Datum, quoad appositionem ejusdem, decimo quinto die mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo, et anno suæ consecrationis decimo septimo.

5772

STATUTES OF ALL SOULS COLLEGE,
OXFORD.

107

108

109

110

111

112

113

114

115

P R E F A C E.

THE Statutes of All Souls College are supposed to have been drawn up by the celebrated Civilian Lyndwood; and were issued by the Founder, Henry Chicheley, Archbishop of Canterbury, in the year 1443. The text now published is obtained from a MS. in the Bodleian Library.

A copy of the statutes in the British Museum, Arundel MS. 147, written in the XVth century, differs from the Bodleian copy, both in arrangement of some of the chapters, and in the entire omission of portions: some of these omissions being indicated, by a note, in a contemporaneous hand, at the end of the manuscript. The whole number of chapters in the Arundel MS. is only twenty-seven; while in the Bodleian MS. it is thirty-four.

Copies of the decrees of successive Archbishops of Canterbury, as Visitors of the College, are preserved in the College Library, and fill two folio volumes. Some of the most important are here appended to the statutes.

ALL SOULS COLLEGE.

Patent Roll, 16 HEN. VI., membrane 24.

*De licentia fundandi
collegium Omnium Ani-
marum, infra villam
Oxonie.*

Rex omnibus, ad quos, &c., salutem. Supplicavit nobis venerabilis pater Henricus Chichele Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et compater noster, per cujus manus sacri baptismatis lavacrum suscepimus, incrementum cleri regni nostri Angliæ desiderans, qui in præsentiarum noscitur plurimum defecisse, ut nos custubus, sumptibus et expensis suis propriis, quoddam Collegium perpetuum de uno Custode et certis scholaribus, in Oxonia ac in Universitate ibidem, ad studendum et orandum pro salubri statu nostro et ipsius compatris nostri, dum vixerimus, et animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus clarissimi Principis Henrici nuper Regis Angliæ, patris nostri, Thomæ nuper Ducis Clarenciæ, avunculi nostri, Ducum, Comitum, Baronum, militum, armigerorum, et aliorum nobilium et subditorum ipsius patris nostri et nostrorum, qui temporibus et obsequiis ipsius patris nostri et nostri in guerris regni Franciæ vitam finierunt, et animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem ipsius compatris nostri et successorum suorum, fundare, facere et erigere, dignaremur. Nos, supplicationibus ejusdem compatris nostri annuentes, in honore Domini nostri Jesu Christi, gloriosissimæ virginis beatæ Mariæ matris ejus, et omnium Sanctorum Dei, quoddam Collegium perpetuum secundum harum seriem regendum, de uno Custode et viginti scholaribus, in dicta villa Oxonia et Universitate ejusdem mansuris, ad studendum et orandum pro salubri statu nostro et ipsius compatris nostri, dum vixerimus, et animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, ac animabus ipsius clarissimi principis patris nostri Thomæ nuper Ducis Clarenciæ, avunculi nostri, Ducum, Comitum, Baronum, militum, armigerorum, et subditorum prædictorum, ac animabus omnium fidelium defunctorum, super quoddam messuagium vocatum Berfordes Halle, nuper vocatum Charltonsyn, sex shopas, et unam placeam vacuum eisdem annexam in Oxonia, super quoddam cornerium ex opposito finis orientalis ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis, in vicis vocatis Catstrete et Seint Maryestrete, continentem longitudinem centum septuaginta duorum pedum et latitudinem centum sexaginta pedum, quæ ordinatione ipsius compatris nostri nuper habuimus ex conces-

sione Thomæ Chichele archidiaconi Cantuariensis, Henrici Penwortham clerici et Roberti Davners, feoffatorum inde ad usum præfati compatri nostri; habenda et tenenda nobis et hæredibus nostris imperpetuum, pro hujusmodi Collegio super eis construendo, de assensu ipsius compatri nostri; quem, et successores suos Cantuarienses Archiepiscopos, ob piam intentionem suam, ac nonnullos ejus custos, sumptus et expensas, quos circa erectionem, foundationem et dotationem, ejusdem Collegij fecit et facere proponit infuturum, tanquam alteros Fundatores ejusdem Collegij nominari volumus; erigimus, ac tenore præsentium fundamus, facimus et stabilimus, perpetuis temporibus duraturum. Ac Ricardum Andrewe, clericum, Custodem et pro Custode ipsius Collegij, et Thomam Lavenham, Robertum Stephenes, Robertum Seborgh, Willielmum Overton, Thomam Eston, Ricardum Wardé et Ricardum Penwortham, scholares residuos ejusdem Collegij, per ipsum compatrem nostrum electos et ad hoc assumptos, secundum ordinationes et statuta ipsius compatri nostri et successorum suorum Archiepiscoporum Cantuariensium, regendos, corrigendos, privandos et amovendos, præfecimus, creavimus et ordinavimus, præficimus, creamus et ordinamus, per præsentés. Volentes et concedentes quod ipse Custos, et successores sui Custodes ejusdem Collegij, secundum ordinationes et statuta prædicta, eligere, congregare et admittere, poterint sibi plures scholares, usque ad numerum quadraginta personarum, secundum ordinationes et statuta prædicta regendos, corrigendos, privandos et amovendos; quos et successores suos sic electos et congregatos et admissos, tanquam scholares et membra ejusdem Collegij, secundum prædicta ordinationes et statuta regendos, corrigendos, privandos et amovendos, pro nobis et hæredibus nostris, volumus et concedimus per præsentés. Ita quod, decedente prædicto Custode, cedente vel eo quacunquē de causa inde amoto seu privato, scholares residui ejusdem Collegij pro tempore ibidem existentes, secundum formam et effectum statutorum et ordinationum prædictorum, alterum idoneum in Custodem et pro Custode ejusdem Collegij eligant et eligere possint; quem in Custodem et pro Custode ejusdem Collegij per dictum compatrem nostrum et successores suos Cantuarienses Archiepiscopos, et non per nos neque hæredes nostros, admitti et confirmari, secundum ordinationes et statuta prædicta regendum, corrigendum, privandum et amovendum, tenore præsentium duximus concedendum. Et sic decedentibus hujusmodi Custodibus, cedentibus, aut eis quoquomodo exinde privatis aut amotis infuturum, dicti residui scholares Collegij antedicti habeant et habere possint, juxta ordinationes et statuta prædicta, liberam electionem de novis Custodibus, quos, ut supradictum est, admitti, confirmari, regendos, corrigendos, privandos et amovendos, et eos sic in Custodes electos, admissos, et confirmatos, regendos, ut præfertur, Custodes esse perpetuos ejusdem Collegij, absque licentia de nobis vel

hæredibus nostris inde petenda seu prosequenda, et non alios neque alio modo, volumus et concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, imperpetuum. Volentes, etiam, quod decedentibus vel cedentibus scholaribus Collegij antedicti, seu eorum aliquo decedente vel cedente, aut eis vel eorum aliquo exinde privatis vel amotis, privato seu amoto, infuturum, semper habeant dictus Custos et successores sui prædicti imperpetuum, juxta ordinationes et statuta prædicta, liberam electionem, admissionem et confirmationem, de novis scholaribus in eorum loco ponendis: quos sic electos, admissos et confirmatos, absque licentia inde de nobis vel hæredibus nostris petenda vel prosequenda, infuturum, et non alios, tanquam scholares et membra esse ejusdem Collegij, secundum ordinationes et statuta prædicta regendos, corrigendos, privandos et amovendos, volumus et concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, imperpetuum. Volentes, ulterius, quod Custos et scholares antedicti, pro tempore ibidem degentes, et eorum successores imperpetuum, Custos et Collegium Animarum Omnium fidelium defunctorum de Oxonia nuncupentur. Et ulterius, volumus et concedimus quod Custos et scholares Collegij antedicti simul, pro tempore existentes, et successores sui, per nomen vel sub nomine Custodis et Collegij Animarum Omnium fidelium defunctorum de Oxonia, sint personæ habiles, capaces et perpetuæ, ad impetranda, recipienda et acquirenda, terras, tenementa, redditus, servitia, proficua, advocaciones ecclesiarum, emolumenta, jura et possessiones, temporalia et spiritualia, tam de nobis et hæredibus nostris quam de aliis personis quibuscunque, licet ea immediate de nobis et hæredibus nostris, per servitium militare aut alio modo quocunque, teneantur; habenda et tenenda eisdem Custodi et Collegio et successoribus suis, imperpetuum. Et quod idem Custos et Collegium, et eorum successores imperpetuum, habeant unum sigillum commune, pro negotiis et agendis suis servitutum. Et quod ipsi et successores sui per nomen prædictum placitare possint et implacitari, ac prosequi omnimodas causas, querelas et actiones, reales, personales et mixtas, cujuscunque generis sint vel naturæ, et ad respondendum et defendendum in eisdem coram iudicibus sæcularibus et ecclesiasticis quibuscunque. Et ulterius, damus et concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, dictis Custodi et Collegio, et successoribus suis prædictis, dicta messuagium, shopas et placeam, tam pro capella dicti Collegij ac aliis domibus et ædificiis eidem necessariis, quam pro eorum mansis et aliis necessariis, in et super eisdem construendis; habenda et tenenda eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis, in liberam, puram et perpetuam eleemosinam, imperpetuum. Et insuper, ad effectum quod scholares dicti Collegij in eruditionibus suis ac piis eorum orationibus melius manuteneri valeant et sustentari, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato

Archiepiscopo et successoribus suis prædictis, quod ipsi, per assensum Prioris et Capituli ecclesiæ Christi Cantuarie, pro tempore existentium. advocacionem et patronatum ecclesiæ parochialis de Treng Lincolnensis diœcesis, de provincia Cantuariensi; quæ est de advocacione et patronatu ipsius compatri nostri, ut de jure Archiepiscopatus sui Cantuariensis antedicti, et qui de nobis tenentur in capite ut dicitur, eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis, dare possint et assignare; habendos et tenendos præfatis Custodi et Collegio, et successoribus suis, imperpetuum: et eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis prædictis, quod ipsi patronatum et advocacionem prædictos a præfato Archiepiscopo et successoribus suis prædictis, in forma prædicta, recipere, et ecclesiam illam appropriare, et eam sic appropriatam in proprios usus tenere, possint, sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum. Proviso semper, quod vicaria ejusdem ecclesiæ, juxta ordinationem loci illius diœcesani, sufficienter dotetur; et quod quædam competens summa argenti inter pauperes parochianos ejusdem ecclesiæ singulis annis distribuatur, juxta formam statuti inde editi et provisi. Et ulterius, de uberiori gratia nostra, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis prædictis, quod ipsi et successores sui perquirere possint terras et tenementa ad valorem trecentarum librarum per annum, tam de terris et tenementis quæ tam de nobis in capite quam de aliis tenentur; habenda et tenenda eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis prædictis, pro sustentatione et eorum victu et vestitu, ac aliis necessariis eorum agendis, imperpetuum. Dum tamen, per inquisitiones inde in forma debita capiendas, et in Cancellariam nostram et hæredum nostrorum rite retornandas, compertum existat quod id fieri possit absque damno vel præjudicio nostro vel hæredum nostrorum, aut alicujus alterius cujuscunque. Eo, quod expressa mentio de vero valore eorundem messuagij, shoparum et placearum, minime facta est; seu statuto de terris aut tenementis ad manum mortuam non ponendis; seu quod prædicti advocatio et patronatus de nobis, ut præfertur, tenentur in capite; seu aliquo alio statuto sive ordinatione in contrarium facto, edito; non obstante. Et hoc absque aliquo feodo, magno seu parvo, aut aliquo fine quocunque, nobis aut hæredibus nostris reddendo vel faciendo, pro præmissis vel aliquo præmissorum. Et ulterius, de gratia nostra speciali, pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, relaxavimus eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis, imperpetuum, omnimoda corrodia, pensiones, immunitates, et alia quæcunque, quæ nos vel hæredes nostri, aut aliquis alius ad nostrum rogatum aut mandatum, ratione foundationis nostræ antedictæ, ab eisdem Custode et Collegio, et successoribus suis prædictis, exigere possimus aut possit infuturum; et eos inde quietos esse volumus et conce-

dimus per præsentēs, perpetuis temporibus duraturas. Et ulterius, de uberiori gratia nostra, concessimus eisdem Custodi et Collegio, et successoribus suis imperpetuum, quod, quotiescunque et quandocunque Collegium illud, futuris temporibus, de Custode, per mortem, cessionem, privationem seu resignationem, aut alio modo quocunque, vacare contigerit, residui scholares ejusdem Collegij, pro tempore ibidem degentes, habeant et percipiant omnimoda fructus, proficua et emolumenta, de terris, tenementis, redditibus, servitiis et rectoriis, et aliis possessionibus quibuscunque ejusdem Collegii, seu eidem Collegio spectantibus, durante hujusmodi vacatione provenientia, secundum ordinationes et statuta prædicta disponenda, quæ, tempore ac ratione hujusmodi vacationis, ad nos vel hæredes nostros pertinent seu pertinere poterunt infuturum, absque compoto seu aliquo alio nobis vel hæredibus nostris inde reddendo. Ita quod, nos et hæredes nostri ab omni custodia, seisina seu possessione, ejusdem Collegij, aut terrarum, tenementorum, reddituum, servitiorum, rectoriarum et aliarum possessionum quarumcunque ejusdem Collegij, seu eidem spectantium, durante hujusmodi vacatione, simus exclusi imperpetuum, per præsentēs. In cujus, etc. Teste Rege, apud manerium suum de Kenyngton, vicesimo die Maij.

Per breve de privato sigillo.

STATUTES OF ALL SOULS COLLEGE, OXFORD.

TABLE OF CHAPTERS.

	Page
1. De numero Sociorum et scholarium. De Custodis electione et juramento	12
2. De forma et tempore eligendi scholares, et anno probationis .	20
3. De officio Custodis, et ejus residentia	26
4. De portione Custodis	27
5. De Vicecustodis electione et officio	28
6. In quibus Socii et scholares obedire debent Custodi	29
7. De bursariorum electione ; et eorum officio et juramento .	30
8. De Decanorum electione, officio et juramento	31
9. De mensis Sociorum et scholarium et capellanorum, et qualiter ad eas sedere debeant	32
10. De communis Sociorum et scholarium et capellanorum septimanalibus	33
11. De senescallo aulæ singulis septimanis deputando, et ejus officio	34
12. De lectura Bibliæ, ac silentio tenendo in aula	35
13. De extraneis non introducendis in aulam	36
14. De disputationibus Sociorum	36
15. De tempore assumendi gradus	38
16. De tempore assumendi sacros ordines	39
17. De habitu Sociorum et scholarium	40
18. De communi annua vestium liberata	42
19. Quod Socii et scholares sine licentia non devillent	43
20. Quod non exercent ludos inhonestos, &c.	44
21. Quod non sint seminatores discordiarum	45
22. De modo et temporibus devote dicendi horas canonicas, &c. .	46
23. De orationibus de mane et de nocte dicendis	49
24. De cista communi	50
25. De custodia communis sigilli, &c.	52
26. De custodia bonorum ad capellam spectantium	54
27. De bonis et possessionibus Collegii non vendendis seu alienandis	56
28. Quod in majoribus Collegii negotiis Custos requirat consensus Sociorum	57
29. De servientibus communibus	58
30. De lectura statutorum ter in anno	59
31. De visitatione maneriorum	61
32. De visitatione domini Archiepiscopi	63
33. Propter quas causas Custos debet amoveri	65
34. Propter quas causas Socii debent amoveri	66

12. 2. 1917

13. 2. 1917

14. 2. 1917

15. 2. 1917

16. 2. 1917

17. 2. 1917

18. 2. 1917

19. 2. 1917

20. 2. 1917

21. 2. 1917

22. 2. 1917

23. 2. 1917

24. 2. 1917

25. 2. 1917

26. 2. 1917

27. 2. 1917

28. 2. 1917

29. 2. 1917

30. 2. 1917

31. 2. 1917

32. 2. 1917

33. 2. 1917

34. 2. 1917

STATUTES OF ALL SOULS COLLEGE, OXFORD.

Proœmium Henrici Chiechelee in Statuta Collegii sui All Soulen College, Oxon.

UNIVERSIS Christi fidelibus ad quos præsentēs literæ pervenerint, Henricus cognomento Chiechelee, divina permissione, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis Legatus, salutem in Eo, qui est omnium salus vera. Pensitantes nonnunquam et veræ compassionis oculis considerantes statum illius inermis militiæ clericæ, propter rei familiaris inopiam aliasque miseras hujus mundi labentis indies in deterius, immensum flebiliter jam collapsum, ac non minori pietatis affectu compatiētes intimius illi morbo generali armatæ militiæ sæcularis, per guerras inter Angliæ et Franciæ regna plurimum diminutæ, non dolere nequivimus, rememorantes magnificentiam et honorem quibus prædicta utraque militia, pia æmulatione se invicem excedere contententes, dudum etiam nostris temporibus inclitum Angliæ regnum adversariis merito formidandum effecerat, et apud nationes exteras splendidum prædicaverat ac plurimum gloriosum. Quocirca, nobis diutina mentis versatione cogitantibus qualiter, juxta nostræ parvitatē modulum, utrique rei militari prædictæ tam graviter vulneratæ per alicujus antidoti medicinam possemus, vel in minimo, spiritualiter vel temporaliter subvenire, nostro tandem resedit in animo ut a Christianissimo principe Henrico Sexto, nunc Rege Angliæ et Franciæ illustri, ac nostro filio spirituali, utpote cui sacrum Baptismi ministravimus, oblati ad hoc precibus, debita cum instantia peteremus quatenus ipse, de bonis fortunæ, quæ nobis in hac vita largiflue tribuit affluens bonitas Creatoris, in quodam solo nostro, quod nuper ad hoc intra villam Universitatis Oxoniæ acquisivimus, unum Collegium pauperum ac indigentium scholarium, clericorum, qui inibi non tam variis scientiis et facultatibus jugiter insistere quam devotius pro animabus inclitæ recordationis Henrici Quinti, nuper Regis Angliæ et Franciæ, illustris progenitoris sui, ac domini Thomæ, Ducis Clarentiæ, cæterorumque procerum et fidelium regni sui Angliæ, quibus, in suis et dicti patris sui temporibus, amaræ mortis calicem clades bellica inter dicta duo regna diu invalescens propinavit, ac animabus omnium fidelium defunctorum, exorare deberent, *All Soulen College* vulgariter nuncupandum, fundare dignaretur et pro perpetuis futuris temporibus stabilire. Sic enim speravimus quod eo feliciter pium hoc nostræ intentionis proposi-

Clerical destitution, and decay of military power of the kingdom.

Foundation of a College of poor scholars; to pray for souls of King Henry V. and those who perished in the wars with France.

King Henry
VI. Founder.

tum ad optatum perveniret effectum, securiusque ac quietius in perpetuum consisteret, quo ipsum tantæ majestatis Regiæ speciale patrociniū communiret. Super quo regia celsitudo de sua clementi bonitate benignius inclinavit, et nostris votis in hac parte favorabiliter annuit, et de sua speciali gratia ipsius Collegii, jam per suam Majestatem erecti, fundati, ac per Dei gratiam pro perpetuo firmiter stabiliti, nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, secum confundatores haberi volens et etiam nominari, nobis omnimodam tribuit facultatem faciendi ordinationes et statuta, secundum quæ Custos, Socii et Scholares, ejusdem Collegii vivere debeant; prout in charta sua regia desuper confecta, et magno suo sigillo sigillata, plenius continetur. De Dei igitur Omnipotentis summa bonitate, ac beatissimæ Virginis Mariæ Matris suæ, Thomæ martyris gloriosi, omniumque Sanctorum, patrociniis confisi, ordinationes et regulas, quæ vitam, mores, ac profectum studii, personarum in dicto Collegio degentium salubriter dirigant, quæ etiam conservationem ac regimen bonorum, terrarum et possessionum, tam spiritualium quam temporalium, ac rerum ejusdem Collegii, prospiciant, facere, statuere ac etiam ordinare, decrevimus. Ad quas, Christi nomine primitus invocato, et ad futuram ac perpetuam rei memoriam, procedimus in hunc modum.

Archbishops of
Canterbury co-
Founders.

Cap. 1.—*De totali numero Sociorum et scholarium Collegii in diversis scientiis studere debentium; et Custode, et ejus electione; forma et juramento ejusdem.*

Imprimis, siquidem, cum dicta Universitas Oxoniensis alumnos suos, quos, tanquam fœcunda mater parturiens, ab uberibus jugiter sapientiæ lacte nutrit, nedum in philosophia artibusve imbuat, verum etiam in theologia, quæ omnium scientiarum merito magistra est, ac jurium canonici et civilis facultatibus, quæ pro regimine politico perquam utiles et necessariæ sunt, abolim consueverat erudire; ut dictum Collegium quod quasi in ejusdem almæ matris gremio subsistere dinoscitur, ad exemplum ejus tanquam devota filia se componens, etiam suos, quos per Dei gratiam fertilis parturire conabitur, in variis scientiis et facultatum dogmatibus erudiat et informet; statuimus, ordinamus et volumus, quod in dicto Collegio sint, juxta formam statutorum infrascriptorum, quadraginta Socii et scholares, dictis scientiis et facultatibus jugiter insistentes; quorum viginti quatuor artes et philosophiam sive theologiam, quos artistas, et sexdecim jus canonicum et civile, quos juristas, appellare volumus, audiant et diligenter addiscant, juxta modum et formam plenius per nos inferius describendos. Ultra quorum numerum, volumus quod semper unus sit qui omnibus et singulis ejusdem Collegii Sociis et scholaribus, necnon sacerdotibus ac ministris aliisque quibuscunque in eodem Collegio degentibus, præmineat atque præsit;

College to consist of forty
Fellows and
scholars.

Twenty-four
artists and
sixteen jurists.

A superior,
to be called
Warden.

eosdem, secundum regulas et statuta inferius edita, et imposterum per nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, edenda, statutis et ordinationibus nostris nullatenus contraria seu aliquo modo repugnantia, regat, corrigat et gubernet. Qui perpetuus sit, et Custos ejusdem Collegii, vulgariter *Gardeyn*, perpetuo nuncupetur: vir bonæ conversationis et honestæ, ac in scientia, bonisque moribus et conditionibus, approbatus, et in temporalibus atque spiritualibus discretus, providus ac etiam circumspectus. Cujus nominationem, electionem atque præfectionem, perpetuis futuris temporibus, statuimus, ordinamus et volumus, debere fieri sub hac forma; videlicet, quod, sedente, decedente, privato vel amoto, dicti Collegii Custode quocunque, qui nunc est vel in futurum erit, aut eodem Collegio alias quocunque modo Custode destituto, omnes et singuli Socii perpetui præfati Collegii, qui de numero dictorum quadraginta fuerunt, tunc in Universitate præsentibus, non citatis absentibus, sed solum expectatis per quindecim dies, a tempore destitutionis hujusmodi in dicto Collegio publicatæ et notæ continue numerandi, per Vicecustodem ejusdem, si præsens fuerit, aut eo absente vel impedito, sic quod per eum agendis in hac parte negotiis non valeat interesse, per Socium dicti Collegii cæteris præsentibus seniorem, in dicto Collegio in unum convocati, infra quatuor dies post quindecim dies prædictos similiter continue numerandos, in capella dicti Collegii, quam in hoc pro domo capitulari deputamus, collegialiter, mane circa horam septimam, conveniant; ubi, exposita per Vicecustodem aut Socium seniorem hujusmodi, eos convocantem, causa convocationis suæ, scilicet, pro electione futuri Custodis facienda, antequam ad electionem ejusdem procedant, pro Spiritu Sancti gratia devotius invocanda, missam de eodem Spiritu Sancto faciant inter se communiter et solenniter celebrari; qua decantata, statim in communi legatur hoc præsens nostrum statutum, ac deinde, absque omni alia juris solennitate in electionibus aliis observari et fieri consueta, etiam Patronorum seu Fundatorum ejusdem Collegii non obtenta seu petita licentia, per eos ad electionem futuri Custodis in forma subscripta ulterius procedatur. Videlicet, omnes et singuli Socii supradicti, in hujus electionis negotio præsentibus, tactis per ipsos et ipsorum quemlibet sacrosanctis Dei Evangeliiis, coram omnibus tunc præsentibus, Vicecustode aut dicto Sociis exigente, corporale præstent juramentum, quod, postpositis et cessantibus omnimodis amore, favore, odio, timore, invidia, partialitate, affectione consanguinitatis et affinitatis, necnon acceptione personarum et patriæ, ac occasione quacunque precis aut pretii, et absque moræ dispendio, duos, unum artistam, videlicet Magistrum in sacra theologia, vel Magistrum in artibus qui necessariam regentiam in artium facultate compleverit, et unum alium juristam, videlicet Doctorem juris canonici vel civilis, aut baccalaureum in altero jurium prædictorum, qui libellum Institutionum, si civilista fuerit, aut

Qualities of the Warden.

Nomination and election of Warden.

Convocation of Fellows.

Mass of the Holy Ghost.

Reading the statute.

Oath of electors.

Qualifications of the Artist and Jurist to be named.

unum librum Decretalium, si canonista sit, pro forma sua legerit, de ipsis tunc ejusdem Collegii Sociis, aut aliis qui quondam fuerant Socii in eodem, quos in ipsorum conscientis magis idoneos, sufficientiores, discretiores, utiliores et aptiores crediderant ad subeundum, gerendum, faciendum et exercendum, inibi Custodis officium, nominabunt; necnon, quod illos, quos nominaverint, sperant ac firmiter credunt, quoad bonum et salubre regimen et diligentem curam ipsius Collegii, personarum, rerum ac bonorum, terrarum, possessionumque ac reddituum, spiritualium et temporalium, et jurium ejusdem, plus posse proficere ac debere. Jurabuntque, insuper, modo quo supra, unus videlicet jurista et alter artista Collegii prædicti, in facultatibus suis cæteris seniores [tunc] præsentibus in dicto Collegio, per quos vota omnium et singulorum [Sociorum] in hujusmodi electione præsentium, incipiendo a senioribus, scrutari volumus, ante ipsum scrutinium, Vicecustode aut, eo absente vel ut præfertur impedito, alio Socio post prædictos duos seniores, eos onerante, quod nullum procurabunt seu procurari facient, verbo, scripto, nutu vel signo, prece vel pretio, ad aliquem de seipsis aut alium nominandum, quam prout ipsius Socii sic scrutati dictaverit propria conscientia; et quod votum cujuslibet Sociorum hujusmodi, in ipsa nominatione, diligenter et fideliter examinabunt, ac votum et dictum cujuslibet Socii nominantis, ipso scrutato vidente, scribebunt vel unus eorum scribebunt, et in præsentia ipsius scrutati statim illud legent, vel unus eorum leget. Quorum deinde scrutatorum unus senior, coram altero scrutatore suo, assumente sibi alium dicti Collegii Socium post eos seniore tunc præsentium, voto suo in hac parte primo simpliciter ac secreta emissio, et in scriptis distincte redacto, votum alterius conscrutatoris sui, cum dicto proximo seniore Socio, modo consimili scrutari et in scriptis redigere diligenter et fideliter teneatur. Deinde vero, iidem duo scrutatores, communiter atque simul, vota omnium et singulorum aliorum Sociorum tunc præsentium prædictorum diligenter, secreto ac singulatim, perscrutantur, et omnia integre in scriptis redigi faciant, fideliter, ut præfertur. In quo quidem scrutinio, si contingat duas personas hujusmodi per majorem partem juristarum necnon artistarum, Sociorum, tunc præsentium, nominari et eligi, tunc senior ipsorum scrutatorum ipsum scrutinium mox publicet in communi. Si vero, in dicto scrutinio, in tales duas personas sic consensum non fuerit, ut præfertur, tunc, absque publicatione alicujus voti, et sine tumultu, contradictione, querela, appellatione, supplicatione seu quocumque impedimento juris vel facti, iterum ac toties consimile fiat scrutinium, donec in duas personas hujusmodi per majorem partem Sociorum prædictorum fuerit concordatum. Si autem aliquem vel aliquos Socium vel Socios ipsius Collegii a principio absentem vel absentes, pendente dictæ nominationis seu electionis negotio, ante publicationem ejusdem in ipsum Collegium redire

Scrutiny of
votes, etc.

Arrival of
absent Fellows
during the time
of voting.

contigerit, in statu quo processum ipsius electionis invenerint admittantur, et vota sua emittant, ut præfertur. Proviso semper, ut dicta nominatio sive electio semper infra duos dies completos a tempore inceptiois scrutinii prædicti compleatur et fiat omni modo. Omnibus sic peractis, nullo alio mox ordine, processu seu solennitate, in hac parte observatis seu etiam requisitis, illæ personæ, sic in scrutinio finaliter nominatæ, per unum seniores et discretiorem Socium ipsius Collegii, post ipsos sic electos et nominatos, per majorem partem juristarum necnon artistarum Sociorum ad tunc præsentium nominandum, una cum literis electionis prædictæ; formam, ac præsentis nostri statuti, et juramenti a præficiendo in Custodem præstandi, tenores plenarie continentibus, sigillo communi dicti Collegii, in præsentia omnium Sociorum tunc præsentium, sine difficultate qualibet sigillandis, [nobis] dum vixerimus, et post decessum nostrum Archiepiscopo Cantuariensi qui pro tempore fuerit, si successorem nostrum hujusmodi in provincia Cantuariensi aut Eboracensi esse contigerit, alioquin vicario ejus in spiritualibus generali aut, ipso deficiente, officiali curiæ Cantuariensis, sede plena, ipsa vero vacante, Priori ecclesiæ nostræ Cantuariensis, infra spatium triginta dierum a tempore publicationis electionis sive nominationis hujusmodi, ut prædicitur, in communi faciendæ, continue numerandorum, præsententur. Quibus literis supra electione seu nominatione hujusmodi, modoque et forma prædictis, absque probatione alia, plenam fidem volumus adhiberi. Qui quidem Socius, cum dictis personis in Custodem nominatis mittendus, coram nobis aut domino Archiepiscopo, seu illo cui dictam præsentationem fieri continget, collationem in Latino sermone facere teneatur, dictum Collegium personasque, in Custodem nominatas, et omnes alias personas dicti Collegii, eidem specialiter, decenter et honorifice, commendando. Ipse vero dominus Archiepiscopus, aut ille de prædictis personis cui hujusmodi præsentatio juxta casus prædictos fuerit faciendæ, unam de personis sic sibi nominatis, quam secundum Deum et sanam conscientiam magis idoneam ad hoc crediderit, gratificabit, et absque moræ dispendio aut processu judiciario, et absque impugnatione electionis sive nominationis hujusmodi, ipsam præficiat in Custodem Collegii supradicti. Qui sic præfectus, si sacerdos non fuerit, in sacerdotem se faciat ordinari infra annum, quam citius potest, sub ipsius debito juramenti. Si vero Socii prædicti, quod absit! dictum electionis modum et formam infra prædicta tempora non servaverint, aut infra triginta dies a tempore publicationis electionis sive nominationis, ut præmittitur, in Collegio faciendæ, electionem sive nominationem prædictas non præsentaverint, extunc potestate nominandi sive eligendi illa vice ipsos statuimus fore privatos, ipso facto, præsentis nostri statuti vigore; potestatem providendi præfato Collegio de Custode idoneo illa vice domino Archiepiscopo aut, sede vacante, Priori ecclesiæ Christi Cantuariensis, qui pro tempore fuerit, specialiter.

Presentation to the Archbishop of Canterbury of the two Fellows named.

Appointment by the Archbishop of one of the two as Warden.

Forfeiture of right of election by Fellows; and nomination by the Archbishop.

reservantes. Ita, tamen, quod unum Socium verum ipsius Collegii, vel alium qui prius fuerat de ipso Collegio et ex causis honestis recesserit ab eodem, Magistrum in theologia seu Doctorem juris canonici vel civilis, aut Magistrum in artibus qui necessariam regentiam compleverit in ipsa artium facultate, seu baccalaureum in altero jurium prædictorum, qui lecturam libelli Institutionum aut uniuslibri Decretalium, ut supradictum est, compleverit pro forma, quem, secundum Deum et conscientiam suam bonam, ad officium hujusmodi magisabilem et idoneum esse crediderit, in casibus supradictis præficiat in Custodem. Custodem vero hujusmodi quemcunque, qualitercunque præfectus fuerit, statim post præfectionem suam, primo coram illo qui ipsum præfecerit in Custodem, et subsequenter in præsentia omnium Sociorum ipsius Collegii præsentium, antequam ad administrationem aliquam admittatur, tactis et inspectis per ipsum sacrosanctis Evangeliiis, subscriptum præstare juramentum. “ Ego, Q. Q., in Custodem Collegii Animarum fidelium defunctorum in Oxonia præfectus, juro, tactis et inspectis per me istis sacrosanctis Evangeliiis, quod dictum Collegium, omnia beneficia, terras et tenementa, possessiones, redditus spirituales et temporales, jura, libertates, privilegia et bona quæcunque ejusdem, necnon omnes et singulos Socios et scholares ipsius Collegii, absque personarum, scientiarum vel facultatum, generis aut patriæ, acceptatione quacunque, regam, custodiam, dirigam et gubernabo, et sic per alios regi, custodiri, dirigi et gubernari, faciam, juxta posse. Item, quod in Sociis vel scholaribus ejusdem Collegii in aliqua scientiarum seu facultatum studentibus, occasione scientiæ seu facultatis ejusdem, plusquam Sociis aliis vel scholaribus ejusdem Collegii in scientiis aliis seu facultatibus studentibus, non favens aut partialis ero, nec me partem pro aliquo aliquid faciam, nec, contra justitiam, caritatis et fraternitatis amorem, gravamina vel molestias alicui ipsorum scholarium vel Sociorum inferam vel inferri faciam quovismodo. Quodque, quantum in me fuerit, correctiones, punitiones et reformationes, debitas, rationabiles atque justas, de quibuscunque criminibus, delictis et excessibus, scholarium et Sociorum dicti Collegii quorumcunque, quoties, ubi et quando, ac prout opus fuerit, juxta negotii qualitatem, omnemque formam et effectum ordinationum et statutorum dicti Collegii, absque partialitate quacunque, postpositis et cessantibus omnimodis prece, pretio, amore, timore, odio, invidia et favore, necnon affectionibus consanguinitatis et affinitatis, facultatis seu scientiæ, ac prærogativis specialibus, ex quibuscunque causis prætensis vel conceptis, diligenter et indifferenter faciam et exercebo, seu per alios fieri et exerceri faciam et etiam procurabo; et ea, quæ in ea parte fuerint facienda, fideliter in omnibus exequar et exequi faciam, juxta posse. Et, si hujusmodi punitiones et reformationes, ut præfertur, debite facere non potero, propter metum et potentiam seu multitudinem delinquentium, ipsorum

Oath to be taken by the Warden.

Impartial administration, etc.

In punishments, etc.

nomina et cognomina, cum qualitate et quantitate delictorum et excessuum hujusmodi, ex tunc quam citius potero infra mensem, domino Archiepiscopo Cantuariensi, qui pro tempore fuerit, seu, ipso in remotis agente, ejus Vicario in spiritualibus generali, aut ipso deficiente officiali curiæ Cantuariensis, sede plena, vel, sede Cantuariensi vacante, Priori ecclesiæ Christi Cantuariensis, denuntiabo et revelabo; et per eos hujusmodi correctiones, punitiones et reformationes, juxta statuta et ordinationes prædicta, in omnibus, solerter et celeriter, quatenus in me fuerit, fieri procurabo. Item, quod gubernationi et regimini omnium terrarum, possessionum, reddituum spiritualium et temporalium, necnon administrationi bonorum et rerum ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia mihi a Deo concessa fideliter intendam, ac alios ejusdem Collegii, officarios et ministros, diversis officiis et ministeriis deputatos, intendere faciam, juxta posse. Item, quod omnia et singula bona et catalla dicti Collegii, in commodum et utilitatem Collegii, scholarium et Sociorum prædictorum, prout necessitas exegerit et statuta et ordinationes prædicti Collegii in hac parte dictaverint, administrabo, et faciam utiliter et fideliter dispensari et in omnibus administrari; et ea quæ residua fuerint et excrescent conservabo, vel faciam ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Item, quod causas, lites et placita quæcunque, ipsius Collegii defendam; necnon omnia et singula negotia, ipsum Collegium qualitercunque concernentia, prosequar diligenter, possessionesque, libertates, privilegia et jura quæcunque, ipsius Collegii manutenebo pro viribus et defendam. Hoc tamen salvo, quod causas, placita vel lites graves, in quibus verti poterit ipsius Collegii exhæredatio vel grave præjudicium, absque maturo et deliberato consilio et assensu majoris partis artistarum et etiam juristarum seniorum, Sociorum dicti Collegii, tunc ibidem præsentium, cujus omnino octo juristæ seniores existant, non incipiam nec movebo, aut inchoari vel moveri faciam quovismodo. Item, quod, ultra sexaginta dies continuos vel vicibus interpolatis discontinuos in anno aliquo, a dicto Collegio non me absentabo, nisi pro negotiis ipsius Collegii, vel ex magna et ardua causa, per majorem partem omnium Sociorum dicti Collegii præsentium approbanda. Item, quoties aliqua electio aliquave assumptio de scholaribus in dictum Collegium sint facienda, ut solum tales assumantur et eligantur quos, secundum conditiones et qualitates in ordinationibus et statutis dicti Collegii expressatas, habiles et idoneos reputaverim, et quos, in scientiis seu facultatibus quibus insistent, ad honorem, commodum et utilitatem, ipsorum et ipsius Collegii plus posse proficere et debere firmiter crediderim, sine personarum vel patriæ acceptione, amore, odio, invidia et favore, timore, prece et pretio postpositis quibuscunque, quantum ad me pertinet, partes meas interponam fideliter, et id fieri fideliter procurabo. Item, in casu

Diligent management of College property.

Administration of goods.

Defence of suits.

Assent of Fellows to suits of importance.

Absence from College.

Elections of scholars

Surrender of
College goods
in case of re-
moval from
office.

quo ab officio meo, ob culpam meam, vel etiam propter causam aliquam, me amoveri contingat, vel forsam cedam eidem, si aliqua bona dicti Collegii, ante vel post amotionem vel cessionem hujusmodi, recepero, bona hujusmodi per me recepta mihi aut usui meo non applicabo, præter illa quæ mihi pro hujusmodi officio exequendo in dicti Collegii statutis et ordinationibus disponuntur; sed ipsa omnia et singula successori meo, Custodi dicti Collegii, et eidem Collegio, infra triginta dies a tempore amotionis seu cessionis hujusmodi, integre restituum et refundam, absque diminutione seu contradictione quacunque. Item,

Submission to
Archbishop in
matters of
dissension.

si, per me aut occasione mei, aliqua dissensionis materia, iræ vel discordiæ, in dicto Collegio (quod absit!) suscitata fuerit, si super ipsa materia per Vicecustodem, Decanos, bursarios, et quinque alios dicti Collegii seniores, quorum sex sint juristæ, infra triginta dies continuos, finis rationabilis seu placabilis factus non fuerit, tunc ordinationi, dispositioni, dicto, laudo et arbitrio, domini Archiepiscopi Cantuariensis qui pro tempore fuerit, seu, ipso in remotis agente ut supradictum est, ejus vicarii in spiritualibus generalis, aut, ipso deficiente, officialis curiæ Cantuariensis de Arcubus, sede plena, ipsa vero vacante Prioris ecclesiæ Christi Cantuariensis, stabo; et quod eorum aliquis stauerit, ordinauerit et definierit, in ea parte, fideliter observabo et eidem cum affectu parebo, sine contradictione quacunque; cessantibus appellationibus, provocationibus, querelis, exceptionibus et aliis juris et facti remediis quibuscunque, quibus omnibus et singulis in vi pacti renuntio in his scriptis. Item, quod secreta dicti

College secrets.

Assistance of
College in case
of promotion.

Collegii in damnum et præjudicium ejusdem non revelabo ad extra quovismodo. Item, quod dicti Collegii meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, reddituum, et jurium conservationem et defensionem, promotionem et expeditionem negotiorum dicti Collegii quorumcunque, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem vel officium, in posterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, diligenter adjuvabo, et pro eisdem effectualiter, quamdiu vixero in hoc mundo, laborabo. Item, quod non

Maintenance
of numbers of
members of
College.

procurabo diminutionem, mutationem, translationem, annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate, nec etiam numeri presbyterorum, clericorum, aut caterorum ministrorum capellæ dicti Collegii, in statutis et ordinationibus ejusdem limitati seu limitandi, contra formam statutorum et ordinationum eorundem, vel alias fieri permittam seu tolerabo, secundum meum posse, aut eisdem consentiam quovismodo. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confæderationes aut pactiones aliquas, ubicunque, infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dictum Collegium concernentia, vel contra ipsius Collegii statum, utilitatem, commodum vel honorem, faciam, nec ipsas procurabo seu permittam ab aliis fieri, quantum in me fuerit quomodolibet in futurum; seu facientibus ipsa vel

Conspiracies
against College
statutes, etc.

eorum aliquod præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem; aut eisdem scienter interesse præsumam nec ipsis consentiam quoquomodo. Item, quod consanguineos dicti Fundatoris nostri in veros Socios ejusdem Collegii, secundum formam et ordinationes statutorum in hoc casu editas, electos seu eligendos, sine difficultate quacunque admittam, et procurabo ac admitti faciam juxta posse. Item, de veris et perpetuis Sociis in dictum Collegium eligendis et admittendis, fidele consilium, omni favore posthabito, tribuam et impendam; ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, humilibus, aptis, et ad studendum et ad proficiendum in actibus scholasticis habilibus et idoneis, juxta formam statutorum, provideatur eidem. Quodque contra Archiepiscopum dominum Cantuariensem qui pro tempore fuerit, ecclesiam Christi Cantuariensem, Prioremve aut Capitulum ejusdem ecclesiæ, in aliqua causa ipsam ecclesiam concernente, scienter non ero consilio, auxiliis vel favore, causa mea ipsa et dicti Collegii causa duntaxat exceptis. Item, quod non impetrabo aliquam dispensationem contra juramenta mea prædicta, vel aliquod eorundem, nec contra ordinationes et statuta hujus Collegii: nec dispensatione hujusmodi, si eam per quemcunque impetrari vel gratis offerri aut concedi contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, sub quacunque forma verborum concessa, utar, aut eidem consentiam quovismodo; sicut me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia. Et si contingat in posterum me, propter mea demerita, seu causas in præfatis ordinationibus et statutis contentas, juxta formam ordinationum et statutorum dictorum, ab officio meo expelli seu alias amoveri, ea certa mea scientia, sponte, pure et simpliciter, et absolute, omni actioni, occasione expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra ipsius Collegii Socios vel Socium quemcunque instituendæ, appellationique et querelæ in ea parte fiendis, et quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum et magistratum, ac aliorum quorumcunque, necnon quibuscunque curiæ ecclesiasticæ vel sæcularis, ac omnibus aliis, remediis juris vel facti, per quas aut quæ petere possem me reconciliari vel in integrum restitui contra præmissa, quantumcunque alias probitatis et vitæ merita mihi suffragentur, in vim pacti renuntio in his scriptis. Item, quod omnia et singula statuta et ordinationes dicti Collegii, quatenus ipsa me concernunt, secundum plenum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum eorundem, inviolabiliter tenebo et exequar et etiam observabo, et quantum in me fuerit faciam teneri et exequi et ab aliis observari."

Admission of Founder's kin as Fellows.

Elections of Fellows.

Suits against the Archbishop or Prior of Canterbury.

Dispensation from oaths.

Actions or appeal, in case of removal from office.

Observance of statutes.

Oath to be reduced into a Public Instrument.

Volumusque quod de juramento prædicto fiat statim, sumptibus Collegii, instrumentum publicum, signo et subscriptione alicujus notarii publici munitum, ipsius juramenti totum tenorem, diemque et formam, ac nomen et cognomen Custodis prædicti, necnon cujus diocesis existat, continens sic jurantis: quod inter munimenta dicti Collegii perpetuo remaneat sub custodia diligenti.

Cap. 2.—*De modo, et forma ac tempore, eligendi Scholares in dictum Collegium ad unius anni probationem; et qualiter, post dictum annum probationis, Scholares hujusmodi assumentur in Socios; et forma juramenti eorumdem.*

Item, quia summe affectamur et volumus quod numerus Sociorum et scholarium in dicto Collegio, per nos superius limitatus, plene ac perfecte per Dei gratiam perpetuis futuris temporibus sit completus; statuimus, ordinamus et volumus, quod si numerus Sociorum et scholarium prædictorum, in uno vel pluribus, per mortem, cessionem, resignationem, recessum totale, aut privationem alicujus sive aliquorum Sociorum vel scholarium prædictorum, aut alias qualitercumque, diminutus fuerit in aliqua facultate, singulis annis, in crastino Commemorationis Animarum, vel infra tres dies proxime tunc sequentes, pro suppletionem numeri sic diminuti, in quacunque fuerit facultate, modis et formis infra dictis procedatur. Videlicet, quod Custos omnes Socios in Universitate præsentem in aulam convocet Collegii supradicti, votumque suum coram Decanis emittat; ac, deinde, per Decanos eosdem pro tempore existentes, vota sua coram eo præsentem dirigentes, omnium aliorum et singulorum Sociorum tunc ibidem præsentium vota fideliter faciat perscrutari, donec per majorem partem juristarum ac etiam artistarum, Sociorum dicti Collegii, tunc præsentium, supra nominationem scholarium deficientium fuerit concordatum. Et, tunc, idem Custos tot juristas in loco juristarum, et artistas in loco deficientium artistarum, per ipsum majorem partem Sociorum, ut præmittitur, nominatos, de melioribus ipsorum nominantium sano judicio habilioribusque, necnon ad studium scholasticum magis aptis, in ipsa Universitate Oxoniensi studentibus, qui decimum septimum annum compleverint et vicesimum sextum non excesserint, sub modo, forma et provisionibus, superius et inferius descriptis, statim absque alia solemnitate eligat et assumat, quot suppleant juristarum et artistarum deficientem numerum supradictum. Statuentes, præterea, quod nulli scholares in prædictum Collegium eligantur, nisi qui rudimentis grammaticæ sufficienter, et in plano cantu competenter, prius fuerint eruditi, et qui, primam tonsuram clericalem habentes, ad sacerdotium sint habiles et dispositi, liberæ conditionis et de legitimo matrimonio nati, bonis conditionibus et moribus perornati, ac in studio proficere cupientes, et in re ipsa proficientes; qui etiam in facultate artium (si de artistarum numero) vel in jure civili aut in facultate artium et jure civili (si de juristarum numero esse debeant) prius tres annos ad minus habeant in Universitate Oxoniensi supradicta. Quod si, infra prædictos dies, dictus totalis numerus non fuerit, modo et forma de quibus superius et inferius dicitur, realiter perimpletus, extunc prædictos Custodem, Vicecustodem et Socios prædictos, negligentem, potestate nominandi et eligendi ea vice illos qui dictum deficientem supplerent numerum,

Time and manner of electing Fellows and Scholars.

Qualifications for Scholars.

Forfeiture of power of election by Warden and Fellows; and nomination by the Archbishop.

præsents nostri statuti vigore, privatos fore decernimus, ipso facto; potestatem plenam pro tunc supplendi deficientem numerum prædictum, in quacunq̄ fuerit facultate, Archiepiscopo Cantuariensi qui pro tunc fuerit, infra regnum Angliæ præsentis, alioquin, si absens extra regnum fuerit, vicario ejus in spiritualibus generali, sede plena; sede vero vacante, Priori ecclesiæ Christi Cantuariensis, et, ipso deficiente, custodi spiritualitatis ejusdem pro tempore existenti; solummodo et specialiter reservantes. Ita tamen, quod de ipsius Universitatis Oxoniensis scholaribus, qui secundum qualitates et conditiones superius et inferius descriptas maxime, quoad tres annos in facultatum altera prædictarum habiles fuerint et idonei, idem Archiepiscopus, ejus vicarius aut Prior vel Custos, ut præfertur, deficientem numerum pro tunc, quam citius poterit, suppleat. Et, ne præsens ordinatio nostra cassa existat, volumus quod Custos seu in ejus absentia Vicecustos Collegii memorati, in vim juramenti per eum in assumptione ejusdem officii præstiti, ipsum Archiepiscopum, infra quindecim dies post dictos tres dies elapsos immediate sequentes, vicariumve ejus, seu Priorem aut Custodem supradictum, quam cito facere commode poterit, de et supra numero sic deficiente sub expensis Collegii certificare non omittat. Quod si omnino non fecerit, impedimento cessante legitimo, dicto officio suo eo ipso sit privatus. Insuper, cum secundum Apostolum teneamur bonum facere ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, statuimus, ordinamus et volumus, quod in omni electione scholarium prædictorum futuris temporibus in dictum Collegium facienda, principaliter et ante omnes alios, illi qui sunt vel erunt de consanguinitate mea et genere, si qui tales sint, ubicunq̄ fuerint oriundi, dum tamen sint reperti habiles et idonei secundum conditiones superius et inferius recitatas, sine aliquo probationis tempore, in veros dicti Collegii Socios ab initio eligantur, et etiam admittantur: quibus deficientibus, tunc illi qui sunt vel erunt de locis vel parochiis in quibus possessiones et res spirituales sive temporales dicti Collegii consistunt (si juxta conditiones prædictas habiles sint) præ cæteris eligantur. Quod si tales in dicta Universitate, tempore electionis hujusmodi Oxoniæ celebratæ, minime reperti sint, tunc pauperiores et indigentiores scholares, clerici, in dicta Universitate studentes, hoc ordine præferantur; videlicet, præ cæteris oriundi de diœcesi Cantuariensi, ac deinde seriatim de comitatibus Oxon, Sussex et Northampton, Bukygham, Bedforde, Middlesex, Surry, Barks, Wilts, Dorset, Somerset, et sic de cæteris comitatibus infra nostram Cantuariensis provinciam, (dum tamen in grammatica sufficienter, et in cantu ut prædicatur competenter, eruditi sint, et, secundum qualitates et conditiones superius et inferius recitatas, habiles et idonei reperti et probati fuerint) ad dictum Collegium eligantur et etiam assumantur tot quot supplere poterunt deficientem numerum supradictum. Quos omnes sic electos seu assumptos, his qui de nostro sanguine

Vacancies to be supplied from scholars of Oxford.

Warden to notify vacancies to the Archbishop.

Preference of Founder's kin

Or natives of places where the College holds property

Or poor scholars of Oxford in order of certain counties.

Year of probation, after election.

fuerint duntaxat exceptis, per unum annum in eodem Collegio stare volumus antequam in veros Socios ejusdem Collegii admittantur; quo anno probari poterint an ingenio, capacitate sensus, moribus, conditionibus et scientia, digni fuerint, habiles et idonei, ad proficiendum in studio scholastico, ad honorem ecclesiæ et Collegii supradicti. Quos etiam, omnes et singulos, durante anno probationis suæ prædicto, scholares dicti Collegii, et non Socios, quoties de scholaribus in nostris statutis inferius vel superius sit mentio, volumus nuncupari, ac sic declaramus intelligi debere de eisdem. Quos, insuper, infra dictum annum probationis suæ existentes, consilii interesse, aut officia aliqua ipsius Collegii gerere vel exercere, volumus quovismodo. Dicto vero probationis anno per aliquem eorundem scholarium completo, convocatis per Custodem, vel in ejus absentia Vicecustodem, omnibus et singulis Sociis ipsius Collegii tunc in Universitate præsentibus, idem Custos, si præsens sit, vel Vicecustos eo absente, vota omnium et singulorum Sociorum prædictorum præsentium, palam et publice, pro quolibet dictorum scholarium qui probationis annum compleverit memoratum inquirat; et qui, juxta conscientiam, discretionem et judicium ipsius Custodis et majoris partis Sociorum prædictorum præsentium, seu in ejus absentia Vicecustodis et majoris partis prædictæ, repertus fuerit habilis, sufficiens et idoneus, eo ipso pro vero Socio dicti Collegii habeatur et etiam admittatur. Proviso semper, quod, in omni electione seu assumptione scholarium prædictorum in veros Socios Collegii memorati, ut præmittitur, facienda, nullus alius pro electo vel assumpto hujusmodi habeatur, nisi ille in quem Custos et major pars juristarum ac etiam artistarum, Sociorum dicti Collegii, tunc in Universitate præsentium, et in quem, si artista est, Custos et duæ partes omnium Sociorum artistarum, si legista est ille in quem Custos et duæ partes omnium juristarum, Sociorum dicti Collegii, tunc in Universitate præsentium, consenserint, eligendum, seu etiam assumendum. Quod si in aliquem prædictorum in Socios veros assumendorum, ut præfertur, infra unum diem non fuerit concordatum, extunc ille pro assumpto habeatur in quem, infra duos dies extunc proxime sequentes, Custos ac omnes et singuli Socii illius facultatis seu scientiæ cujus est ipse scholaris de cujus assumptione agitur, et quatuor alterius facultatis, tunc in Universitate præsentibus, consenserint assumendum, etsi non faciant majorem partem omnium Sociorum præsentium Collegii memorati. Si vero, infra dictos tres dies, in aliquem scholarium prædictorum, fraude et malo ingenio cessantibus, nullo prædictorum modorum fuerit concordatum, extunc, cessante cujuscunque contradictoris obstaculo, ipsum de cujus electione agitur a dicto Collegio præsentis statuti vigore exclusum fore decernimus, ipso facto. Conscientias vero Custodis, Vicecustodis et Sociorum omnium prædictorum, apud Deum in hac parte altius oneramus ut, cessantibus omnimodis

During probation to be Scholars, and not Fellows.

Admission as Fellows.

Manner of admission.

Exclusion of incompetent Scholars.

odio, amore, invidia, acceptione patriæ, personæ, aliter quam superius, seu prece vel pretio, cæterisque coloribus, occasionibus et causis, postpositis quibuscunque, in nullum alium assumendum vel admittendum consentiant, nisi quem speraverint et firmiter crediderint in eodem Collegio ad honorem Dei et profectum studii scholastici effectualiter posse et velle proficere ac debere.

Quibus omnibus sic peractis, quemlibet scholarem et Socium sic electum vel assumptum, statim post ipsius electionem vel assumptionem, antequam de communis ac aliis emolumentis ab ipso Collegio provideatur eidem, subscriptum præstare volumus juramentum. “Ego Q. Q. juro, ad hæc sancta Dei Evangelia

Oath to be taken by a Scholar.

per me corporaliter tacta, quod omnia statuta et ordinationes hujus Collegii, ac omnia et singula contenta in eisdem, quatenus personam meam concernunt vel concernere poterint, secundum planum, literalem et grammaticalem, sensum et intellectum eorundem, inviolabiliter tenebo et observabo, et quantum in me fuerit tenere faciam ab aliis et etiam observari.

Observance of statutes.

Alioquin pœnas in non parentes in præmissis vel eorum aliquo, in dictis ordinationibus et statutis inflictas ac etiam ordinatas, sine contradictione quacunque subibo et me humiliter subiturum promitto, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum eorundem. Quodque nulla alia statuta seu ordinationes,

Submission to penalties.

interpretationes, immutationes, injunctiones, aut expositiones vel glosas, prædictis ordinationibus et statutis qualitercunque, vero sensui et intellectui eorundem, ut præfertur, repugnantia vel repugnantes, derogantia vel derogantes, contraria vel contrarias, per quemcunque vel quoscunque alium vel alios quam per reverendum in Christo patrem Henricum Chichelee Fundatorem nostrum,

Rejection of other statutes than those of the Founder.

Archiepiscopum Cantuariensem, edita vel edenda, editas vel edendas, quomodolibet acceptabo, vel ad ea consentiam, aut ipsa aliquo modo admittam, vel eisdem parebo ullo tempore; nec illis vel eorum aliquo ullo modo utar in Collegio prædicto vel extra, tacite vel expresse; sed eis et eorum cuilibet contradicam et resistam expresse, ipsaque fieri viis et modis quibus scivero impediam, juxta posse.

Item, si contingat me scire aliqua secreta dicti Collegii, ipsa in damnum sive præjudicium ejusdem Collegii non revelabo ad extra quovismodo. Quodque dicto Collegio fidelis ero; damna, scandala vel præjudicium, dicto Collegio nullatenus faciam aut, quatenus in me fuerit, fieri sustinebo; sed illa per me et alios modis quibus melius potero ne fiant impediam; et si ipsa impedire non potero, Custode, Vicecustode, Decanis aut bursariis, dicti Collegii plenarie revelabo. Custodi, insuper, Vicecustodi,

College secrets.

Decanis aut bursariis, et aliis meis superioribus in dicto Collegio, in licitis et honestis, et maxime in dicti Collegii negotiis et factis, obediam, assistam, et reverentiam debitam obedienter impendam. Admonitionibus vero injunctionibus et decretis, correctionibus et punitionibus quibuscunque, Custodis et Vicecustodis dicti Col-

Fidelity to College.

legii quorumcunque, qui pro tempore fuerint, secundum formam

Obedience to superiors.

ordinationum et statutorum ejusdem Collegii, quantum in me fuerit et ad me pertinuerit, parebo cum effectu. Contra jus vero vel repugnans præmissis, in judicio vel extra, tacite vel expresse, non faciam seu fieri procurabo aut fieri permittam, nec eisdem assentiam quovismodo. Item, quod ad dicti Collegii meliorationem, augmentationem bonorum, terrarum, possessionum, reddituum, et jurium ejusdem conservationem et defensionem, promotionem, et expeditionem negotiorum quorumcunque dicti Collegii, ad quemcunque statum, gradum, dignitatem, honorem vel officium, imposterum devenero, in sanis consiliis, beneficiis, favoribus et auxiliis, quantum in me fuerit et ad me perinuerit, diligenter intendam et juvabo, et pro eisdem fideliter laborabo, et usque ad finalem et felicem expeditionem negotiorum hujusmodi juxta posse instabo, quamdiu vixero in hoc mundo. Item, quod non procurabo diminutionem, translationem, mutationem seu annullationem, alicujus numeri in aliqua scientia seu facultate, in ordinationibus et statutis dicti Collegii limitati, contra formam et ordinationes ejusdem, nec ea fieri permittam secundum meum posse, aut eis consentiam quovismodo. Item, quod non ero detractor, susurro, seu faciens obloquia, aut provocans ad invidiam, odium, iram, rixam, discordias, contumelias aut jurgia, alios Sociorum dicti Collegii vel aliorum Universitatis Oxoniensis prædicti, et præsertim inibi studentes, vulgariter dictos Australes, Aquilonares seu Boreales; et quod scientiarum ad scientias, facultatem ad facultates, patriæ ad patriam, generis ad genus, nobilitatis ad nobilitatem aut ignobilitatem, seu aliter qualitercunque comparationes aliquas, verbo vel facto non faciam, causa commovendi malitiose Socios vel scholares, scientias seu etiam facultates, Universitatis prædictæ, tacite vel expresse, publice vel occulte. Item, quod nullas conventiculas, conspirationes, confœderationes seu pactiones aliquas, ubicunque, infra regnum Angliæ vel extra, contra ordinationes et statuta dicti Collegii, vel contra ipsius Collegii statum, commodum vel honorem, aut contra Custodem, Vicecustodem vel aliquem Socium ejusdem Collegii, illicite faciam, vel ipsa fieri procurabo, seu permittam ab aliis fieri, quatenus in me fuerit, quovismodo, in futurum; nec facientibus ipsa vel eorum aliquod præstabo seu dabo consilium, auxilium vel favorem. Item, fidelis ero ac etiam diligens in quocunque officio ad quod me in eodem Collegio deputari contigerit et assumi; illudque, cum deputatus fuero, admittam, et pro posse meo fideliter adimplebo. Item, quod consanguineos dicti Fundatoris in veros Socios Collegii, juxta formam ordinationis et statuti editi superius, sine difficultate quacunque admittam, et procurabo admitti juxta posse; et quod de scholaribus, in dictum Collegium eligendis ad annum probationis, necnon de admittendis et assumendis in veros Socios ejusdem Collegii, fidele consilium, omni favore postposito, tribram et impendam; ut de bonis personis, castis, modestis, honestis, aptis, et ad studendum et proficiendum in actibus scholasticis

Assistance of
College in case
of promotion.

Number of stu-
dents in the
several facul-
ties.

Detraction and
provoking
strife.

Conspiracies
against Col-
lege, etc.

Diligence in
office.

Admission of
Founder's kin
as Fellows;
and elections
of Scholars.

habilibus et idoneis, juxta formam statutorum dictorum, ac proficere volentibus, provideatur eidem. Quodque contra dominum Archiepiscopum Cantuariensem, Prioremve aut capitulum ipsius ecclesie Cantuariensis qui pro tempore fuerint, in aliqua causa ipsum Archiepiscopum aut ipsam ecclesiam concernente, scienter non dabo consilium, auxilium vel favorem; causa mea propria et Collegii predicti duntaxat exceptis. Item, quod non impetrabo dispensationem aliquam contra juramenta mea predicta nec aliquam particulam eorundem, nec contra ordinationes et statuta dicti Collegii aut ipsorum aliquod; nec dispensationes hujusmodi per alium vel alios, publice vel occulte, impetrari vel fieri procurabo, directe vel indirecte. Et si forsán dispensationem aliquam hujusmodi impetrari aut gratis concedi vel acquiri contigerit, cujuscunque fuerit auctoritate, seu sit generaliter vel specialiter, aut alias sub quacunque verborum forma concessa, ipsa non utar, nec eidem consentiam quovismodo: sicut Deus me adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia. Et si contingat imposterum, me propter contemptum, rebellionem, inobedientiam, malos mores, vel alia mea demerita, seu propter causas in presentibus ordinationibus et statutis contentas, per Custodem corrigi et puniri, aut alias hujus Collegii Oxoniensis sustentatione et Societate ejusdem, juxta formam ordinationum et statutorum dictorum, ejici, expelli, privari, excludi vel etiam amoveri, ex certa mea scientia, pure, sponte, simpliciter et absolute, omni actioni, occasione correctionis, vel punitionis vel privationis, exclusionis, expulsionis seu amotionis hujusmodi, contra Custodem aut alios dicti Collegii Oxoniensis Socios qui pro tempore fuerint, conjunctim vel divisim, quomodolibet instituendæ, appellationi et querelæ in ea parte fiendis, ac quarumcunque literarum impetrationi, precibus principum, prælatorum, procerum, magnatum et aliorum quorumcunque, quantumcunque alias mihi probitatis et vitæ merita suffragentur, in vim pacti renuntio in his literis. Insuper, si, postquam in verum Socium hujus Collegii assumptus fuero vel electus, in Socium alterius Collegii dicti Universitatis Oxoniensis, vel etiam Universitatis Cantabrigiensis, me nominari, eligi aut assumi, contigerit, hujusmodi electioni, nominationi et assumptioni, non consentiam, nec Collegium hujusmodi, virtute talis electionis, tanquam Socius ejusdem ingrediar; sed omni juris titulo, virtute electionis aut assumptionis hujusmodi mihi quomodolibet competituro, in vim pacti renuntio in his scriptis." Volumusque quod de juramento predicto fiat statim instrumentum publicum, signo et subscriptione notarii publici munitum, ipsius juramenti totum tenorem, diem et formam, ac nomen et cognomen cujuscunque, et cujus comitatus existat et diocæsis, continens, sic jurantis; quod in dicto Collegio perpetuo remaneat, sub custodia diligenti.

Suits against the Archbishop or Prior of Caunterbury.

Dispensation from oaths and statutes.

Actions and appeal, in cases of punishment or expulsion.

Election to another College.

Oath to be reduced into a Public Instrument.

Cap. 3.—*De officio Custodis, et ejus residentia.*

Power and
duties of the
Warden.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos, qui pro tempore fuerit in dicto nostro Collegio Oxoniensi, omnibus et singulis scholaribus, Sociis et personis ejusdem, præsentibus et futuris, ministris altaris, capellanis videlicet et clericis, in capella dicti Collegii in divinis ministrare debentibus, necnon et singulis omnibus aliis ipsius Collegii officariis et ministris, quocunque nomine censeantur, præmineat atque præsit; eosque juxta ordinationes et statuta dicti Collegii reget, dirigat et gubernet, et eosdem omnes et singulos juxta eorum demerita corrigat, puniat et castiget, secundum statutorum eorundem ordinationes, formam et effectum. Idem quoque Custos felici et salubri regimini atque curæ ipsius Collegii, scholarium et Sociorum ac personarum ejusdem, omniumque terrarum, possessionum, reddituum spiritualium et temporalium, ac administrationem rerum ac bonorum quorumcunque ad ipsum Collegium qualitercunque pertinentium, cum omni diligentia et providentia, fideliter et diligenter, intendat, ac alios ejusdem Collegii officarios et ministros, in diversis officiis et ministris deputatos et etiam deputandos, intendere, et ea diligenter exercere, ad commodum, utilitatem et honorem, dicti Collegii, faciat juxta posse. Ipsaque omnia et singula, quantum ad ipsum pertinet, fideliter gubernabit et custodiet, ac per alios ejusdem Collegii officarios et ministros faciet gubernari, et etiam custodiri; bonaque omnia et singula supradicta in commodum et utilitatem dicti Collegii, scholariumque et Sociorum ejusdem, prout necessitas evidens exegerit, et ordinationes et statuta nostra in hac parte plenius dictaverint, procurabit et faciet utiliter dispensari et in omnibus administrari. Ea vero, quæ residua fuerint et excrescent, procurabit et faciet ad incrementum dicti Collegii et commodum fideliter conservari. Causas vero aut lites graves, vel ardua negotia in quibus verti poterit ipsius Collegii damnum vel exhereditatio, grave præjudicium et interesse, absque majoris partis juristarum necnon artistarum seniorum tunc præsentium (cujus majoris partis octo de facultate juris canonici vel civilis seniores existant) consilio et assensu incipere vel aggredi, seu incepta continuare, non debet. Statuentes, præterea, quod, ultra sexaginta dies continuos vel discontinuos in anno, a dicto Collegio se non absentet, nisi pro negotiis Collegii supradicti, vel ex magna et ardua causa per majorem partem omnium Sociorum, tam juristarum quam artistarum, tunc præsentium approbata. Proviso semper, quod sic captet tempus absentia hujusmodi, quod in damnum sive præjudicium dicti Collegii sua absentia non redundet, et quod in solennitatibus Nativitatis Domini et Paschæ, nisi ex magna causa, nullatenus se absentet. Et ad præmissa, in omnibus suis punctis et articulis, quantum in eo est, fideliter et diligenter observanda et observari facere procuranda, in admissione primaria in ipsum

Assent of Fel-
lows in suits
and business of
importance.

Absence from
College.

To be sworn on
admission.

Collegium, post electionem et præfectionem de eo factam, in præsentia omnium Sociorum ipsius Collegii præsentium, antequam in Custodem admittatur, per ipsos astringetur, ut præmittitur, vinculo juramenti.

Cap. 4.—*De portione Custodis.*

Item, quia Custodem prædictum, ratione officii sui, multam diligentemque curam impendere, et labores perennes circa eisdem Collegii negotia præ cæteris subire, oportebit, statuimus, ordinamus et volumus, quod pro sua pensione et salario decem marcas sterlingorum, ultra ea quæ inferius sibi limitantur, et quæ de jure statutorum et ordinationum dicti Collegii erit recepturus de bonis communibus ejusdem, ad quatuor anni terminos, per manus bursariorum qui pro tempore fuerint, recipiat, æqualiter persolvendas. Volentes, præterea, quod sint tres equi competentes pro dicto Custode ac Sociis ejusdem Collegii in ipsius Collegii negotiis laborantibus; necnon sellæ, fræna et harnisia necessaria, pro equis eisdem, pretii competentis, juxta discretionem et arbitrium ipsius Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, qui pro tempore fuerint, limitandi: pro quibus omnibus singulis, tam in emptionibus quam renovationibus seu mutationibus eorundem, sicut et prout ac quoties opus fuerit, necnon pro pabulo pro equis prædictis, satisfieri volumus de bonis communibus Collegii memorati. Habeat atque, insuper, idem Custos, pro suo et Collegii honore confirmando, unum clericum seu alium servientem honestum, qui sibi in mensam in aula et camera sua aliisque locis debite ac diligenter deserviat, sicut decet; pro cujus salario (dummodo summam viginti solidorum in toto non excedat), ac victu et vestitu, satisfieri volumus etiam de bonis communibus Collegii supradicti. Cum vero dictum Custodem, juxta ordinationes et statuta Collegii, aut alias de avisamento, consilio et consensu, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, in negotiis Collegii extra villam Oxoniensem abesse oportebit; quo casu, præter prædictum servientem suum et alium ad custodiam equorum deputatum, unum Socium discretum, aptum et circumspectum, ad hoc per Custodem, Vicecustodem et sex Socios ejusdem Collegii, videlicet tres juristas et tres artistas seniores, eligendum, ad assistendum eidem Custodi, quamdiu sic absens fuerit, quoties et quando opus fuerit, assignari volumus. Pro omnibus expensis suis, dicti Socii et servientum prædictorum, aliorumque secum in dictis negotiis Collegii necessario laborantium, necnon aliorum per ipsum pro utilitate, commodo et honore, dicti Collegii invitandorum, Collegium de bonis suis satisfaciatur et persolvetur. Provisio semper quod parcelas omnium expensarum hujusmodi per ipsum in absentia factarum, infra sex dies postquam redierit ad Collegium, dictis bursariis præstet; et etiam sub pœna amissionis expensarum omnium præmissarum.

Salary of
Warden.

Horses and
harness
allowed.

Clerk or serv-
vant to attend
on Warden.

Attendants on
Warden when
absent on Col-
lege business;
and their ex-
penses.

Absence of
Warden on
private
business.

Entertainment
of strangers.

Ad quod etiam Socium quemlibet dicti Collegii, quoties et quando eum in negotiis ejusdem Collegii abesse contigerit, sub prædictis pœnis astringi volumus, sub debito ipsius Collegio præstiti juramenti. Si vero dictus Custos in suis negotiis propriis aliquando fuerit absens, tunc de bonis propriis et non expensis Collegii procuretur. Insuper, si Custos præsens in Collegio extraneos supervenientes, pro utilitate, commodo et honore, Collegii, necessario invitaverit, sive in absentia ejus, per Vicecustodem ipsius Collegii, de consilio bursariorum, aliqui de extraneis hujusmodi fuerint invitati, volumus quod sic invitati in magna aula dicti Collegii, secundum ipsorum statum, debite procurentur. Et ne communæ Custodis aut Sociorum per tales invitatos nimis deteriorentur, volumus quod, pro qualibet persona extranea invitata, in mensa Custodis sedente, singulis vicibus sex denarii; si vero talis extraneus in mensa Sociorum sederit, tres denarii; in mensa vero famulorum si sederit, tunc duo denarii, pro qualibet ejus refectioe, de bonis communibus persolvantur.

Cap. 5.—*De Vicecustode, ejus electione et officio.*

Election of
Vicewarden.

His duties.

Item, cum, propter absentiam dicti Custodis, quem frequenter propter diversa dicti Collegii negotia abesse forsitan oportebit, ac propter alias occupationes suas multiplices, idem Custos singula quæ ad officium suum pertinent supervidere non poterit; statui- mus quod, in partem solitudinis suæ et in adjutorium melioris regiminis dicti Collegii et personarum ejusdem, et præsertim quoad supervisionem observantiæ ordinationum et statutorum dicti Collegii, quoad regulas et observantias ipsorum scholarium et Sociorum, vitæ ac disciplinæ scholasticæ directivas, melius conservandas, in Collegio prædicto, sub dicto Custode, sit semper unus de discretioribus et maturioribus Sociis, conversatione ac moribus approbatus, quem ipse Custos prædictus ac decem Socii seniores ipsius Collegii, quorum quinque artistæ alii quinque juristæ, seniores in dicto nostro Collegio, existant, elegerint; qui Vicecustodem volumus nuncupari. Et si Custos prædictus et præfati decem seniores in unam personam consentire noluerint, nihilominus pro Vicecustode habeatur ille qui Custos et major pars ipsorum decem, cujus majoris partis tres juristæ existant, elegerint in hoc casu. Qui Vicecustos in dicto Collegio teneatur continue residere, necnon in aula inter Socios prandere, nisi forsan, ex magna et urgente causa, ad dicti Collegii negotia eum transmitti, vel alias ex causa rationabili et necessaria, per Custodem, Decanos et bursarios, approbanda, eum abesse contingat. Qui Vicecustos, insuper, circa curam et regimen conversationis et morum scholarium et Sociorum ipsius Collegii, ac profectus studii scholastici eorundem, necnon ministrorum in capella ejusdem Collegii, in divinis ministrare debentium, officiariorumque et ministrorum in eodem Collegio deservientium et ministrantium,

vices ipsius Custodis, ipso absente, faciat, exerceat et in omnibus suppleat diligenter; ac etiam idem Custodi præsentem, circa præmissa et alia dicto Collegio et personis ejusdem necessaria vel utilia, solerter assistat. Negligentias et defectus, necnon crimina, excessus et delicta, quæ in dictis scholaribus, Sociis, officiariis et ministris, dicto Custode in Collegio vel Universitate præsentem, noverit esse commissa, ipsi Custodi, cessantibus omnibus affectionibus consanguinitatis et affinitatis, invidia et amore, odio et timore, denunciabit; ut per ipsum vel alios, secundum ordinationes et statuta dicti Collegii, puniantur, corrigantur et debite refoventur. Statuentes quod dictus Vicecustos, per se, possit Power to reprove and punish scholars and Fellows. scholares et etiam Socios negligentes, aut circa studium desides, vel alio modo errantes, in delictis levioribus, corripere, increpare, et, si oporteat, cum consensu Decani facultatis seu scientiæ sic delinquentis, corrigere et punire, etiam in præsentia Custodis prædicti. Dummodo Custos hujusmodi causas correctionis et punitionis ad se non duxerit adnotandas. Ad quæ omnia et To be sworn, on admission. singula, quantum ad ipsum pertinet, bene, diligenter et fideliter, exequenda et etiam observanda, Vicecustos prædictus, statim post ipsius admissionem ad officium prædictum, tactis per ipsum sacrosanctis Evangeliiis, præstet corporaliter juramentum, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii vel majoris partis eorundem, tunc in Collegio præsentium, præfato Custode juramentum hujusmodi exigente. Hoc etiam proviso, quod eligentes sive Oath of electors. nominantes Vicecustodem hujusmodi, in vim juramenti per ipsos prius Collegio præstiti, ut nullum ad Vicecustodis hujusmodi officium nominent, nisi quem tunc crediderint pro hujusmodi officio exercendo in dicto Collegio, post Custodem, ad hoc idoneorem et sufficientiorem, affectione et partialitate cessantibus quibuscunque, et insuper in omnibus electionibus in dicto Collegio de quibuscunque officiariis eligendis, ipsos electores modo consimili teneri et astringi volumus. Volumusque, insuper, quod Stipend of Vicewarden, and duration of office. idem Vicecustos habeat annis singulis viginti sex solidos et octo denarios, pro labore et stipendio suis, de bonis Collegii prædicti, ultra ea quæ in eodem esset alias percepturus: ipsius Vicecustodis hujusmodi officio ultra biennium minime duraturo. Volentes quod dictæ electionis forma, cum aliquem hujusmodi Vicecustodem eligi contigerit, debeat observari; et quod is qui Re-election. semel fuerit Vicecustos, finito biennio administrationis suæ, iterum, nisi biennio elapso, ad idem officium nullatenus eligatur, nisi necessitas sive evidens utilitas dicti Collegii, cum consensu eorum ad quos Vicecustodis electio pertinet, ut prædicitur, hoc exposcat.

Cap. 6.—*In quibus Socii et scholares obedire debent Custodi, et in ejus absentia Vicecustodi.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli

Obedience of
Fellows and
scholars to
Warden and
Vicewarden.

scholares et Socii, et personæ ac officarii et ministri dicti Collegii quicumque, dicto Custodi, qui pro tempore fuerit, et, eo absente, vel impedito quominus his quæ ad officium suum prædictum pertinere noscuntur intendere queat, Vicecustodi ejusdem Collegii (de quo Vicecustode superius dicitur) in licitis et honestis mandatis et factis, exercitium scholasticum bonosque mores concernentibus, statutis dicti Collegii qualitercunque non contrariis, obediant et intendant cum effectu. Si quis vero in præmissis vel eorum aliquo rebellis vel inobediens repertus fuerit, volumus quod ex tunc communæ suæ in Collegio prædicto, vigore præsentis ordinationis nostræ, ei realiter per Custodem et Decanum suum, aut in absentia Custodis per Vicecustodem et Decanum prædictum, realiter subtrahantur, quousque in eisdem paruerit cum effectu. Et nihilominus, si ultra mensem in hujusmodi rebellione vel inobedientia pertinuerit, ex tunc a dicto Collegio statuimus ipsum perpetuo fore privatum.

Penalties.

Cap. 7.—De bursariorum electione, et eorum officio et juramento.

Election of
two Bursars.

Præterea, ut bona ipsius Collegii, securius conservata, regantur melius et discretius dispensentur, statuimus, ordinamus et volumus, quod de Sociis ipsius Collegii, per Custodem, Vicecustodem, Decanos et sex alios Socios, videlicet tres artistas et tres juristas, eligantur duo Socii aptiores et magis circumspecti, Doctoribus exceptis, bursariorum officium exercendo; quorum unus jurista et alius artista sit. Qui exitus, redditus, firmas et proventus, beneficiorum, maneriorum, terrarum, et possessionum et reddituum, bona et res ipsius Collegii, alias qualitercunque undecunque provenientes seu provenientia vel spectantia, per visum et sub testimonio Custodis vel Vicecustodis, et alicujus Decanorum, de manibus œconomorum, ballivorum, procuratorum, firmariorum, præpositorum ipsius Collegii, aut aliorum quorumcunque, per indenturas inter dictos bursarios et solventes summas hujusmodi faciendas, recipiant; et recepta in thesauraria dicti Collegii, in archis et cistis communibus, ad hoc deputandis, per visum et sub testimonio dictorum Custodis vel Vicecustodis et alicujus Decanorum, in tuto reponant securius custodienda. De quibus quidem receptis ipsi bursarii certas rationabiles summas ad communas Sociorum et scholarium, et alias quotidianas et minutas expensas utiles et necessarias solummodo, et non aliter, in ipsos usus et non in alios usus, juxta discretionem, dispositionem, consilium et avisamentum, Custodis, vel, Custode absente, Vicecustodis, et alicujus Decanorum dictorum, custodiant, disponant fideliter et convertant. Nolentes quod dicti bursarii, aut quivis alius, de residua parte receptorum dictorum, seu de majoribus negotiis dicti Collegii, aut aliis solutionibus misis et expensis circa hujusmodi majora negotia facienda, se quomodolibet intromittant, sine discretionem, consensu, dispositione, consilio et avisamento, Custodis sive Vicecustodis, Custode ab-

Their duties.

Residue of
income after
necessary
expenses.

sente, Decanorum et majoris partis tam juristarum quam artistarum tunc præsentium Collegii memorati. Qui etiam bursarii provisiones et emptiones septimanales quascunque victualium, et solutiones pro eisdem quaslibet faciendas, superintendant, et de ipsis disponant, prout eis melius videbitur expedire, pro commodo, utilitate et honore, Collegii supradicti. Qui, insuper, duo bursarii, in una cista, ad hoc specialiter deputanda, cujus duas claves habeant inter se divisas, alternatas indenturas, quas inter se tam de omnibus et singulis per eos receptis quam etiam liberatis et expensis, et rotulos super præmissis factos sibi invicem correspondentes, facere teneantur, reponant et etiam conservent. Volumusque quod, quoties alter bursariorum prædictorum extra dictam Universitatem absentare se contigerit, clavem dictæ cistæ, in sua custodia remanentem, demittat in custodia alicujus discreti Socii suæ facultatis, propter causas necessarias quæ verisimiliter contingere poterunt; pro quo ipse suo periculo voluerit respondere. Ad quæ omnia et singula, quantum ad ipsos pertinet, bene, diligenter ac fideliter, facienda et etiam observanda, dicti bursarii, statim post ipsorum admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliiis, præstent corporaliter juramentum, in præsentia omnium Sociorum dicti Collegii, vel majoris partis eorum tunc in dicto Collegio præsentium; præfato Custode vel, in ipsius absentia, Vicecustode juramentum hujusmodi exigente. Quemlibet, præterea, bursariorum prædictorum viginti sex solidos et octo denarios sterlingorum, de bonis communibus dicti Collegii, annuatim percipere volumus, pro labore et stipendio in officio supradicto; ultra ea quæ ipsorum quilibet in eodem Collegio erit alias percepturus: ipsorum officio ultra annum, nisi urgente necessitate vel evidente utilitate, minime duraturo.

Mutual indentures of receipts and payments.

Custody of key of chest, in absence.

Oath, on admission to office.

Stipend, and duration of office.

Cap. 8.—De Decanorum electione, et eorum officiis et juramento.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod duo Socii Collegii prædicti, de discretioribus et maturioribus, unus videlicet Magister Artium et alius baccalaureus juris canonici vel civilis, juxta discretionem Custodis, Vicecustodis, bursariorum et sex aliorum Sociorum dicti Collegii, ad hoc per Custodem et sex Socios, quorum tres artistæ et alii tres juristæ seniores existant, nominentur et assumantur; quos Decanos volumus nuncupari: proviso, quod nullus in Decanum juristarum assumatur, nisi per dictos tres juristas fuerit nominatus. Qui, sub dicto Custode, tanquam ejus coadjutores, scholarium et Sociorum ipsorum curam et regimen habeant; qualiter, scilicet, in studio scholastico et morum honestate proficiant; et eis superintendere, et eos delinquentes corripere et increpare, ipsorumque transgressiones, excessus et delicta, Custodi vel Vicecustodi denuntiare, et ut ipsa, juxta ordinationes et statuta nostra, corrigantur et pu-

Nomination of, two Deans.

Their duties.

niantur, diligenter instare juxta posse debeant et etiam teneantur. Volumusque quod Decanus artistarum singulis disputationibus Artistarum, Decanus vero juristarum singulis disputationibus juristarum, a principio interesse et usque in finem, impedimento cessante legitimo, expectare, et eas regulare, debeant et etiam teneantur. Et ad præmissa, omnia et singula, quantum ad ipsos pertinet, bene et fideliter et diligenter facienda, exercenda et etiam observanda, Decani prædicti, statim post ipsorum admissionem ad officium supradictum, tactis sacrosanctis Evangeliiis, præstent corporaliter juramentum, in præsentia omniium Sociorum dicti Collegii tunc præsentium, vel majoris partis eorundem, præfato Custode vel, in ipsius absentia, Vicecustode, juramentum hujusmodi exigente. Et quemlibet ipsorum Decanorum annuatim viginti sex solidos et octo denarios volumus percipere, pro labore et stipendio, de bonis communibus Collegii prædicti; ultra ea quæ ipsorum quilibet de eodem erit alias percepturus: ipsorum singulorum officio ultra unum annum minime duraturo. Quam quidem electionis formam, quoties aliquos hujusmodi Decanos unum vel plures eligi contigerit, volumus observari.

Cap. 9.—*De mensis Sociorum, et scholarium et capellanorum; et qualiter ad eas sedere debeant.*

Order of places at table.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod ad capitalem seu principalem mensam aulæ Collegii prædicti sedeant principaliter Custos, Vicecustos, ac post ipsos proximi in theologia Magistri; deinde, Doctores juris canonici; ac deinde, Doctores in jure civili, singuli singularum facultatum prædictarum, secundum quod seniores fuerint in Collegio memorato. Quodque, si nullus hujusmodi in theologia Magister, aut in jure canonico vel civili Doctor, fuerit in Collegio prædicto, tunc volumus quod Custos vel, ipso absente, Vicecustos, in omni refectioe, sibi assumat baccalaureum in theologia, unum Decanorum vel bursariorum, aut unum alium Magistrum Artium vel in jure baccalaureum, qui secum in mensa sedeat supradicta. In mensis vero collateralibus, ex utraque parte aulæ, sedeant, post gratias ab eis ante mensas stantibus dictas, primo et principaliter alii Socii, deinde scholares graduatim, cujuscunque scientiæ fuerint vel facultatis, tunc in aula præsentis; necnon, post eos, sacerdotes capellæ; et deinde alii Socii ejusdem Collegii non graduati, tunc præsentis. Quod si alios Socios, in tempore gratiarum dum dicuntur non præsentis, postea, aliis in suis locis collocatis, supervenire contigerit, ipsos sedere volumus secundum quod venerint, absque vendicatione superioris aut propriæ vel anterioris sedis vel loci cujuscunque, et absque festinatione vel tumultu per ipsorum aliquem faciendo. Scholares vero non graduatos simul sedere volumus, post dictos Socios non graduatos, in alia tabula, quam pro eis, in medio aulæ fecimus

deputari, prout Custodi vel Vicecustodi videbitur faciendum. Quibus omnibus et singulis, Sociis et capellanis et scholaribus supradictis. in quiete et silentio ab integriore parte tabularum tunc discumbentibus, et lecturam Scripturarum sacrarum jugiter et attente audientibus, in victualibus competenter et honeste binis tunc in uno ferculo serviri volumus et ministrari, de bonis communibus dicti Collegii, juxta discretionem et ordinationem Custodis, Vicecustodis, bursariorum et seneschalli aulae, qui pro tempore fuerint, ac secundum temporis exigentiam et communarum summam, in ipsis statutis et ordinationibus per nos inferius limitatam. Ita quod omnibus de eodem genere carniū et piscium deserviat, nisi, propter victualium caristiam, aliud de necessitate fuerit faciendum.

Cap. 10.—*De communis Sociorum et scholarium ac capellanorum septimanalibus.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Sociorum, scholarium et capellanorum, omnium et singulorum, Collegii supradicti, Custode excepto; pro cujus communis septimanatim dupium illius quod pro quolibet Socio vel scholari exponi statuimus, de bonis communibus expendi volumus; communæ pro victualibus sint æquales, quodque, juxta varietatem temporum prædictorum, et juxta discretionem dispositionem et ordinationem, Custodis, Vicecustodis, Decanorum, et bursariorum, Collegii, communæ hujusmodi varientur. Statuentes, præterea, quod fertilitatis annis, videlicet, cum quarterium frumenti venditur in Oxonia pro uno nobili vel supra, citra tamen decem solidos, pro quolibet Socio et scholari ac capellano dicti Collegii, personaliter existente eodem, ad integras communas duodecim denarii; quando vero quarterium hujusmodi pro decem solidis vel supra, citra tamen tredecim solidos quatuor denarios, venditur, tunc quatuordecim denarii; cum autem pro tredecim solidis et quatuor denariis, vel supra, inibi quarterium frumenti contigerit vendi, tunc sexdecim denarii; ad omne majus pro quolibet Socio, scholari et capellano, prædictis, pro suis communis, septimanatim, per manus bursariorum ejusdem Collegii qui pro tempore fuerint, de bonis communibus ejusdem Collegii solum exponi valeant et expendi. Volentes, quod, quamdiu et quoties prima duodecim denariorum summa prædicta, vel minor, pro qualitate temporis et abundantia fructuum, usque ad undecim vel decem denariorum summam, pro ipsorum communis sufficere possit quovismodo competenter, summam non transcendat eandem, neque amplior summa pro ipsorum communis hujusmodi de bonis dicti Collegii persolvatur nec aliquid ministeretur; sed, quod superfuerit, ad utilitatem Collegii convertatur: septimanis Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, et aliis festis majoribus, duntaxat exceptis; quibus ampliorem summam, juxta Custodis, seu Vicecustodis, et bur-

Warden to have double commons; the rest equal.

Regulation of commons by price of wheat.

Additional commons on the greater festivals.

Commons to be served according to rank.

Outlay of commons.

Audit of household accounts.

Surplus commons.

sariorum discretionem, permittimus ministrari. Nolentes per præmissa quod singulis Sociis, scholaribus ac presbyteris supradictis, in victualibus deserviat æqualiter; quia non omnes erunt æqualis gradus, meriti vel laboris. Sed volumus quod deserviat eisdem secundum ordinationem et discretionem Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum; habendo respectum debitum ad status et gradus quos pro tunc habuerint in Collegio memorato; æqualitate communarum omnium prædictarum per nos ordinata superius non obstante. Dictas vero communes quoscunque Socios, scholares, capellanosque hujusmodi concernentes, non per ipsorum Sociorum et capellanorum manus, sed per bursarios, seneschallum et clavigerum seu dispensatorem, qui pro tempore fuerit, expendi volumus, et etiam ministrari. Statuentes, præterea, quod, quater in quolibet anno, videlicet semel in fine cujuslibet termini, comptus et particulæ omnes et singulæ, tam communarum quam etiam omnium aliarum expensarum intrinsecarum hospitii dicti Collegii, per Custodem, Vicecustodem et Decanos, audiantur et etiam videantur. Ita quod, si aliquem in ea parte defectum invenerint, ipsum statim corrigant et reforment, prout eis melius videbitur expedire, pro utilitate et commodo Collegii prædicti. Et si quid de communis prædictis, Socios, scholares vel capellanos prædictos, concernentibus, singulis quarteriis supradictis superfuerit, residuum totum, sine diminutione aliqua, in utilitate communi dicti Collegii, sicut cætera ejusdem bona communia, reservetur.

Cap. 11.—*De seneschallo aulae singulis septimanis deputando; et ejus officio.*

Fellows to take the office of Seneschal of the Hall, in routine, weekly. Duties of the office.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, pro qualibet septimana, unus dicti Collegii Socius, seriatim in ordine suo, juxta ordinem camerarum, sit victualium omnium pro hebdomada illa emptorum et emendorum, ac etiam expensarum omnium illius hebdomadæ, dispensator et ordinator, cum supervisione et dispositione unius bursariorum, qui pro tempore fuerit; et parcelas omnium et singulorum emptionum, provisionum et expensarum quarumcunque, nominaque Sociorum omnium et capellanorum existentium ad integras vel ad medias communes, ac jornellos quoscunque pro illa septimana, scribat seu scribi faciat; qui seneschallus aulae pro septimana sua nuncupetur. Quodque omnes et singuli Socii illud onus, singulis suis septimanis, vice sua assumere ac subire teneantur et debeant; Doctoribus in quibuscunque facultatibus, Vicecustode ac bursariis, duntaxat exceptis. Idemque Socius seneschallus, singulis refectionibus, coram discumbentibus Sociis et scholaribus, cessante impedimento legitimo approbando, fercula sua deponat; necnon, cum dispensatore aut clavigero prædicto, in cujuslibet septimanæ fine, die videlicet Veneris, nisi eodem die festum solenne contigerit,

tunc proximo die feriali immediate sequente, coram duobus bur-
sariis, si præsentes fuerint, alioquin coram uno eorum, in scriptis
fideliter computet de omnibus emptionibus, provisionibus et
expensis, illius septimanæ, sigillatim qualibet die factis.

Cap. 12.—*De lectura Bibliæ, ac silentio tenendo in aula, et mora
non facienda post refectioes in eadem.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes et singuli Bible reading
at dinner.
Socii, scholares ac capellani capellæ dicti Collegii, sedentes ad
mensam in aula ejusdem, singulis diebus, in prandio, habeant
Bibliam vel alium sacræ scripturæ librum lectum coram eis, per
unum clericum capellæ, aut scholarem vel Socium non gra-
duatum ejusdem Collegii, si visum fuerit ad hoc per Custodem
vel Vicecustodem, in ejus absentia, septimanis singulis indiffe-
renter deputandum. Cui lecturæ omnes Socii, et scholares et
capellani, sub silentio expulantes, diligenter intendant; audientia-
amque lecturæ hujusmodi per verbositates, fabulas, clamores,
risus, murmurationes, vel tumultus alios inordinatos, aliove
quovismodo, non impediunt. Cum vero loqui aut colloqui eos
contingat, tam in aula, mensa, quam in cameris, capella, et alibi
infra ipsius Collegii clausum aut hortum ejusdem, ubicunque,
modesto et curiali modo loquantur, ac Latino fruantur eloquio,
nisi ad aliud idioma extraneorum, vel laicorum præsentia seu ex
alia causa rationabili, urgebuntur. Nullusque ipsorum alium, Use of Latin in
conversation.
in ipso Collegio studentem seu studere volentem, a studio vel,
dormitionis tempore congruo, a dormitione vel quiete, per ludos,
tumultus aut strepitus, vel per alia facta quæcunque, impediatur
quovismodo. Alioquin, si quenquam scholarium aut Sociorum Interruption of
students.
prædictorum, post publicationem nostri statuti, quam loco mo-
nitionis legitimæ in hoc casu haberi volumus, in præmissis vel
eorum aliquo reum contigerit reperiri, cujuscunque status, gradus
aut conditionis, existat, pro prima vice per unum diem, pro
secunda vice per duos dies, pro tertia vice per tres dies, com-
munis suis privetur; qui, si postea in præmissis vel eorum
aliquo culpabilis inventus fuerit manifeste, pœna hujusmodi
deinceps debite aggravetur. Et sic, secundum discretionem et
moderationem Custodis et Decani facultatis sic delinquentis, vel,
in Custodis absentia, Vicecustodis et Decani facultatis sic delin-
quentis prædicti, in hoc casu gravior et gravior puniatur. Sta- Remaining in
Hall after
dinner and
supper.
tuentes, præterea, et etiam ordinantes quod, singulis diebus, post
prandium et cœnam, persoluta prius Altissimo pro susceptis
gratiarum actione, sine temporis intervallo, potu caritatis bibere
volentibus ministrato, et post potationes in aula, hora ignitegii,
seniores singuli, cujuscunque status aut gradus fuerint, ad studia
sua vel loca alia infra Collegium se transferant, nec juniores alios
ibidem moram facere ulterius permittant; nisi in festis principa-
libus et festis majoribus duplicibus, et nisi quando consilia domus,

Fire in the Hall
on Saints' Days.

disputationes, et alia negotia ardua Collegium tangentia, immediate post in aula debeant pertractari; aut nisi quando, ob Dei reverentiam ac Suae Matris, vel alterius Sancti, sive solennitatis cujuscunque, tempore hiemali, ignis in aula Sociis ministratur; tunc scholaribus et Sociis, post tempus prandii aut cœnæ, liceatur, gratia recreationis, in aula, in cantilenis et aliis solatiis honestis, moram facere condecentem, et poemata, regnorum chronicas, et mundi hujus mirabilia, ac cætera clericalem statum condecentia, serius pertractare.

Cap. 13.—*De extraneis non introducendis in aulam vel Collegium ad onus ejusdem.*

Introducing
strangers into
College.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium aut Sociorum prædictorum parentes, fratres, consanguineos, notos vel extraneos, aut propinquos, unum vel plures, in ipsum Collegium introducendo, cuiquam Sociorum aut scholarium prædictorum profectus studii scholastici præstet impedimentum, præjudicium vel damnum; vel sit aliunde societati, scholaribus vel Sociis, onerosus, præjudicialis etiam vel damnosus. Si, tamen, alicujus Sociorum vel scholarium prædictorum parens, frater, nepos, consanguineus vel amicus, ad eorum aliquem venerit, per præsens nostrum statutum non intendimus prohibere, quin venientem ad se, de Custodis sive in ejus absentia Vicecustodis licentia et consensu, possit, in aula vel in camera, suis sumptibus propriis, sine onere communitatis, ac cæterorum impedimento vel damno Sociorum vel scholarium, recipere, procurare ac pascere, prout placet, duobus diebus duntaxat et non ultra. Statuentes, præterea, ut nullus extraneus, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, infra dictum Collegium hospitetur, nec etiam pernoctet aliqualiter in eodem. Nolumus, insuper, quod aliquis dictæ Universitatis scholaris, aut quivis alius extraneus, ultra duos dies, ad faciendam cum eis moram, infra dictum Collegium, seu ad ponendas vel colendas communas, vel aliquid aliud ratione communarum vel moræ suæ longioris faciendæ, ibi recipiatur, vel alias admittatur. Siquis vero dicti Collegii Socius vel scholaris aliquem extraneum ad pernoctandum infra dictum Collegium admiserit, seu pernoctationi hujusmodi causam dederit, pro prima vice per septimanam, pro secunda vice per quindenam, ac pro tertia vice per unum mensem, pro quarta vero vice, aut ulterius si deliquerit, juxta discretionem Custodis et Decani sic delinquentis, aut Custode absente Vicecustodis et Decani prædicti, acrius et aretius puniatur.

No stranger to
pass a night in
College.

Penalties.

Cap. 14.—*De disputationibus Sociorum et scholarium in qualibet facultate.*

Daily dispu-
tations of stu-
dents in Arts,
non-graduates.

Item, pro uberiore exercitio studii, ac incremento profectus scholastici, statuimus, ordinamus et volumus, quod Socii et scholares, artistæ dicti Collegii non graduati, si numerum attingant

senarium, omni die non festivo in pleno termino, alioquin, si tot non fuerint, dummodo pauciores quam tres præsentes non sint, omni quarta feria et Sabbato in pleno termino contingentibus, in dicti Collegii aula aut alio loco conveniente, omnes et singuli tunc in Universitate præsentes, conveniant, et sophismata inter se disputent mutuo et hinc inde. Baccalaurei vero in artibus in Quadragesima, omni die Veneris, aliis vero temporibus in pleno termino omni quarta feria et Sabbato, in aula ipsius Collegii, teneantur quæstiones seu problemata, secundum discretionem Decani sui, similiter disputare; sic, videlicet, quod determinaturi in artibus disputent materiam quam proponunt determinare in Quadragesima proxime tunc sequente, loco problematum seu quæstionum prædictarum; et hoc inter festum Sancti Dionysii et primum diem Quadragesimæ; toties quoties per Custodem et Decanum artistam seu, Custode absente, per Vicecustodem et Decanum prædictum, fuerint assignati. Item, quod singuli ad minus, impedimento cessante legitimo, sic ter disputent et determinent, si tempus prædictum ad hoc sufficiat quovismodo. Proviso, quod, in singulis hujusmodi problematibus et quæstionibus et determinationibus, vel saltem in una aliarum disputationum, ac etiam in uno sophismate seu una disputatione sophistarum, in septimana qualibet, omnes graduati in artibus in Universitate præsentes, Custode et Doctoribus exceptis, a principio in finem personaliter intersint, nisi rationabilem causam absentiae Decano artistam ostendant, per Custodem, aut eo absente Vicecustodem, et Decanum prædictum merito approbandam: quodque, si numerus baccalaureorum in artibus in dicto Collegio numerum senarium non attingat, tunc volumus quod magistri regentes in eadem facultate, singuli suis vicibus, cum baccalaureis disputent, eisdem modo et ordine quibus cum eisdem disputaverant antequam cathedram ascenderant Magistralem: ut Magistri tamen regentes hujusmodi in præfatis disputationibus responsales fiant, eos per præsens statutum volumus coarctare. In temporibus vero magnæ vacationis, post festum Translationis Sancti Thomæ martyris contingentis, quod tunc omnes baccalaureos prædictos lecture intrinsecæ in scientiis particularibus intendere volumus; cui etiam omnes artistas dicti Collegii, Custode et Doctoribus exceptis, similiter interesse statuimus; unicam tantum disputationem in septimana, usque ad festum Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, eos facere permitimus et tenere. Juristæ vero dicti Collegii, in capella ejusdem aut alibi in loco conveniente, juxta discretionem Custodis et Decani juristæ limitando, omni die Sabbati in pleno termino contingente, unam disputationem inter se, de quæstionibus et factis ipsorum facultates seu scientias concernentibus, habeant; etiam in tempore dictæ magnæ vacationis, usque ad festum Assumptionis Beatæ Virginis supradictum; cui disputationi omnes scholares et Socios juristas, baccalaureos et Doctores,

Disputations of
Bachelors in
Arts.

Bachelors' dis-
putations in the
Great Vacation.

Disputations of
Jurists.

etiam si lecturæ intendant, impedimento cessante legitimo, per Custodem et Decanum juristam, seu Custode absente per Vicecustodem et Decanum prædictum, approbando, a principio usque ad finem interesse, et singulos, præter Doctores, suo cursu et ordine disputare, volumus et etiam ordinamus. In quibus etiam disputationibus quæstionibusque tenendis, volumus juniores per Decanum suum prædictum, vel ipso absente per seniores et proveciores earundem scientiarum seu facultatum, regulari, instrui et etiam adjuvari. Si quis autem absque causa rationabili, modo quo præmittitur approbanda, absens fuerit a disputatione cui, ut præmittitur, interesse deberet, si, prima vice monitus, secunda vice absens fuerit, per subtractionem communarum suarum per unum diem, si tertio per duos dies, et si quarto per quatuor dies, et sic deinceps arctius secundum quod Custodi et Decano ejusdem facultatis cujus est sic delinquens, vel, ipso Custode absente, Vicecustodi et Decano prædicto expedire videbitur, puniatur.*

Cap. 15.—*De tempore assumendi gradus in qualibet facultate, et gratis non utendis.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod quilibet Socius dicti Collegii, ad quamcunque scientiam seu facultatem deputatus, annos in ipsa facultate seu scientia necessarios, statutos et haberi consuetos in Universitate prædicta, absque remissione temporis aut completionis formæ, habeat integros et completos, antequam ad gradum baccalaureatus in eadem facultate vel scientia quomodolibet admittatur. Quibus annis completis, si iudicio Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, si præsentibus fuerint, et sex aliorum seniorum graduatorum in Collegio tunc præsentium, quorum duo de facultatibus juris civilis et canonici existant, vel in ipsius Custodis absentia Vicecustodis, Decanorum, bursariorum et sex seniorum prædictorum, habilis, sufficiens et idoneus, repertus fuerit, gradum baccalaureatus assumat; et extunc ad legendum continue determinandum, vel actus alios exercendum, in eadem scientia, pro forma ulteriore, illico se convertat: et statim, completa forma in dicta Universitate statuta et etiam limitata, in quacunque fuerit facultate seu scientia, et uno anno ultra formam eandem, ad accipiendum et assumendum gradum Magistratus seu Doctoratus in ipsa scientia seu facultate sua, si scientia et moribus iudicio Custodis, Decanorum et majoris seniorisque partis Sociorum graduatorum in dicto Collegio studentium, vel, in absentia Custodis, Vicecustodis, Decanorum et majoris partis graduatorum prædictorum, repertus fuerit habilis et idoneus, effectualiter sit paratus; sic quod, infra

* In the margin, in a contemporaneous hand, is added the following, underlined with red:—"Theologi vero, aliquo die, semel et seriatim, disputare in pleno termino teneantur."

Penalty for absence from disputations.

Of taking a Bachelor's degree.

Master's or Doctor's degree.

medium annum a tempore denuntiationis Custodis vel Vicecustodis, absente Custode, continue numerandum. impedimento cessante legitimo, iudicio Custodis vel Vicecustodis et majoris partis graduatorum prædictorum approbando, realiter incipere teneatur. Si vero super cuiusquam dictorum Sociorum gradus assumptione, in forma prædicta, infra unum diem non poterit concordari, tunc ipse pro habile sufficienter et idoneo ad gradum tam in jure civili quam in jure canonico assumendum, habeatur, quem duæ partes omnium Sociorum artistarum duxerit approbandum, sub ipsorum debito præfati juramenti: nulla gratia super remissione temporis aut non completionis formæ; præterquam in forma canonistarum, cum quibus dispensari permittimus ut non teneantur jurare se audivisse Decretales complete, ac etiam quod decretorum Doctores non teneantur regere in decretis; qualitercunque eis concessa, quomodolibet valitura eisdem; qua, etsi forsitan, ad instantiam, petitionem vel supplicationem, quarumcunque personarum, sibi concessa, nullo modo gaudeant vel uti præsumant. Per præmissa non intendimus prohibere, quin regentes, cujuscunque facultatis, quindecim diebus in anno, quodque in jure baccalaurei quod responsiones eorum in Vesperis cedant ipsis pro responsionibus formalibus, et in artibus baccalaurei super auditione unius libri pro alio, gratiis per Universitatem concessis eisdem valeant. Statuentes, insuper, quod quilibet Magister in artibus, statim postquam necessariam regentiam compleverit, et tres annos ultra, ad facultatem theologiæ illico se convertere debeat et etiam teneatur. Volentesque, præterea, quod, quotiescunque aliquis Socius Collegii prædicti ad gradum recipiendum licentiatum fuerit, cum gradum hujusmodi receperit, et in ejus actu inceptiois, ac cum realiter inceperit, in quacunque fuerit facultate, omnes alii Socii et Scholares ejusdem Collegii, tunc in Universitate præsentés, impedimento cessante legitimo, per Custodem seu Vicecustodem approbando, gradum recipienti, licentiando ac incipienti hujusmodi, in eundo et redeundo, comitatum exhibeant personalem, et in actibus ejusdem interesse personaliter teneantur.

University
graces.

Masters in
Arts to study
theology.

Accompanying
a Fellow in
taking a degree.

Cap. 16.—*De tempore assumendi sacros ordines.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Socius quilibet dicti Collegii, Magister Artium, infra duos annos post necessariam regentiam suam completam continue numerandos, se ad sacerdotium, impedimento cessante legitimo, per Custodem, Decanos et bursarios, seu, absente Custode, per Vicecustodem, Decanos et bursarios prædictos approbando, faciat promoveri. Quemlibet vero civilistam, si, post gradum baccalaureatus per eum in jure civili assumptum, ad jura canonica se convertat; quod eo ipso fieri intelligi volumus, si infra sex menses a tempore baccalaureatus per eum assumpti continue numerandos, impedimento cessante legitimo, per Custodem et Decanum suum

Masters of
Arts to take
holy orders.

Taking of holy
orders by
Bachelors of
Civil Law.

approbando, lecturam libelli Institutionum pro forma realiter non inceperit; infra quinque annos extunc immediate sequentes, volumus et statuimus debere ad sacerdotium promoveri. Si vero hujusmodi baccalaureus ulterius in jure civili studere velit, tum eum, statim post gradum hujusmodi baccalaureatus in jure civili per eum assumptum, infra sex menses continue numerandos, ad lecturam libri Institutionum, ac exinde ad lecturam voluminum et alia quæ ad formam Doctoratus in eodem jure in dicta Universitate requisita sunt, effectualiter converti, ac se jugiter et continue exercitari volumus in eisdem: ita quod, infra quatuor annos a tempore baccalaureatus per eum assumpti continue numerandos, formam compleat eandem. Ipsaque completa, consequenter infra unum annum extunc continue numerandum, in eodem jure realiter incipere eum volumus, impedimento cessante legitimo per Custodem et Decanos ac bursarios, vel, in absentia Custodis, per Vicecustodem et Decanos ac bursarios prædictos, approbando. Alioquin, si, hujusmodi impedimento cessante, circa completionem suæ formæ prædictæ effectualiter et continue, ut prædicitur, non laborarit, aut, ea completa, infra prædictum annum realiter non inceperit, volumus quod extunc, infra unum annum continue numerandum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Qui omnes et singuli, post susceptum per eos sacerdotium, se faciant celeriter instrui ad missas devotius et frequentius celebrandas. Eis, tamen, ad celebrandum alibi quam in dicto Collegio, quamdiu ibi fuerint collegiati, per modum annualis servitii, aut alio quovis colore stipendium aut aliquod salarium recipiendi aut alibi celebrandi, facultatem interdiximus omnimodo. Annualia, tamen, aut cantarias temporales, seu aliud salarium quodcunque, ad celebrandum in capella ipsius Collegii, in subsidium, relevamen ac sustentationem, eorundem, eis acceptandi facultatem tenore præsentium indulgemus. Si quis vero hujus statuti in aliqua ejus parte temerarius violator extiterit, si, prius monitus, infra medium annum judicio Custodis et Decani sui effectualiter se non correxerit, eum a dicto Collegio extunc exclusum fore decernimus, ipso facto.

Taking salaries for celebrating masses out of the College.

For celebrating in the College chapel.

Penalty.

Cap. 17.—*De habitu Sociorum et scholarium; et quod arma non deferant.*

Dress of Fellows and scholars within the College.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod omnes Socii et scholares universi Collegii supradicti, infra septa Collegii, gonis sive ipetogiis* longis talaribus, absque cinctionibus sive zonis, decenter sicut decet, superius induantur, et capicia similiter habeant condecencia, cum liripipiis trium quarteriorum virgæ longitudinem, et latitudinem sextæ partis virgæ unius, tantummodo continentibus. Quandocunque vero aliquis Sociorum vel scholarium Collegii nostri antedicti ad scholas vel ecclesias aliquas, ecclesia beatæ Mariæ duntaxat ibidem excepta, vel aliquem alium locum

Dress in the town.

* Sic in MS.; read "epitogiis."

infra villam Oxoniensem vel suburbia ejusdem, et non ultra, ire vel incedere contingat, capis, chimeris, mantellis, prætextu inceptio-
 num usitatis, seu tabardis longis, et togis talaribus cum capiciis furruratis sive duplicatis, eorum gradibus, secundum laudabilem consuetudinem Universitatis prædictæ, vel armilansis cum capiciis subtus, indutis Socii et scholares graduati superius induantur. Non graduati vero cum armilansis et capiciis, ut, præmittitur, subtus indutis, omnino incedant. Enimvero, si extra villam vel suburbia prædicta, etiamsi infra milliarium, aliquem Sociorum vel scholarium prædictorum, graduatorum sive non graduatorum, causa recreationis vel alia quacunquæ honesta, ire contigerit, tunc ipsos et ipsorum quemlibet sine habitu suo de quo præmittitur incedere permittimus; dum, tamen, absque moræ dispendio ad Collegium revertatur. Prohibemusque, in-
 super, ne quisque utatur tabardo furrurato sive penulato, nisi prius in medicina, aut jure canonico vel civili, aut sacra theologia, licentiatus fuerit, formam Doctoratus in jure canonico vel civili aut sacra theologia compleverit, aut realiter inceperit in aliquo eorundem. Tenis vero sine buzzetis, vulgariter dictis *hures*, nigris tantum eis uti permittimus in choro, a festo Michaelis Archangeli usque ad festum Paschæ, et non alias aut alibi quovismodo, nisi sacerdotes fuerint vel Doctores in aliqua facultate, sive Magistri Artium aut baccalaurei juris canonici vel civilis, qui tenis sive buzzetis hujusmodi antiquitus utebantur. Aliis vero vestibus et calcamentis eos uti et tonsuram decentem deferre volumus, sicut eorum honestati convenit clericali, et prout dictaverint canonicæ sanctiones et aliæ majorum constitutiones editæ in hac parte. Extraque non soli, sine Socio vel scholari dicti Collegii, aut uno de communibus servientibus ejusdem, seu alio ætatis maturæ comite non suspecto, modesto modo incedant, præterquam ad processiones, ecclesias vel scholas, seu ad aulam in qua eos seu eorum aliquem lecturæ scholarium intendere continget; tunc enim ipsos solos ire permittimus, si pro tunc comitem hujusmodi habere non poterunt bono modo. Prohibemus, insuper, omnibus et singulis Sociis et scholaribus supradictis, ne gladios, telas, dicas, dageria, longosve cultellos, seu arma quæcunquæ invasiva, vel defensiva, infra dictum Collegium vel extra, infra Universitatem et spatium supradictum, deferre præsumant, publice vel occulte; nisi ex causa necessaria, utili seu honesta, per Custodem et Decanum facultatis suæ, seu, Custode absente, per Vicecustodem et Decanum prædictum, approbanda. Siquis vero hujus statuti in aliqua particula transgressor fuerit, eum a communis dicti Collegii suspendi, per unum diem seu plures, aut alias gravius puniri, volumus, sicut Custodi et Decano facultatis suæ, aut, Custode absente, Vicecustodi et Decano suo prædicto, melius videbitur expedire. Spatium vero unius milliaris circa Universitatem prædictam, in australi parte usque ad crucem super pontem versus Bagley, in occidentali usque ad hamelettam de

Dress out of the town.

Dress according to degrees.

Walking alone, out of College.

Wearing arms

Penalty.

Boundary of a mile round the town.

Henksey vel Boteley ultra Thamesiam, in boreali vero usque ad fossam vocatam vulgariter Grendech, et orientali usque ad villas de Edyngton sive Cowley, vel alia loca in dictis partibus ab Universitate æqualiter distantia, specialiter duximus declarandum.

Cap. 18.—*De communi annua vestium liberata.*

Præterea, cum dicti Collegii Socii, virtute statuti prius per nos editi, ad illam astringantur vesturæ decentiam quæ honestati conveniat clericali; ac, insuper, cum extra Collegii septa in Universitate Oxoniensi versentur, vigore ejusdem statuti, habitum certum superius gerere teneantur; ea propter, ne quicumque propter hujusmodi vesturæ penuriam contra dictum statutum causari valeant, aut inhoneste coram aliis Universitatis prædictæ scholaribus videantur, vel etiam erubescant; statuimus, ordinamus et volumus, quod si annui redditus ac proventus dicti Collegii, supportatis prius omnibus et singulis oneribus aliis eidem qualitercunque incumbentibus, ad hoc suppetant, Custos et Socii universi dicti Collegii, infra regnum Angliæ existentes, tam nostri consanguinei quam alii qui pro tempore fuerint, erga festum Nativitatis Domini, annis singulis, in perpetuum, vestes de una et eadem secta, juxta qualitatem status et gradus ipsorum, de sufficiente panno habeant concedentes, de bonis communibus dicti Collegii; pretii cujuslibet integri panni, competenter aquatificati et tonsi, continentes ad viginti quatuor virgatas in longitudine et unam virgatum et tria quarteria in latitudine, quadraginta sex solidorum in toto. Ordinantes, præterea, quod Custos prædictus decem virgatas panni hujusmodi pro suis vestibus percipiat. Supradictis cæteris vero Sociis, de quibus præmittitur, non omnibus æqualiter sed tamen de panno hujusmodi assignetur, quantum ad uniuscunque togam sive gonam et tabardam, chineras vel armilansam, talares cum capieio, habitu respectu debito ad percipientium gradus, status et etiam staturas, secundum majus et minus, rationabiliter sufficiet et decebit; singulis pannis inter singulos tres Socios dividendis. Volumusque insuper et ordinamus, quod pannus hujusmodi, cum juxta statuta præmissa eundem emi contigerit, ante festum Michaelis, juxta discretionem Custodis, aut eo absente vel impedito Vicecustodis, et duorum bursariorum, omnino ematur; et quod infra quindenam post festum Omnium Sanctorum, annis singulis, cum eum distribui contigerit, eidem Custodi et Sociis liberetur; ad hoc, ut Socii et scholares dicti nostri Collegii uniformiter vestiantur et honeste habitu conformi incedant. Volumusque quod omnes et singuli, cujuscunque fuerint facultatis, in scholares Collegii nostri antedicti de cætero admittendi, sumptibus suis propriis et expensis, infra quindenam postquam in scholares ejusdem admittantur, de habitu suo consimilis coloris vestiri Sociorum provideant seu provideri faciant. Ordinamus, insuper, quod duo bursarii in partitione et divisione

Livery, or dress of one suit, for Warden and Fellows.

Price of the cloth.

Amounts of cloth.

Time of purchase and distribution.

Scholars to find their own dress, of the same colour as that of Fellows.

liberatæ prædictæ, una cum Custode si præsens fuerit, seu, ipso absente seu legitime impedito, cum Vicecustode, annis singulis sint præsentis; et quod remanentia pannorum prædictorum remaneant in custodia bursariorum prædictorum, per indenturam inter eosdem Custodem seu Vicecustodem et bursarios faciendam. Præterea, inhibemus Custodi, necnon omnibus et singulis Sociis supradictis, qui pro tempore fuerint, ne pannum aut vestes hujusmodi infra triennium vendant, impignorent, donent, vel extra Collegium prædictum deponant, vel quovis alienationis titulo in alium transferant quovismodo. Si vero aliquem Sociorum hujusmodi mori contigerit, nolumus quod, per aliquos executores vel bonorum administratores ejusdem, aliqua pars liberatæ hujusmodi alicui extraneo vendatur quovismodo, quamdiu sit aliquis Sociorum vel scholarium vel capellanorum ejusdem Collegii, qui eam velit sub competenti pretio comparare. Si quidem aliquis Sociorum prædictorum culpabilis fuerit in præmissis, et super hoc legitime sit convictus, eum carere volumus proxima liberata.

Custody of surplus cloth.

Of selling or pawning dresses.

Penalty.

Cap. 19.—*Quod Socii et scholares sine licentia non devillent.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod si quis Sociorum et scholarium prædictorum ab Universitate prædicta ex quacunque causa devillare voluerit, causam suam hujusmodi Custodi, si præsens fuerit, vel si absens sit Vicecustodi et Decano facultatis suæ, si præsens fuerit, prius ostendat; extunc devillandi et proficiscendi petat licentiam ab eisdem: et nolentes quod, in licentia hujusmodi Sociis vel scholaribus hanc petentibus concedenda, dicti Custos seu Vicecustos vel Decanus se reddant nimis difficiles. Sed volumus quod scholari vel Socio ipsam petenti, et se habere honestam et veram causam absentandi asserenti, non denegetur in hoc casu facultas seu licentia absentandi, præcipue magnarum et generalium vacationum temporibus. Hoc adjecto, quod tunc absentare volentibus, ac justas honestas ac rationabiles causas, ut præmittitur, allegantibus, certum, rationabile tempus absentæ præfigatur eisdem, consideratis causis allegatis ac conditione, statu et gradu, personarum ipsam petentium licentiam, locorum distantia, et temporis qualitate infra quod ad dictum Collegium et studium redire, cessante impedimento legitimo, debeant ac etiam teneantur; et quod, dum absentes fuerint, sicut decet clericos induantur et honeste moribus conversentur. Nec pro tunc, aut dum in Universitate præsentis fuerint iidem scholares aut Socii, vel alii in ipso Collegio manentes capellani quicumque, tabernas, spectacula vel alia loca inhonesta, exercent aut frequentent, sed a comitivis suspectis se abstineant; ne, quod absit! ex communione inhonesta vel suspecta, aut alias ex eorum insolentiis quibuscunque, dicto Collegio, scholaribus vel Sociis ejusdem, scandalum, damnum vel præjudicium, eveniat aut quomodolibet generetur. Nec liceat alicui

Of obtaining leave of absence from the University.

Conduct during absence.

Passing the night out of College.

Penalties.

Term of absence, periods, etc.

scholarium aut Sociorum prædictorum extra Collegium supra-dictum, in villa Oxoniensi aut ejus suburbiis, aut aliis locis, per quatuor milliarium spatium a villa Oxoniensi minime distantibus, seu infra, quomodolibet pernoctare; nisi ex causa necessaria, rationabili et honesta, per dictos Custodem, Vicecustodem et Decanum suum, approbanda. Alioquin, si forsitan quisquam scholarium vel Sociorum prædictorum, post publicationem præsentis nostri statuti, quam loco monitionis legitimæ in hoc casu haberi volumus, in præmissis vel eorum aliquo culpabilis inveniatur, cujuscunque status, gradus aut conditionis, existat, pro prima vice per septimanam, pro secunda vice per quindenam, pro tertia per unum mensem tunc proxime secuturum, communis suis careat, ipso facto: sin si quarto deliquerit, in hoc casu ab ipso dicto Collegio præsentis vigore statuti ipsum exclusum et privatum fore decernimus, ipso facto. Hoc etiam proviso, quod nullus scholarium seu Sociorum prædictorum, in uno anno, ultra sexaginta dies continuos vel vicibus interpolatis discontinuos, a dicto Collegio se absentet; et quod una et eadem vice non detur pluribus scholaribus vel Sociis, ultra decem in numero, licentia absentandi, præterquam a vigilia Sancti Thomæ Apostoli usque ad octavas Sancti Hilarii, et a die Dominica in Ramis Palmarum usque ad diem Dominicam in octavis Paschæ, et a die Martis proximo ante festum Pentecostes usque ad diem Dominicam proximam post festum Sanctæ Trinitatis, et a crastino Assumptionis Beatæ Mariæ usque ad sextum diem Octobris extunc proxime futurum; quibus temporibus, scholaribus et Sociis prædictis, usque ad numerum viginti personarum in toto, ex causa rationabili et honesta, ut puta recreationis vel alia, licentiam simul dari permittimus, non ultra; illis, qui propter negotia Collegii absentes fuerint, in numero absentium hujusmodi minime computatis; nisi ex causis promotionis ipsorum, mortis vel gravis infirmitatis parentum seu amicorum, aut aliis causis consimilibus utilibus, per juramentum hujusmodi licentiam petentium, in præsentia Custodis, Decanorum et bursariorum, qui pro tempore in Collegio præsentis fuerint, seu, ipso Custode absente, Vicecustodis et Decanorum ac bursariorum eorundem, affirmandis.

Cap. 20.—*Quod non exerceant ludos inhonestos infra clausum dicti Collegii, vel infra Universitatem Oxoniensem; et quod canes non teneant aut nisos vel accipitres.*

Keeping hawks, hounds, etc.

Dice and gaming.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod nullus scholarium vel Sociorum dicti Collegii leporarium teneat aut canem alium quemcunque, ferretos, nisos, aut aliam avem accipitrem qualemcunque. Taxillorum, insuper, et alearum, omnemque ludum noxium, inordinatum et illicitum, infra Collegium prædictum, vel alibi infra Universitatem, ipsis penitus interdiciamus et etiam

prohibemus. Siquis vero prædictæ prohibitioni nostræ contra-
 venerit, si super hoc convictus fuerit, pœnam scholaribus et Penalty.
 Sociis dicti Collegii extra Universitatem sine licentia devillanti-
 bus, in proximo præcedente capitulo limitatam, incurrere statui-
 mus et volumus, ipso facto. Statuentes, præterea, ac etiam pro-
 hibentes firmiter et expresse, ne quisquam Sociorum vel scho- Injury of build-
ings by arrows,
stones, etc.
 larium prædictorum, vel aliorum ministrorum quorumcunque,
 jaciatur, sagittæ, lapides, pilas, ligna, terram seu alia quæcunque,
 aut aliquos ludos seu jactus faciat vel exerceat, nec ab aliis fieri
 permittat, infra Collegium prædictum, clausum vel hortum ejus-
 dem, vel extra, per quæ vel eorum aliquod capella, aula vel
 domus aliæ seu ædificia, dicti Collegii, in fenestris vitreis, muris,
 tectis, cooperturis, vel alias qualitercunque, intus vel extra, supe-
 rius vel inferius, fracturas seu læsiones, aut damnum aliquod,
 patiantur seu habeant quomodolibet, vel jacturam. Et si quis Penalty.
 in hoc casu deliquerit, et super hoc convictus fuerit, pro damno
 sic per eum illato satisfaciatur competenter, et nihilominus per
 subtractionem communarum suarum per quindenam, vel unam
 septimanam ad minus, vel alio modo, juxta discretionem et ordi-
 nationem Custodis et Vicecustodis, Decanorum et bursariorum,
 juxta qualitatem delicti, acriter puniatur, sine favore quocunque;
 ne perpetrandi similia cæteris audacia tribuatur.

Cap. 21.—*Quod non sint conspiratores, juramentores, aut semina-
 tores discordiarum; et quomodo pacificari debeant dissensiones in
 Collegio memorato.*

Item, cum, secundum Sallustium, concordia parvæ res crescant Exhortation to
concord.
 et discordia maximæ dilabantur, statuimus, ordinamus et volu-
 mus, et firmiter injungendo mandamus, ac in visceribus Jesu
 Christi Custodem dicti Collegii omnesque et singulos Socios et
 scholares, præsentés et futuros, obsecramus, ut, in omnibus et
 super omnia, unitatem et mutuam inter se caritatem, pacem et
 concordiam, semper habeant, teneant in omnibus fideliter et
 observent, pro eis nutriendis et fovendis instent pro viribus et
 anhelent. Quodque omnes scurrilitates, ignominiosa verba, con-
 tumeliosa, brigosa, contentiosa, rigosa, damnosa, susurra, jurgia,
 turpiloquia, derisiones, atque alia verba nociva, tædiosa, scandala-
 losa et opprobriosa, ac quæcunque comparationes odiosæ, verbo
 vel facto, causa commovendi Socios vel scholares malitiose, in
 ore omnium et personis singulorum cessent omnino ubicunque,
 tam infra dictum Collegium quam extra, in publico et privato.
 Alioquin, siquis Sociorum et scholarium prædictorum, in præ-
 missis vel eorum aliquo suspectus seu alias infamatus existat, et Penalty for
causing dissen-
sions.
 super eisdem vel aliquo eorundem, coram Custode dicti Collegii,
 assistentibus sibi Vicecustode, Decanis et bursariis, per testes
 idoneos, vel per ejus confessionem coram eis factam, vel alias
 per facti evidentiam, reus, judicio omnium prædictorum vel
 majoris partis ipsorum, quorum ad minus duo sint jurista, si de

juristæ punitione agatur, manifeste apparuerit, extunc, præsentis statuti vigore, pro prima vice per septimanam, pro secunda per quindenam, et pro tertia per mensem, communis suis, et omnibus distributionibus ac perceptionibus aliis interim contingentibus, quas de ipso Collegio esset alias percepturus, careat ipso facto, et insuper arctius puniatur, secundum quod Custodi et Decano delinquentis videbitur, si delicti vel facti qualitas id exposcat. Si vero, in casibus detractionis, comparationis inter facultates, conspirationis aut seminationis discordiæ, gravius quarta vice quis deliquisse aliquo modo præmisso legitime convictus fuerit, ipsum perpetuo exclusum et privatum fore ipso facto a dicto Collegio statuimus, volumus et etiam ordinamus. Statuentes, præterea, et etiam ordinantes, quod si aliqua discordiæ, iræ, rixæ aut dissensionis, materia, quod absit! in dicto Collegio suborta sit, qualitercunque inter quoscunque scholares, Socios aut alios degentes in Collegio memorato, nisi sic dissentientes infra unius diei spatium inter se concordent, extunc celerius, cautius et melius, quo fieri poterit, per Vicecustodem, Decanos et bursarios, aliosque per quos melius videbitur expedire, infra triduum sedetur et pacificetur hujusmodi dissensio omnimodo. Si vero ipsi ad eam sopiendam, absque Custode, non sufficiant, tunc Custos, assumptis sibi Vicecustode, Decanis et bursariis prædictis, et aliis Sociis ipsius Collegii, per quos hujusmodi dissensionis materia verisimiliter sedari poterit, partes prædictas sic discordantes summarie et de plano examinet, sic quod finis discordiæ, iræ seu dissensionis et jurgio hujusmodi, favore, partialitate, ira ac odio, ac invidia, quibuscunque, cessantibus, infra sex dies, si commode fieri poterit, lapsum dierum trium prædictorum immediate sequentes, imponatur et fiat; et quicquid ipse Custos, cum Vicecustode, Decanis et bursariis prædictis, in præmissis duxerit ordinandum, id per partes hujusmodi discordantes firmiter observetur et executioni absque contradictione qualibet demandetur. Nec liceat alicui de dicto Collegio, cujuscunque status aut gradus extiterit, occasione alicujus iræ, rixæ, jurgii aut dissensionis, infra dictum Collegium ortæ vel motæ inter eosdem, prosecutionem facere aut litem aliquam movere, vel aliquem impetere, aut ad judicium trahere, coram aliquo iudice extrinseco, ecclesiastico vel sæculari; sed volumus quod omnimodo hujusmodi jurgia, iræ, rixæ, discordiæ et dissensiones, quæ per Dei gratiam raro contingent, infra dictum Collegium per personas prædictas, aliqua ordinatione bona seu concordia finaliter terminentur et etiam decidantur.

Determination
of matters of
discord.

Suits in mat-
ters of dissen-
sion.

Cap. 22.—*De modo et temporibus devote dicendi horas canonicas, in capella dicti Collegii; et silentio tenendo in eadem; et ordine standi in choro ejusdem.*

Item, quia sacrum diem Dominicum, omnemque diem festum in honorem ipsius Dei alicujusve Sanctorum ejus dedi-

catum, in hymnis et cantatis spiritualibus totum debere transigi sanctorum patrum decrevit auctoritas, statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis diebus Dominicis, et aliis diebus solennibus et festivis inferius designatis, secundum quod per anni circulum contigerint, primis et secundis vesperis ac completoriis, matutinis, et altis missis celebrandis seu dicendis in capella dicti Collegii, Custos ipsius, Socii et scholares, sacerdotesque et cæteri ministri capellæ, omnes et singuli in Universitate præsentés, impedimento cessante legitimo, iudicio Custodis, si præsens fuerit, et unius Decanorum, aut, Custode absente, Vicecustodis et unius Decanorum ipsorum, approbando, in choro capellæ prædictæ, et etiam processionibus fiendis, intersint personaliter, induti superpellitiis suis propriis et honestis. Onnesque et singuli Socii graduati, cum superpellitiis suis hujusmodi, utantur capuciis furruratis, cum serico duplicatis, suis gradibus congruentibus : ipsasque vespervas, matutinas, primam, necnon cætera omnia et singula, ad altas missas et processiones, atque horas prædictas, quæ per clericos dicenda sunt, cum cantu et nota, secundum usum ecclesiæ cathedræ Sarum, simul et ad invicem, devote ac distincte, dicant, legant, content, et in omnibus, prout per alterum Decanorum in hac parte intitulati seu deputati fuerint, debite exequantur et humiliter exercent. Uno presbytero idoneo de Sociis Collegii prædicti, seu uno de sacerdotibus capellæ, si Socii hujusmodi sacerdotes præsentés aut sufficientes non fuerint, per unum Decanorum cursorie et circulariter nominando sive assignando, missam hujusmodi celebrante, et totum ipsius diei officium exequente : cujus quidem intitulationis, deputationis sive assignationis, officium ad duos Decanos pertinere, et per ipsos vicissim exerceri per singulos menses, statuimus et etiam ordinamus. Volentes, præterea, quod, in festis Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, et in quinque festis Sanctæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, Commemorationis Animarum, Dedicationis capellæ, Sanctorum Hieronimi, Ambrosii, Augustini, et Gregorii, loci patronorum, Martyrii et Translationis Sancti Thomæ Martyris, Reliquiarum, Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, Apostolorumque Petri et Pauli, Custos, vel alius de principalioribus et dignioribus personis ipsius Collegii, primas et secundas vespervas, matutinas, altam missam, et alias horas de die prædictas, in persona sua propria, cum nota solenniter celebret et dicat, ac divina officia hujusmodi secundum usum prædictæ ecclesiæ cathedralis Sarum, quantum poterit commode exequat. In aliis vero festis infrascriptis, videlicet, Sancti Stephani, Johannis Apostoli, Innocentium, feria secunda, tertia, quarta, hebdomadarum Paschæ et Pentecostes, Inventionis et Exaltationis Sanctæ Crucis, Sanctorum Andreae et Thomæ, Matthiæ, Philippi et Jacobi, cæterorumque Apostolorum et Evangelistarum, Georgii, Hugonis, Annæ, Laurentii,

Attendance at masses and hours.

Dress of Fellows at masses and hours; manner of celebration, etc.

Festivals on which the Warden or a principal member shall celebrate.

Festivals on which Fellows shall celebrate.

Michaelis, et Sanctæ Fridiswidæ, Nicholai, Sancti Davidis, Catharinæ, et Mariæ Magdalenæ, diebusque Dominicis ad primas et secundas vespervas, matutinas, altam missam, aliasque horas prædictas; necnon in sacra die Parasceves et vigiliis Paschæ et Pentecostes, in quibus Custodem, Socios et scholares, et ministros prædictos, omnes et singulos, altis missis, benedictionibusque cerei Pascalis et sacri fontis, similiter interesse volumus; juniores et inferiores personæ, Socii ipsius Collegii, sacerdotes, habitis relatione et consideratione debitæ ad festa et personas hujusmodi, quod in dictorum Decanorum pro suis alternis vicibus arbitrio solum consistere volumus, dictorum festorum officia modo debito exequantur. Permittimus, insuper, quod prælatus seu alius beneficiatus, qui prius fuerat ejusdem Collegii Socius, aliave persona honesta quæcunque, altam missam ad magnum altare, et omnia aliad ivina officia, interesse, et diebus prædictis, juxta discretionem, arbitrium Custodis, seu in ejus absentia Vicecustodis, Decanorumque et bursariorum, valeat celebrare, et divina officia exequi, necnon in aula comedere, pro recreatione Sociorum Collegii supradicti. Item, quia horas canonicas devote dici sacrorum canonum præcipit auctoritas, domusque Dei domus orationis esse debeat; et alibi scriptum sit, maledictus qui agit opus Dei negligenter; statuimus, ordinamus et volumus, quod dictorum Sociorum et scholarium, sacerdotumque et cæterorum capellæ ministrorum, in dicta capella, præsertim tempore quo divina dicentur in eadem, quæ sit conversatio, humilis et modesta; quodque nullus eorum matutinas, seu horas aliquas, per se vel cum Socio uno aut pluribus, in choro ipsius Collegii, dum psallunt in eodem divina, dicat, voce submissa vel alias, quoquomodo, in navi capellæ vegetur, nec murmurationes, garrulationes, divisiones, risus, confabulationes aut strepitus faciat, quovismodo; ne per inordinatos tumultus hujusmodi, variosque vocum sonitus, mutuave colloquia, devotio aut exercitium psallentium in choro quomodolibet valeat impediri. Nolumus enim quod aliqua alia ibi, dum divina psallentur, officia pertractentur, quam ea quæ divini nominis cultum respiciunt, quoquomodo. Alioquin si quis præmissorum vel alicujus eorum temerarius violator extiterit, et super hoc convictus fuerit, pœna, in capitulo de lectura Bibliæ superius ordinata, ipsum puniri debere volumus et etiam ordinamus. Præterea, statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti Collegii Custos in dextera parte chori dictæ capellæ teneat locum primum; in sinistra vero parte primum locum occupet Vicecustos; inde autem, ex utraque parte ipsius chori, theologiae Magistri; deinde decretorum Doctores; exindeque legum Doctores; et extunc Doctores medicinæ; si qui tales fuerint in Collegio memorato. Subsequenter vero in theologia baccalaurei, ac successive Magistri artium, postea juris canonici, et tunc juris civilis, ac posteris medicinarum et artium baccalaurei: singuli videlicet

A beneficed clerk, formerly a Fellow, may celebrate.

Conduct in chapel.

Penalty.

Places in the choir.

ipsorum omnium secundum quod in Collegio seniores existant. Et, postremo, cæteri Socii et scholares ejusdem Collegii non graduati, juxta tempus quod habeant in Collegio, loca teneant, cujuscunque fuerint facultatis: quem quidem ordinem in processionibus etiam volumus observari. Capellani vero ejusdem Collegii stent inter Socios prædictos, prout Custodi, vel in ejus absentia Vicecustodi, videbitur melius expedire. Per præmissum tamen ordinem, nullam dari causam volumus seu occasionis materiam, quin Magistri artium cum juris baccalaureis, et pari modo baccalaurei juris cum baccalaureis artium, simul chorum regere, responsoria et versus, ac alia insimul, cantare debeant, ad quæ per alterum Decanorum intitupati fuerint seu etiam assignati. Si quis vero præmissa, seu aliquod præmissorum, Penalty. contraverit, pœnam statuti de disputationibus Sociorum, superius limitatam, ipsum incurrere volumus ipso facto.

Cap. 23.—*De suffragiis et orationibus Sociorum Collegii de mane et de nocte dicendis.*

Item, cum Socii et scholares dicti Collegii ex titulo et tenore foundationis suæ in eodem non tam teneantur singuli suis facultatibus et scientiis insistere, quam pro animabus omnium fidelium defunctorum devotius exorare, statuimus, ordinamus et volumus, quod Custos, Socii et scholares ac capellani dicti Collegii, qui pro tempore fuerint, singulis diebus, cum de lecto surrexerint, antequam ad alia se divertant, singuli eorum munitentes se signo Sanctæ Crucis, dicant, "In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen," ac facientes subsequenter commemorationem animarum, similiter orent devotius, dicentes "Animæ omnes fidelium defunctorum, per misericordiam Domini nostri Jesu Christi Nazareni crucifixi, in pace requiescant." Consequenterque dicant totum illum psalmum "Levam oculos meos in montes;" adjunctis illis sex versiculis "Auditam fac mihi mane misericordiam, quia in te speravi," "Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam," "Eripe me de inimicis meis, Domine; ad te confugi," "Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu," "Spiritus tuus bonus reducet me in terram rectam, propter nomen tuum, Domine," "Vivificabis me in æquitate tua; educes de tribulatione animam meam, et in misericordia tua disperdes inimicos meos, et perdes omnes qui tribulant animam meam, quum ego servus tuus sum;" cum "Gloria Patri" et "Kurie eleison," "Christe eleison, Kurie eleison," "Pater noster," "Ave Maria," "Et ne nos," etc. "Ostende nobis," etc., "Salvos fac servos tuos et ancillas tuas, patres et sorores nostros, Deus meus," etc., "Domine, non secundum peccata nostra facias nobis neque secundum," etc., "Domine, exaudi orationem meam," etc.; adjunctis orationibus "Quæsumus, omnipotens Deus, ut famulus tuus, Rex noster, qui tua

Prayers on rising and retiring to rest.

Prayers for
Founder.

miseratione suscipit," etc., et "Rege, quæsumus, Domine, famulum Henricum Archipræsulem, Fundatorem nostrum," dum fuerimus in humanis, et, postquam ab hac luce migraverimus, loco orationis "Rege, quæsumus, Domine," dicant orationem "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum Henricum Archipræsulem, Fundatorem nostrum," et cum oratione generali pro animabus omnium fidelium defunctorum, "Fidelium Deus, omnium conditor," et "Requiescant in pace." Item, ituri vero ad lectum dicant similiter, singulis noctibus, singuli hymnum "Salvator mundi, Domine," cum versiculo "Custodi nos," et psalmo, "Nunc dimittis," ac antiphonam "Salva nos, Domine, vigilantes." Et subsequenter dicant psalmum, "De profundis," cum "Kurie eleison," "Christe eleison et Kurie eleison," "Pater noster," "Ave Maria," "Et ne nos," etc., "Requiem æternam," et versiculis aliis consuetis. Et, dum fuerimus in humanis, adjungant illam orationem generalem, "Fidelium Deus" tantum; cum vero subtracti fuerimus ab hac luce, prætermittant illam orationem, "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum Henricum Archipræsulem, Fundatorem nostrum," subjungentes orationem "Fidelium" supradictam. Insuper, volumus et etiam ordinamus quod quilibet dictorum Sociorum, scholarium et capellanorum, nisi infirmitate vel alia causa rationabili impeditus fuerit, singulis diebus Veneris, impedimento cessante legitimo, alioquin aliquo alio die in ipsa septimana quo convenientius fieri poterit, in choro capellæ dicti Collegii nostri, simul in conventu, exequias mortuorum, una cum commendationibus, sine nota, necnon missam de "Requiem" in crastino, secundum usum Sarum, pro animabus Fundatorum, benefactorum ejusdem Collegii, et animabus omnium fidelium defunctorum, per unum Socium dicti Collegii, per Custodem, Vicecustodem seu alterum Decanorum ejusdem, limitandum, solenniter in superpellicibus, distincte ac devote decantent. A quibus exequiis, commendationibus et missa, neminem abesse permittimus, nisi ex causa rationabili, per Custodem vel, in ejus absentia, per Vicecustodem approbanda. Siquis autem, in prædictis vel aliquo prædictorum, culpabilis legitime convictus fuerit, pro prima vice per unum diem, pro secunda per duos dies, et pro tertia per unam hebdomadam, communis suis careat, ipso facto; qui, si deinceps pluries deliquerit, juxta arbitrium Custodis et Decani sui, vel in absentia Custodis, Vicecustodis et Decani prædicti, arctius et acrius puniatur.

Exequies, with
commendations
and requiem
for souls of
Founders, etc.

Penalties.

Cap. 24.—*De cista communi; et de summis ab eadem secundum qualitates personarum mutuandis.*

Quia nonnunquam rei familiaris inopia studere debentium animos adeo vexat quod eos veris literarum studiis, uti deberent, applicare nequeant, quin potius, inedia novercante, plerumque contigit aptissimos studiis liberalibus ad artes se mancipare mechanicas, et sic

liberalium effici desertores: nos proinde, compassionis oculos ad Chest and fund for loans.
 Custodem et Socios dicti Collegii specialiter convertentes, centum
 triginta tres libras, sex solidos et octo denarios, sterlingorum, ad
 usum singularem ipsorum, de bonis nobis a Deo collatis, duximus
 conferendas, et in quadam cista ad hoc deputata securius repo-
 nendas. Quas disponi et dispensari volumus ad usum et utilitatem
 Custodis et Sociorum prædictorum, sub forma inferius annotata:
 videlicet, quod Custos et Doctores dicti Collegii, cujuscunque
 fuerint facultatis, decem Magistri vero artium et baccalaurei
 facultatum juris canonici et civilis sex, baccalaurei vero
 artium quatuor, marcas, Sociique utriusque facultatis non gra-
 duati quadraginta solidos, et non ultra pro eodem tempore, de
 prædicta cista poterunt mutuari. Uterius statuentes quod Prayers for Founder to be said on occasion of borrowing.
 quilibet recipiens de pecunia prædicta, toties quoties, dicat pro
 salubri statu nostro, dum fuerimus in humanis, antiphonam illam
 de Trinitate "Libera nos," etc., cum versiculo "Benedicamus
 Patrem et Filium," etc., cum oratione "Omnipotens sempiterna
 Deus," etc. Cum vero ab hac luce subtracti fuerimus, dicat
 quilibet recipiens pecunias illas, psalmum illum "De profundis
 clamavi," cum "Kurie eleison" et oratione Dominica, cum saluta-
 tione Angelica, et cum oratione "Inclina, Domine" et "Fide-
 lium;" juncta oratione "Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes Keys of the chest.
 famulum tuum Fundatorem nostrum," etc. Statuentes præterea,
 et etiam ordinantes, quod cista prædicta tres habeat diversas
 seruras; quarum tres claves inter se divisas, et dictæ cistæ custo-
 diam, habeant Vicecustos, Decanus artium et bursarius jurista;
 onerati et jurati quod nulli aliquam de dicta cista pecuniæ sum-
 mam mutuo seu quomodolibet aliter liberabunt, absque reali et
 sufficiente pignore seu cautione de vero valore et ultra de medie-
 tate valoris pecuniæ numeratæ. Quod quidem pignus seu cautio,
 nisi infra annum a tempore mutui recepti effectualiter redimatur
 et acquietetur, statim infra mensem post superannuationem ejus-
 dem, si vacatio tempore superannuationis non fuerit, distrahatur.
 Quod si tempore superannuationis vacatio fuerit, tunc infra
 primum mensem proximi termini sequentis pignus seu cautio
 hujusmodi venditioni publicæ exponatur. Et si quid, post cau-
 tionis seu pignoris hujusmodi venditionem, retenta mutui summa,
 de pretio superfuerit, impignoranti, cum venerit, retradatur.
 Jurabit, insuper, quilibet recipiens de summis prædictis, tempore
 mutui sibi facti, quod dictas pecunias ad usum suum proprium et
 non alienum, absque dolo, fraude seu fictione qualibet, mutuatur;
 et etiam quod dictam cistam custodesque ejusdem, quoad pignus
 seu cautionem suam, quatenus in eo est et ad ipsum pertinet,
 servabit indemnes; necnon quod venditionem pignoris seu cau-
 tionis hujusmodi, in forma prædicta faciendam, per se vel alium
 quovismodo non impediet, nisi ad luendum, redimendum et acqui-
 etandum pignus seu cautionem suam prædictam, venerit paratus
 cum pecuniis, et eas persolverit priusquam venditio hujusmodi

Borrowing a second time, before redemption of pledge.

Register of loans, etc.

Keepers of the chest to be sworn.

realiter fuerit facta. Hoc semper proviso, quod si quis de personis prædictis prætaxatam sibi pecuniæ summam integram de dicta cista mutuo receperit, quousque pignus suum sive cautio hujusmodi luat, redimatur, acquietetur effectualiter vel vendatur, alia summa de ipsa cista nullatenus liberetur seu numeretur eidem. Fiat etiam de præfata cista registrum, in quo, singulis annis, per unum de custodibus cistæ prædictæ, scribantur singulorum nomina et cognomina mutuorum recipientium de dicta cista, et describatur specialiter cautio quam exposuerint in eadem, cum die et mense cautionis expositæ, necnon nomina et cognomina illorum quibus excrescentiæ debebuntur de pignoribus et cautionibus venditis illo anno, una cum summis excrescentiarum debitarum singulis eorundem; ne quis, cujus pignoris seu cautionis venditio facta fuerit, ultra summam mutui per ipsum de dicta cista percepti, per ipsius cistæ custodum incuriam vel negligentiam, de excrescentiis hujusmodi sibi debitis quomodolibet defraudetur. Et ad præmissa omnia bene diligenter ac utiliter observanda, necnon ad fidelem computum præfatae cistæ reddendum, singulis annis perpetuis, futuris temporibus, statim post finalem computum omnium communarum et expensarum aliarum quarumcunque hospitii dicti Collegii complete redditum et auditum, prædictæ cistæ custodes arctari et astringi volumus sub ipsorum debito juramenti.

Cap. 25.—*De custodia communis sigilli et munimentorum ad Collegium pertinentium.*

Common seal, and chests.

Custody of registers, copies of Bulls, charters, etc.

And of the common seal.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod dicti Custos et Collegium sigillum habeant commune, et archas sive cistas communes, in quadam domo, ad modum et formam turris super portam ejusdem constructa, securius reponenda. In cujus quidem domus sive turris prima vel inferiori camera, in cistis ad hoc deputatis, reponantur et etiam custodiantur omnia registra, copiarum et transcripta bullarum Apostolicarum, et chartarum Regiarum et aliorum dominorum, statutorum etiam et ordinationum nostrorum, munimentorum et evidentiary quorumcunque, dictum Collegium concernentium; necnon rotuli computorum, tam de expensis hospitii et Collegii quam de maneriis et aliis possessionibus suis, spiritualibus et temporalibus, quibuscunque; ac omnes et singula pecuniarum summæ quæ pro expensis septimanalibus et quotidianis quomodolibet requirentur. Quarum quidem camerae et cistarum duas diversas claves inter se habeant divisas duo bursarii, qui pro tempore fuerint deputati. Sigillum vero commune infra unam dictarum cistarum, in quadam alia parva cista, serata tribus diversis seruris, continue includatur; quarum serurarum diversas claves habeant Custos, Vicecustos ac Decanus jurista; sic quod nihil sigilletur illo sigillo, nisi quod primitus plena et aperte scribatur et in registro dicti Collegii

plenarie registretur, ac per Custodem et majorem partem tam artistarum quam juristarum Sociorum dicti Collegii præsentium, quorum octo facultatis juris civilis et canonici existant, super hujusmodi scripto mature et communiter deliberatum existat, ipsumque scriptum per eosdem approbatum; in quorum præsentia dictum commune sigillum a parva cista prædicta, in magna aula dicti Collegii, et non alias aut alibi, aperienda, extractum, scripto hujusmodi apponatur. Et, nihilominus, Penalty. omnes et singulos qui, contra formam prædictam, sigillum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ chartæ, pergameno vel membrano non scripto cuicumque, apposuerint, et qui ad id faciendum realiter consenserint, præter pœnam perjurii, quam ipso facto eos incurrere volumus, ipsos a dicto Collegio privatos fore decrevimus eo ipso; et, nihilominus, ad satisfaciendum pro damnis et injuriis dicto Collegio ea occasione illatis seu inferendis arctius remaneant obligati, et ad hoc, vigore præsentis nostri statuti, realiter teneantur. In secunda vero et superiore camera dictæ domus sive turris, in quadam cista ad hoc deputata, ponantur et securius custodiantur omnia jocalia, vasa argentea vel aurea, ad quotidianum usum dicti Collegii minime requisita. In alia vero cista, ibidem, reponantur omnes bullæ Apostolicæ et processus inde secuti, appropriationes ecclesiarum, ordinationes vicariarum, chartæ Regiæ et aliorum dominorum, liber originalis omnium ordinationum et statutorum nostrorum dicti Collegii, nostro pontificali sigillo sigillatus, ac munimenta sigillata et originalia quæcunque dictum Collegium quomodolibet concernentia. In Keys of chests. utraque vero prædictarum cistarum munimentorum et jocalium prædictorum sint etiam tres seruræ diversæ, cum tribus diversis clavibus, quarum duas divisas Custos habeat continue penes se, et quatuor alias divisas habeant duo alii Socii sufficientiores et discretiores, ad hoc per majorem partem graduatorum specialiter electi, quorum unum juristam et alterum artistam esse volumus, qui officarii minime fuerint illo anno. Et volumus, insuper, quod Indenture of jewels. de omnibus jocalibus ibi conservandis, singulis annis, fiat indentura; cujus una pars per totum annum in dicta cista permaneat, de manu alicujus bursarii non habentis clavem aliquam cistæ prædictæ, et altera pars penes bursarios remaneat, de manu Custodis vel alterius illorum duorum Sociorum claves dictæ cistæ habentium. Volentes, insuper, quod, quolibet anno semel, fiat actualis demon- Yearly inspection of jewels. stratio omnium bonorum ibidem existentium, in præsentia Custodis, Vicecustodis, Decanorum et bursariorum, ut sic de statu eorundem bonorum illis omnibus constare valeat manifeste. Ordinantes, præterea, quod in dicta secunda et superiore camera sit una alia cista magna, fortis et secura, tribus seruris serrata; quarum quidem serurarum tres claves diversas inter se habeant Vicecustos et duo Decani; in qua cista ponantur omnes pecuniarum summæ ultra annuales, septimanales et quotidianas, expensas, reservandæ;

Custody of jewels, plate etc.

Custody of Papal Bulls, charters, statutes, etc.

Keys of chests.

Indenture of jewels.

Yearly inspection of jewels.

Chest for reserved money for suits, purchases of lands, etc.

quas pro litibus et placitis defendendis, ac possessionibus, si oporteat, amplioribus acquirendis, tutissime ac securissime reservari volumus. Statuentes, insuper, quod in magna cista prædicta sit una alia et minor cista, in qua certas pecuniarum summas, Custodi, Sociis et scholaribus dicti Collegii, etiam pro litibus hujusmodi et placitis defendendis, ac etiam possessionibus, si oporteat, amplioribus acquirendis, et pro repentinis, quod absit! incendiis et ruinis maneriorum, quæ alias de aliis pecuniis dicto Collegio ex ejus redditibus provenientibus aut proventuris, neque —aut quomodolibet reparari, ex nostra liberalitate traditas et donatas, reponi volumus, secretius et securius custodiendas. Cujus quidem minoris cistæ sint tres diversæ seruræ, cum totidem diversis clavibus; quarum unam habeat Custos continue penes se, aliam vero Vicecustos, et tertiam jurista simpliciter senior, qui officarius minime fuerit illo anno: quos clavigeros arctius oneramus quod omnes pecuniarum summas, in dictis cistis positas seu reponendas, secretius quo poterint, modo et forma quibus præfertur, conservent, in usus prædictos, cum opus fuerit, et non alias, absque dolo, fraude seu malo ingenio, discrete et fideliter convertendas. Ordinantes, insuper, quod de hujus secundæ cameræ ostio sint tres seruræ diversæ, cum totidem clavibus eisdem pertinentibus; quarum unam habeat Custos continue penes se, aliam Vicecustos, et tertiam habeat bursarius simpliciter senior. In ostio vero inferiore, quod est in pede ascensorii ad dictas duas cameras, volumus quod sint duæ seruræ et duæ claves, quarum unam habeat Vicecustos, et alteram Decanus senior habeat similiter continue penes se.

Cap. 26.—*De custodia bonorum ad capellam pertinentium; et de iisdem non alienandis.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod vestimenta, calices et jocalia, libri, ac alia ornamenta quæcunque, a nobis vel aliorum pia largitione fidelium dicto Collegio, ad usum capellæ ejusdem, ad divina plus honorifice dicenda in eadem, collata, aut bonis ejusdem Collegii aliunde quæsita, in quadam domo, per nos ad hoc ordinata et specialiter disposita, tutius reponantur et continue conserventur; nisi quando eadem ad celebranda divina in eadem capella vel ornanda eandem, juxta discretionem Custodis et bursariorum, vel, in dicti Custodis absentia, de avisamento Vicecustodis et bursariorum prædictorum, eadem extrahi oportebit. Quæ ullo unquam tempore, quocunque alienationis titulo, in alium transferri, impignorari, aut extra dicti Collegii septa quoquomodo deferri, nisi eadem resarciendi, emendandi aut reparandi, gratia, vel alia ardua et necessaria causa, per Custodem, Decanos et bursarios, dicti Collegii approbanda, expressius prohibemus. Libros vero quarumcunque facultatum, dicto Collegio simili largitione collatos, vel alias qualitercunque

Keys of chest
and of cham-
bers.

Care of chapel
vestments,
jewels, etc.

Loan of books
to Fellows.

acquisitos, præter illos quos in libraria communi ejusdem Collegii de voluntate donatorum, aut dispositione Custodis vel Vicecustodis et Decanorum, ad usum communem Sociorum et scholarium ejusdem apponi, et affigi seu catenari, continget, Sociis ejusdem Collegii indigentibus, ad eorum peculiarem usum, accommodari volumus, per viam novæ electionis annuatim faciendæ per eosdem Socios de eisdem; præter libros textuales juris civilis, quos civilistis, et libros textuales juris canonici quos canonistis, ad usum ipsorum, pro toto tempore quo dictis facultatibus in Collegio prædicto insistent, si tales libros de propriis non habuerint, per Custodem et Decanum juristam statuimus et volumus liberari: ita tamen, quod duo libri ejusdem tenoris sive apparatus uni personæ, in forma prædicta, nullatenus liberentur. Reliqui vero libri textuales, si qui remanserint, ac etiam glossæ sive scripta vel commenta Doctorum juris canonici vel civilis, Sociis facultatum ipsarum, per modum novæ electionis annuæ, ut præfertur, sicut in cæteris facultatibus, commodentur. Statuentes, insuper, quod nullus liber dicti Collegii ullo modo vendatur, donetur, permutetur vel impignoretur, seu alio quovis alienetur titulo vel colore, nec alicui alteri quam dicti Collegii Socio commodetur, nec alicui de Collegio aut de extra quaternatim tradatur, pro copia extra Collegium describenda, nec per Custodem vel aliquem alium ducatur vel portetur extra Collegium prædictum, nisi ad scholas: ita quod nullus liber de nocte remaneat extra Collegium prædictum, ullo modo, nisi fuerit ligandus aut necessario emendandus sive reparandus; quo casu citius quo fieri poterit et absque mora ligetur et reparetur seu emendetur; et cum sic ligatus, emendatus sive reparatus, fuerit, ad Collegium prædictum illico reportetur. Præterea, statuimus et etiam ordinamus quod omnia hujusmodi vestimenta, calices, jocalia, libri capellæ, et alia ornamenta, necnon omnes libri quarumcunque facultatum dicti Collegii, in uno registro, ad hoc specialiter de membrano colligando, conscribantur; in quo quilibet liber per initium secundi folii sui, et alia quæcunque prædicta per suas qualitates, distinctas et separatas, una cum nominibus donatorum suorum, describantur aperte: quod registrum bursarii dicti Collegii in bursaria sua apud se habeant. Qui, insuper, bursarii singuli, pro suis temporibus, bona hujusmodi, libros, videlicet, jocalia, ornamenta capellæ, et alia quæcunque ad dictum Collegium qualitercunque de novo in futurum obventura, sicut prædicatur, distincte matriculari, et in dicto registro describere teneantur. Inscribebantque, insuper, in secundo folio cujuslibet libri, vel ubi commodius fieri poterit, nomina donatorum eorundem librorum, cum hujusmodi clausula "Liber Collegii Omnium Fidelium Defunctorum in Oxonia, ex dono N.," adjectis nomine et cognomine donatoris. Volentes, præterea, et etiam statuentes, quod Socii quicunque dicti Collegii, libros facultatum suarum, vigore præsentis nostri

Books of Law.

Sale or exchange of books.

Taking books out of College.

Register of books and chapel vestments, etc.

Inscription in books.

Acknowledgments for receipt of books.

statuti, in posterum de bonis dicti Collegii recepturi, antequam habeant hujusmodi libros sibi ex accommodato liberatos sive traditos, singulis temporibus electionum suarum sive liberationum hujusmodi, in parvis indenturis scribant, sive scribi faciant, se recepisse de manibus Custodis, sive, in ejus absentia, Vicecustodis, et Decani suæ facultatis, de bonis dicti Collegii, libros quos sic ex accommodato, per viam electionis seu alias, ut præmittitur, fuerint recepturi; in quibus etiam indenturis, libros hujusmodi ab invicem describent per suorum secundorum initia foliorum: quas indenturas parvas semper in custodia Custodis dicti Collegii seu, in ejus absentia, Vicecustodis, volumus remanere. Statuentes, insuper, ac etiam ordinantes, quod, singulis annis semel, infra octo dies ante vel post festum Omnium Sanctorum, coram Custode, Decanis et bursariis, dicti Collegii, aut, Custode absente, Vicecustode, Decanis et bursariis, ostendantur, realiter, visibiliter et distincte, omnia vestimenta, jocalia, calices, libri, et alia ornamenta capellæ prædictæ; necnon omnes libri facultatum quarumlibet, dictis Sociis Collegii ut prædicitur accommodati; quatenus sic apparere valeat si aliqua de prædictis perdita fuerint, subtracta, dilacerata seu quomodolibet deturpata, et, quæ emendanda fuerint necessario, debito tempore valeant emendari. Post quem visum, volumus quod statim fiant per Socios novæ electiones librorum omnium quarumlibet facultatum, exceptis textibus juris civilis et canonici, ut prædicitur, et novæ indenturæ de libris quos quilibet Socius pro illo anno sibi tunc elegerit, in forma qua prædicitur conscribantur. Volentes, præterea, quod, in omni donatione librorum seu aliarum rerum quarumcunque, inter vivos seu in ultima voluntate præfato Collegio facienda, donatoris hujusmodi voluntas seu dispositio in hoc casu, præsentate statuto non obstante, in omnibus observetur; dummodo proprietas et dominium librorum ac rerum hujusmodi penes dictum Collegium continue remaneant et consistent. In librariam vero dicti Collegii communem volumus quod quilibet Socius et scholaris ejusdem libere valeat accedere, et quod quilibet eorundem de serura ostii ejusdem habeat propriam clavem, qua libere valeat ingredi et exire; dummodo non inducat extraneos, nisi cum quibus ipse, dum inibi fuerint, velit personaliter præsens esse, et pro quibus etiam velit ipse si, quod absit! damnum aliquod fecerint, respondere.

Cap. 27.—*De bonis et possessionibus Collegii non vendendis seu alienandis.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod maneria, advocaciones, patronatus ecclesiarum, terræ, tenementa, redditus et servitia, nativi, solum vel area bosci, seu terra in qua bosca crescunt, prata, pascua, communæ vel pasturæ, seu alia bona immobilia quæcunque dicti Collegii, sive sint spiritualia sive temporalia, aut

Yearly inspection of chapel vestments, etc., and of the books.

Elections of books.

Observance of wills of donors.

Access to library.

Sale or mortgage of lands, etc.

etiam jura ejusdem quæcunque, nullo unquam tempore in feodum vel ad terminum vitæ alienentur seu vendantur; nec maneria ultra viginti annos, seu ecclesiæ appropriatæ ultra terminum decem annorum, ad firmam nec alio modo alicui tradantur seu etiam dimittantur. Permittimus, tamen, quod terra, tenementa, messuagia et tenuræ quæcunque, cum eorum pertinentiis, quæ solebant teneri a tenentibus, tam in civitatibus et in villis quam in maneriis suis vel ecclesiis eis appropriatis, et aliis locis quibuscunque, ad prædictum Collegium qualitercunque spectantia seu pertinentia, et quæ ad manus prædictorum Custodis et scholarium per escaetam vel per defectum hæredum seu tenentium, seu alio quovismodo, devenerint, concedi seu tradi poterunt ad firmam ad terminum annorum, per rotulos euriarum, juxta consuetudinem maneriorum in ea parte antiquitus usitatam, vel per indenturas inter ipsos Custodem et scholares, ex parte una, et recipientem seu recipientes eadem, ex parte altera, sigillo communi dicti Collegii sigillatas, conficiendas. Ita, tamen, quod quinquaginta vel sexaginta annos concessio seu traditio hujusmodi non excedat quovismodo; et quod tenentes hujusmodi terras, messuagia et tenuras, seu aliquam partem vel parcellam eorundem, non aliènent, nec terminum in eis sic concessum aliis personis quibuscunque concedant, seu qualitercunque tradant, sine licentia speciali et consensu Custodis et scholarium prædictorum. Statuentes, præterea, quod Custos, Socii et scholares, dicti Collegii, pensiones annuas, vel cantarias perpetuas, aut corrodia aliqua, nullo modo concedant, nec ad aliqua onera, spiritualia vel temporalia, dictum Collegium, in perpetuum vel ultra terminum quadraginta annorum, obligent quovismodo; nisi pro hujusmodi onere supportando, ipsorumque indemnitate et interesse, in ea parte duplum in possessionibus vel redditibus in perpetuum habuerint, ad commodum et utilitatem Collegii supradicti: quod etiam tunc nullo modo fieri volumus per eosdem, nisi ad id auctoritas et consensus successoris nostri, Cantuariensis Archiepiscopi cujuscunque, qui pro tempore fuerit, accesserit, in ea parte spiritualiter requisiti.

Leases of lands.

Granting pensions and corrodies.

Cap. 28.—*Quod, in majoribus Collegii negotiis, Custos requirat consensum Sociorum.*

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod, in majoribus ipsius Collegii negotiis, videlicet, in traditionibus firmarum, beneficiorum ecclesiasticorum et maneriorum, præsentationibusque ad beneficia, quorum advocaciones vel jus patronatus ipsi jam obtinent in posterumve obtinebunt, ac in causis, controversiis placitisque seu litibus, ipsum Collegium concernentibus, aggrediendis seu inchoandis, aut aliis consimilibus seu majoribus negotiis, omnes et singuli Socii dicti Collegii, tempore quo hujusmodi negotia pro utilitate Collegii imminent disponenda, in Universitate præsentem, ad vocationem et præmunitionem

Fellows to be consulted in matters of importance.

dicti Custodis, in capellam vel alium locum infra dictum Collegium competentem invicem convocentur, ad communiter tractandum et deliberandum super hujusmodi negotiis; et quod in et super præmissis communiter per omnes, vel per majorem partem artistarum ac juristarum Sociorum dicti Collegii, tunc ibidem præsentium, cujus octo juristæ omnino seniores existant, deliberatum fuerit et consensum, roboris habeat firmitatem. Volumus, insuper, quod nihil per aliquem seu aliquos Socios dicti Collegii in contrarium attemptetur, in vim dicto Collegio præstiti juramenti.

Cap. 29.—*De servientibus communibus Collegii, et de numero eorumdem.*

The manciple and under-butler; their duties.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod in dicto Collegio, de expensis Collegii, semper sit mancipium sive dispensator, qui, cum supervisione bursariorum et senescalli, singulis septimanis, de victualibus septimanalibus emptiones et provisiones faciat, necnon dispensationi panis et potus specialiter superintendat: sub quo volumus quod unus sit subdispensator, qui in panetria et botellaria dicti Collegii, ad serviendum Custodi, Sociis et scholaribus ejusdem, jugiter debeat permanere.

The cook and his subordinates.

In coqua vero sit unus principalis coquus, qui, cum sibi vacaverit, mancipio sive dispensatori prædicto in emptionibus victualium assistat; et duos sub eo servientes, unum garcionem et alterum pagetum, habeat, similiter de bonis Collegii supradicti

The porter and barber.

exhibendos. Sit, insuper, unus janitor, portæ ejusdem Collegii claudendæ et aperiendæ temporibus debitis jugiter superintendens; qui etiam in dicto Collegio barbitonsoris officium exercent, et Custodem ac Socios, et scholares dicti Collegii, debite ac diligenter radat, eisque in aula, in temporibus refectio-
nium, debite cum cæteris servientibus deserviat, sicut decet.

Stable-boy. Servants to be males.

Ac etiam unus garcio, qui equos Collegii custodiat supradicti. Illud autem ordinamus pro futuris temporibus firmiter observari, quod singula ministeria dicto Collegio et personis ejusdem competenter, præsertim infra septa mansi ejusdem Collegii, fiant per masculos et non per mulieres, ut quælibet sinistra suspicio

The laundress.

in quantum fieri poterit cautius evitetur; nisi sit mapparum ac vestimentorum aliorum necessariorum usualium lotrix, quæ per manus janitoris prædicti singula recipiat sic lavanda, in defectu lotoris masculi; quam talis ætatis talisque conditionis esse volumus in quam sinistra suspicio merito cadere non debeat vel haberi: quem vel quam, extra in villa manentem, in fine cujuslibet termini, percipere volumus pro salario, prout bursarii, vel saltem dispensator seu mancipium, cum eadem vel cum eodem, nomine Collegii, melius poterit concordari. Ordinamus, præterea, quod inter alios dicti Collegii servientes, sit semper unus sufficiens et idoneus ad deferendum libros Sociorum et scholarium

A servant to carry the books to the schools.

juristarum maxime ad scholas, quem, horis et temporibus quibus ipsum circa officium suum hujusmodi oportuerit occupari, nolumus mitti ad extra, seu per alia negotia aliquolibet impediri; extra vero dictas horas et tempora, ipsum hortolani officium exercere volumus, in horto Collegii supradicti. Permittimus, insuper, quod Doctor quilibet dicti Collegii, cujuscunque fuerit facultatis, suum proprium servientem infra Collegium prædictum habere valeat commorantem, et in aula communi ad mensam famulorum comedentem, suis tamen sumptibus et expensis: pro salariis vero dictorum servientium Collegii, de bonis communibus ejusdem volumus provideri.

A private servant allowed to Doctors.

Cap. 30.—*De lectura statutorum ter in anno in Sociorum præsentia facienda.*

Præterea, ut hæc nostra ordinationes et statuta plenius intelligantur meliusque serventur, ac ne quisquam Sociorum vel scholarium præterdere valeat ignorantiam in eisdem; statuimus, ordinamus et volumus, ut, ad mandatum Custodis qui pro tempore fuerit, ter ad minus in anno, omnes et singuli Socii in magna aula Collegii, aliquo die congruo, quo absque impedimento studii vel alterius actus scholastici melius fieri poterit, facta prius præmunitioe trium dierum, insimul convocentur et conveniant, semel videlicet infra octo dies vel circiter ante festum Nativitatis Domini, iterumque infra octo dies vel circiter ante Pascha, tertioque infra octo dies vel circiter post festum Translationis Sancti Thomæ: quibus Custode et Sociis insimul congregatis, ordinationes et statuta dicti Collegii faciant inter se publice et distincte legi et etiam recitari, sic quod omnia et singula ordinationes et statuta nostra, in dictis tribus vicibus simul junctis, plenarie perlegantur. Volumusque quod nullus dicti Collegii Socius vel scholaris a lectura et recitatione hujusmodi, impedimento cessante legitimo, se absentet, sub pœna amissionis communarum suarum per quindenam; quam pœnam delinquentem in hac parte incurere volumus, ipso facto. Statuentes, præterea, in illa vice conventionis seu congregationis eorundem, quæ erit ante Pascha, primo et ante horam, congregentur Custos, Socii et scholares prædicti, omnes et singuli præsentem, in capellam dicti Collegii, de mane, ubi missam de Sancta Trinitate; in qua dicantur quinque orationes, prima videlicet de Sancta Trinitate, secunda de Sancta Maria, tertia pro salubri statu domini nostri Regis Henrici Sexti, Regis Angliæ illustris et Fundatoris principalis ejusdem Collegii, cum oratione "Quæsumus, Omnipotens Deus, ut famulus tuus Rex et Fundator noster," quarta pro salubri statu nostro, superstites fuerimus, cum oratione "Rege, quæsumus," et, cum ab hac luce subtracti fuerimus, loco orationis "Quæsumus, Omnipotens Deus," dicatur oratio "Inclina, Domine" cum illis verbis, "Ut animam famuli tui Henrici Regis, Fundatoris nostri,"

Three yearly meetings for reading the statutes.

Penalty for absence.

Mass and prayers at Easter meeting.

Scrutiny of
conduct of
Fellows and
scholars.

et, loco orationis “Rege, quæsumus,” dicatur oratio “Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes famulum tuum, Fundatorem nostrum;” et quinta “Fidelium Deus, omnium conditor,” pro animabus omnium fidelium defunctorum; faciant inter se sollemniter celebrari. Ac deinde, post lecturam statutorum pro illa vice, in aula, coram omnibus ut præmittitur legendorum, fiat scrutinium et examinatio per Custodem seu, ipso absente vel impedito, per Vicecustodem, melioribus modo et forma quibus Custodi seu Vicecustodi prædicto videbitur faciendum. Et ut omnia sic absque suspicione procedant, volumus ac etiam ordinamus quod, si examinatur prædictus artista fuerit, Socius alius jurista si graduatus, quem dictus examinatur duxerit assumendum, sibi assistat in singulis examinationibus et scrutiniis supradictis; si vero examinatur hujusmodi jurista fuerit, tunc modo consimili artistam per ipsum assumi volumus et adjungi eidem. Inhibentes eisdem scrutatoribus sive examinaturibus, ne quisquam nomina personarum detegentium sive deponentium coram eis, in scrutiniis prædictis, quovismodo revelet, sub ipsorum debito præstiti juramenti. In quo scrutinio, de singulorum scholarium et Sociorum vita, conversatione et moribus, conditionibus, profectuque scholastico, scientiis et facultatibus quibus intendunt, observationeque statutorum et ordinationum nostrorum, necnon de omnibus quæ in ipso Collegio vel personis ejusdem correctione et reformatione indigent, cautius et diligentius inquiratur, atque ibidem, secundum quod per inquisitionem repertum fuerit, corrigenda corrigantur. In hujusmodi, insuper, scrutinio, diligentius habeatur tractatus communis de et supra ordinandis et reformandis omnibus et singulis, quæ circa spiritualia et temporalia Collegii prædicti expedienda, tam infra quam extra, occurrent, seu utilia videbuntur. Et si ad perficienda præmissa primus dies scrutini hujusmodi non sufficiat, ipsam prorogari volumus et continuari ad dies ultiores proxime tunc sequentes, tot quot negotiorum et rerum necessitas exigent et exposcent. Item, statuiamus, ordinamus et volumus, quod punitiones, reformationes et correctiones quæcunque, omnium et singulorum criminum, excessuum, transgressionum, defectuum ac etiam delictorum, per quoscunque scholares vel Socios dicti Collegii commissorum, quam citius fieri poterit, infra tres dies continuos postquam ipsa comperta fuerint vel delata, seu alias de ipsis legitime constiterit, juxta omnem vim et formam statutorum et ordinationum ipsius Collegii, absque dilatione ulteriore, fiant debite sicut decet; nisi forsitan propter Custodis vel personæ delinquentis, aut alterius cujuscunque ad hujusmodi correctionem et punitionem juxta ordinationes et statuta dicti Collegii requisiti, absentiam, vel propter aliam causam urgentem, utilem vel necessariam, correctiones, punitiones et reformationes, hujusmodi, fuerint merito differendæ, vel dilationes expetant largiores. Volumusque quod, in correctionibus et punitionibus hujusmodi, de quibus in nostris

Reformation of
abuses, etc.

Infliction of
punishments,
etc.

Statute to be
read before
infliction of
punishment.

statutis fit mentio specialis, coram Socio et scholari puniendo, antequam puniatur, legantur statuta et capitula in quibus fit mentio de excessu, crimine et delicto, pro quo fiet punitio delinquentis. Si vero in nostris ordinationibus et statutis de excessu, crimine vel delicto, aut pœna delinquentis, specialiter cautum non existat, nec alias mentio fiat specialiter ad quorum discretionem et arbitrium puniri debeat sic delinquens, tunc eum puniri volumus juxta arbitrium et discretionem Custodis et Decani facultatis sic delinquentis aut, in absentia Custodis, Vicecustodis et Decani supradicti. Statuentes, ulterius, quod nullus Sociorum vel scholarium, cujuscunque scientiæ vel facultatis existat, alium ejusdem Collegii Socium vel scholarem de aliquo crimine, excessu vel delicto, coram Custode, Vicecustode aut Decanis, impetitum, delatum vel accusatum, tueatur, defendat, manuteneat, vel eidem assistat consilio, verbo vel facto, aut pro ipso aliquo aliter alleget quominus ipsius delinquentis debita punitio seu correctio fieri valeat, juxta exigentiam ordinationum et statutorum nostrorum, et ne ipsa correctio retardetur vel alias differatur, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio memorato. Insuper, statuentes quod nullus Socius vel scholaris dicti Collegii super criminibus, excessibus vel delictis, detectus seu delatus, copiam compertorum et detectorum sibi tradi, edi, dari aut liberari, seu nomina detegentium aut denuntiantium sibi exponi petat, neque ipsa comperta et detecta seu nomina hujusmodi tradantur eidem; sed super compertis et detectis hujusmodi personaliter respondeat, ac correctiones debitas, si convictus fuerit, subeat, juxta ordinationum et statutorum dicti Collegii exigentiam et tenorem; cessantibus quibuscunque provocationibus, appellationibus, querelis et aliis juris et facti remediis, per quas seu quæ ipsius delinquentis correctio et punitio deferri valeant, seu alias quomodolibet impediri, sub pœna amotionis perpetuæ a nostro Collegio memorato.

Discretion of Warden and Dean where no punishment is specified in statutes.

Defending or assisting delinquents.

Accused parties not to have copies of charges.

Suits and appeals.

Cap. 31.—*De visitatione maneriorum, et progressu Custodis vel Vicecustodis.*

Cæterum, ne, per negligentiam supervisionis, aut incuriam ministrorum, vel propter defectum reparationis maneriorum, Collegium in possessionibus suis sive bonis damnum patiatur quomodolibet vel jacturam, statuimus, ordinamus et volumus, quod, singulis annis, statim post festum Exaltationis Sanctæ Crucis, fiat circuitus et progressus per Custodem et aliquem Sociorum discretum, ad hoc per majorem partem juristarum necnon artistarum Sociorum, tunc præsentium, eligendum; vel, si Custos commode circuitum hujusmodi per se facere non possit, tunc Vicecustodem et Socium hujusmodi, omnia maneria et beneficia, ac boscos quoscunque, ad dictum Collegium spectantia, ad realiter supervidendum statum maneriorum, beneficiorum et boscorum hujusmodi, staurumque vivum et mortuum, equos, affros, boves, vaccas, et eorum vitulos, omnes bidentes et omnia

Yearly progress of Warden to view manors and stock.

Notice to bailiffs, etc., to render their accmpts.

Visitation of lands in Wales and the Marches.

Period for erecting and repairing buildings.

Duration of progresses.

Audit of accmpts.

animalia et pecora cujuscunque generis; et ad æstimandum et æstimari faciendum blada ingrangiata; visitare ac supervidere volumus, per præsentés. Et quod idem Custos vel Vicecustos, seu Socius prædictus, in dicto circuitu, præmuniat seu præmuniri faciat omnes et singulos ballivos, præpositos, firmarios et alios servientes quoscunque, ad computandum astrictos, quod sint parati ad certum diem infra mensem Octobris, quamcitiús fieri poterit, per Custodem, Vicecustodem aut Socium prædictum, eis limitandum, pro compotis suis in Collegio prædicto, vel in maneriis, beneficiis et grangiis, prædictis, secundum quod Custodi vel Vicecustodi et Sociis prædictis melius visum fuerit, tunc reddendis. Maneriis ac possessionibus dicti Collegii infra Walliam, sive marchias ejusdem, duntaxat exceptis; quæ visitare ac supervidere volumus semel omni termino vel sæpius, prout Custodi, Vicecustodi, bursariis ac sex aliis Sociis ejusdem Collegii senioribus, quorum tres juristæ existant, videbitur expedire. Ordinantes expresse quod, cum novæ ædificationes vel aliquæ reparationes domorum immineant faciendæ, illæ incipiuntur circa principium mensis Martii, et terminentur ante festum Sanctorum Symonis et Judæ tunc proxime secuturum. Alioquin, adveniente dicto festo, cessent omnino usque ad principium mensis Martii proxime tunc futurum: ædificationibus et reparationibus, quæ commode absque dispendio Collegii deferri non possunt, duntaxat exceptis. Volumusque quod dicti circuitus et visus omnino terminentur et complete fiant infra triginta dies post inceptionem eorundem continue numerandos. Præterea, statuimus quod, illo circuitu, statim post dictum festum ut prædicitur faciendò, finaliter completo, quam citius fieri poterit, absque aliquilibet dilatione, incipiatur compotorum auditio, et absque interruptione, negligentia aut mora, infra mensem, quam citius commode fieri poterit, debite compleatur; ne per hoc Collegium in expensis majoribus oneretur seu etiam aggravetur, et Socii et scholares prædicti Collegii in actibus suis scholasticis impediuntur. Statuentes quod per Custodem, Vicecustodem, Decanos et alios duos seniores, minime officarios illo anno, quorum unus jurista et alius artista existat, audiatur ministrorum extrinsecorum compotus prædictus. Volumusque quod, in fine cujuslibet anni, statim post compotum omnium ministrorum et officiariorum prædictorum complete redditum finalem, compotus omnium communarum expensarum hospitii dicti Collegii et aliarum intrinsecarum per bursarios quarumcunque qualitercunque factarum, finaliter et complete audiatur, et debite ingrossetur; et quod omnes rotuli compoti hujusmodi, visus et alia memoranda, in thesauraria ponantur, et securius custodiantur in una cista, ad hoc per nos superius limitata; ut exinde evidentiæ sufficientes, tam pro defensione ecclesiarum et jurium maneriorum suorum, quam de valore annuo eorundem, de tempore ad tempus, haberi valeant, in futurum. Ulterius statuentes quod, reddito et in-

grossato, ut prædicitur, finali compoto bursariorum prædictorum, statim, sine mora aliqua, retradant et reddant dicti bursarii claves omnium cistarum et custodiarum quarumcunque eis commissarum Custodi Collegii prædicti, in signum resignationis et dimissionis officiorum suorum. Decani, præterea, cæterique Socii, officarii et clavigeri intrinseci, omnes et singuli, præter Custodem et Vicecustodem, similiter suas claves Custodi prædicto tunc tradere et officiis suis cedere debeant et etiam teneantur. Quo facto, ad Vicecustodis singulorumque officiariorum hujusmodi futurorum electionem statim procedatur, sicut et prout superius in aliis capitulis, ipsorum electionis formam continentibus, plenius est expressum. Quod officium vel quæ officia nulli Socio ad hoc deputato liceat refutare. Nolentes, præterea, quod alicui Sociorum dictorum duo officia de officiis prædictis simul et semel quomodolibet committantur.

Surrender of office by bursars and other officers.

Re-election of officers.

Holding two offices.

Cap. 32.—*De Visitatione domini Archiepiscopi Cantuariensis; et Commissariis per eum ad hoc deputandis.*

Item, quia reverendissimi in Christo patres Archiepiscopi Cantuarienses, nostri successores, juxta voluntatem et ordinationem Christianissimi principis Henrici Regis Angliæ Sexti illustris, præcipui ac principalis ejusdem Collegii Fundatoris, prout in suis literis patentibus, de et super fundatione ejusdem Collegii confectis, continetur plenius, simul cum eo cofundatores erunt in perpetuum; statuimus, ordinamus et volumus, quod, sicut erunt veri patroni et protectores perpetui ejusdem Collegii, ut speramus, sic ipsius Collegii, singulariumque personarum, possessionum spiritualium et temporalium, jurium et libertatum ac privilegiorum, supervisores, et tanquam ordinarii observantiæ ordinationum et statutorum nostrorum ejusdem conservatores, et ipsius Collegii Visitatores, existant. Quocirca, ordinamus, volumus et etiam declaramus, quod liceat domino Cantuariensi Archiepiscopo, qui pro tempore fuerit, quoties sibi visum fuerit, necnon et expediens ad præfatum Collegium, per se vel suos Commissarios, Priorem videlicet aut Subpriorem ecclesiæ Christi Cantuariensis, officialem curiæ de Arcubus aut Decanum ejusdem curiæ, quos, et non alios, ad hoc deputare eum posse declaramus et volumus, conjunctim et divisim, secundum quod sibi magis libuerit, suos Commissarios libere accedere, Custodemque ac omnes et singulos scholares et Socios dicti Collegii in unum locum infra dictum Collegium convocare. Cui quidem reverendissimo patri cuicumque pro tempore, ac Commissariis suis prædictis, duntaxat, vigore nostræ præsentis ordinationis et statuti, plenam concedimus potestatem super omnibus et singulis punctis et articulis in nostris ordinationibus et statutis contentis, per Custodem omnesque et singulos Socios et scholares prædictos, etiam, si oporteat, sub ipsorum juramento,

Archbishops of Canterbury to be Visitors.

Commissaries of the Archbishop.

Power of Visitor.

coram eis, de dicendo meram et plenam veritatem præstando, si, videlicet, ordinationes et statuta dicti Collegii ab ipsis omnibus, quantum ad eorum singulos pertinuerit, debite executæ fuerint et observatæ; necnon super omnibus et singulis statum, commodum et honorem, dicti Collegii concernentibus, et quæ in dicto Collegio et in personis ejusdem noverint seu crediderint reformanda, præterquam de occultis, etiamsi super his non fuerint specialiter inquisiti, exactissime inquirendi; excessusque, negligentias, crimina et delicta, quorumcunque dicti Collegii, qualitercunque commissa, juxta omnem vim, formam et effectum, ordinationum et statutorum eorundem, corrigendi et etiam puniendi; attemptatæque contra prædictas ordinationes et statuta debite reformandi; cæteraque omnia et singula faciendi, exercendi et etiam expediendi, quæ in præmissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiamsi ad privationem vel amotionem Custodis, Vicecustodis vel alterius cujuscunque, ab administratione sua vel officio suo, seu si ad amotionem alicujus Socii vel scholaris dicti Collegii ab eodem, statutis et ordinationibus ejusdem Collegii id exigentibus, procedi contingat. Quos siquidem Custodem, Vicecustodem, Socios et scholares, necnon ceteros ipsius Collegii ministros quoscunque, præfatis domino Archiepiscopo et Commissariis, de quibus præfertur, quoad omnia et singula præmissa, volumus, et præcipimus effectualiter intendere et parere. Statuentes, insuper, quod nullus, in visitationibus seu scrutiniis faciendis in dicto Collegio, contra Custodem aut aliquem alium ipsius Collegii Socium vel scholarem, quicquid dicat, deponat seu denuntiet, nisi quod verum crediderit, seu de quo publica vox vel fama laboraverit contra eundem. Idemque in Custode volumus observari, sub debito ipsorum omnium dicto Collegio præstiti juramenti. Præfati autem reverendissimi patris successoris nostri cujuscunque, pro tempore, et Commissariorum suorum hujusmodi, conscientias apud Altissimum arctius oneramus, ut, in faciendo et exequendo præmissa, juxta doctrinam Apostolicam, non quærentes quæ sua sunt sed quæ Jesu Christi, moderatis procurationibus, solum videlicet esculentis et poculentis, sint contenti; solumque Deum habentes præ oculis, favore, odio, timore, prece aut pretio, coloribus, occasionibus et causis, postpositis quibuscunque, inquisitionis, correctionis, et debitæ reformationis, officium supradictum diligenter impendant et fideliter exequant in omnibus; sicut et prout coram Deo, in extremo ipsius judicio, in hoc casu voluerint reddere rationes. Statuentes, insuper, quod Custos dicti Collegii, super excessibus et delictis contra eum detectis et delatis, in inquisitionibus vel visitationibus per dominum Archiepiscopum vel ejus Commissarios, ut præmittitur, faciendis, copiam compertorum et detectorum hujusmodi sibi tradi, edi, dari aut liberari, aut nomina detegentium vel denuntiantium sibi exponi, nullo modo petat; neque ipsa comperta et detecta aut nomina

Obedience to
Visitor.

Against false
accusations.

Impartiality
in Visitor.

Warden to
have copy of
charges against
him.

hujusmodi tradantur eidem; sed super eisdem compertis et detectis, statim, coram ipso domino Archiepiscopo vel ejus Commissariis respondeat, ac correctionem debitam subeat pro eisdem, juxta ordinationum et statutorum ejusdem Collegii exigentiam et tenorem; cessantibus provocationibus, appellationibus, querelis et aliis juris et facti remediis, per quas seu quæ ipsius correctio et punitio differri valeat, seu alias quomodolibet impediri; nisi ad privationem beneficii aut inhabilitationem personæ Custodis prædicti contra eundem Custodem agatur per dominum Archiepiscopum vel ejus Commissarios supradictos; in quibus casibus omnes defensiones legitimas eidem volumus esse salvas, et non obstante nostra ordinatione prædicta.

Cap. 33.—*Propter quas causas et quomodo Custos Collegii poterit removeri.*

Præterea, cum propter Custodis prædicti incuriam, negligentiam et incircumspectam aut minus industriam curam, vel vitæ inhonestatem, possunt eidem Collegio de facili innumera dispendia et pericula graviora accidere, statuimus, ordinamus et volumus, quod dictus Custos, qui pro tempore fuerit, propter dilapidationem, alienationem terrarum, tenementorum, reddituum, possessionum spiritualium seu temporalium, aut distractionem vel alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius Collegii, incontinentiamque gravem aut negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamque causam legitimam quæcumque ipsum Custodem omnino reddentem irregularem vel aliter inhabilem; necnon propter infirmitatem contagiosam perpetuam, cujus prætextu non poterit absque gravi scandalo ulterius hujusmodi officium occupare; ab officio amoveatur prædicto. Ad cujus amotionem taliter procedatur; videlicet, quod ante processum quemcumque alium contra eum faciendum, per Vicecustodem, assistentibus sibi Decanis, bursariis et quinque aliis senioribus dicti Collegii, quorum duo juristæ et tres artistæ seniores existant, primitus invitetur ad cedendum voluntarie et gratis suo officio memorato; quod si sponte cedere noluerit, tunc Vicecustos, de consensu, assensu et sub testimonio, omnium Sociorum dicti Collegii, vel ad minus majoris partis eorundem, quorum decem de juris civilis et canonici facultatibus existant, specialiter, tactis sacrosanctis Evangeliiis, juratorum, ipso Vicecustode primitus juramentum subscriptum præstante, et deinde consimile juramentum ab omnibus aliis Sociis hujusmodi recipiente; quod non per invidiam, malitiam, odium, vel amorem, favorem, timorem, nec pro conspirationibus æmulorum aut confœderatione, nec ad procurationem alicujus, nec prece nec pretio, aut alio quocunque modo illicito inducti, sed solummodo pro bono zelo, commodo et utilitate, Collegii prædicti, et pro meliori et salubriori regimine ejusdem et honore, testimonium tale perhibeant Archiepiscopo Cantuariensi, qui pro

Causes for which the Warden shall be removed.

Manner of proceeding in his removal.

tempore fuerit, vel, ipso in remotis agente, ipsius Vicario in spiritualibus generali, seu, sede Cantuariense vacante, Custodi spiritualitatis ejusdem; crimina, causas et defectus, denuntiet seu insinuet per duos vel tres ipsius Collegii Socios seniores, quorum ad minus unus civilista vel canonista existat, cum literis sub sigillo communi ipsius Collegii aut alio sigillo authentico sigillatis, ac signo et subscriptione alicujus notarii publici communis, causas, defectus, crimina vel excessus hujusmodi, continentibus. Archiepiscopus vero prædictus vel, ipso in remotis agente, suus vicarius in spiritualibus generalis, aut, sede vacante, custos spiritualitatis, prædictis de causis, criminibus, excessibus et defectibus, contra eum propositis, summarie, de plano et extrajudicialiter, cognoscens, si per sufficientes probationes ministratas hujusmodi suggesta, quæ ad ejus amotionis sufficere debeant, repererit esse vera, statim ipsum ab officio suo et administratione amoveat indilate, dictique Collegii Socii denuntiet et injungat ut ad electionem novi Custodis extunc libere procedere valeant, juxta modum et formam in ordinationibus et statutis nostris superius annotatos; cessantibus appellationibus et querelis, ac cujuscunque alterius juris et facti remediis, in hac parte, per quæ hujusmodi amotio valeat impediri.*

Cap. 34.—*Propter quas causas et quæ crimina possunt et debent Socii et scholares Collegii amoveri et expelli.*

Offences for which Fellows and scholars shall be expelled.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod si contra aliquem scholarium vel Sociorum dicti Collegii infamia oriatur, super crimine hæresis, simonia, aut super perjurio manifesto vel furto notabili, homicidio voluntario, adulterio, incestu, atroci percussione injuriosa Socii vel scholaris, læsionem enormem inferente, præsertim Custodis, Vicecustodis, alicujusve Decanorum vel bursariorum, Magistri vel Doctoris, ipsius Collegii, vel supra alio crimine similiter enormi, aut alio quocunque crimine de majoribus criminibus; vel quod notorius fornicator existat, aut quod conspirationes illicitas fecerit vel junxerit, vel eas fieri procuraverit, contra statum dicti Collegii, vel facientibus conspirationes hujusmodi præstiterit consilium, auxilium vel favorem; aut aliquod factum hujusmodi perpetraverit, per quod grave damnum, præjudicium vel scandalum, dicto Collegio generetur; et præmissa vel eorum aliquod publice confessus coram Custode dicti Collegii, assidentibus sibi Vicecustode, duobus Decanis et bursariis, vel per testes idoneos, Custodis, Vicecustodis et aliorum superius nominatorum, judicio approbandos, aut per facti evidentiam, coram

* The following clause is added in a foot-note:—"Nisi Custos Archiepiscopum de non facta electione infra xv. dies certiore fecerit, officio privetur ipso facto. Et nisi expensarum rationem infra vi. dies post reditum bursariis reddiderit, perjurii pœnam incurrit. Et si sigillum commune, extra formam statuti de custodia communis sigilli, aliquibus literis, &c., apposerit, præter pœnam perjurii, ipso facto a Collegio privetur."

eisdem reus manifeste convictus fuerit; extunc a dicto Collegio, præsentis nostræ ordinationis vigore, nulla alia monitione præmissa, exclusum et privatum fore ipso facto decernimus et statuimus, absque cujuscunque appellationis remedio vel querelæ.

Præterea, statuimus et volumus, quod siquis Sociorum vel scholarium dicti Collegii religionem intraverit, aut ad alicujus obsequium, per quod a studio impediatur, se mancipaverit, uxoremve duxerit, vel ab ipso Collegio animo deserendi studium recesserit; quod intelligi volumus esse factum eo ipso quod ipsorum aliquis ultra sexaginta dies in anno, continuos vel interpolatim discontinuus, cessante infirmitate corporali seu negotiorum Collegii pro curatione, et nisi ex aliqua causa rationabili, Custodi, Decanis et bursariis, infra triginta dies immediate sequentes, intimanda ac per eosdem approbanda, a dicto Collegio se absentaverit; seu quod patrimonium, hæreditatem, feodum sæculare, aut annuam pensionem ad valorem, communibus annis, centum solidorum sterlingorum, assecutus fuerit; tunc, infra sex menses a tempore assecutionis hujusmodi continue secuturos, auctoritate præsentis statuti, eum a dicto Collegio privatum et amotum fore statuimus ipso facto, ac extunc pro non scholari vel pro non Socio penitus habeatur. Si vero aliquis Sociorum vel scholarium prædictorum beneficium ecclesiasticum, cum cura vel sine cura, cujus fructus, redditus et proventus, decem marcarum sterlingorum valorem annum, si in eodem personaliter resideat, excedent, adeptus fuerit, etiam si vicaria existat, per unum annum, et non ultra, eum in dicto Collegio Socium vel scholarem stare permittimus. Volentes, ac etiam decernentes, quod, post lapsum hujusmodi annum, nisi infra annum eundem ipsum beneficium effectualiter dimiserit, vel nisi, cessantibus dolo et fraude ac malo ingenio suis, litigiosum sit, ipso facto pro non scholari vel non Socio habeatur penitus. Custodem vero dicti Collegii, propter aliqua beneficia ecclesiastica, redditus vel proventus, ecclesiasticos vel etiam temporales, cujuscunque valoris existant, per ipsum obtenta vel in posterum obtinenda, ab officio Custodis amoveri nolumus, destitui vel privari: dum tamen in dicto Collegio resideat, et officium suum gerat ac debite exequatur.

Other causes for expulsion of Fellows and scholars.

Holding benefices above ten marks in yearly value.

Warden may hold benefices or rents of any value.

In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et testimonium, nos, Henricus, Archiepiscopus, Legatus, et Fundator prædictus, sigilla nostra Trinitatis, Sancti Thomæ Martyris, necnon martyrii ejusdem Sancti Thomæ, et armorum sacrosanctæ Ecclesiæ Christi Cantuariensis et nostrorum, præsentibus apposimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, in secundo die mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Eugenii divina providentia Papæ quarti anno tertio decimo, et nostræ translationis vicesimo nono. Præsentibus tunc ibidem venerabilibus viris Magistris Thoma Chichele, Archidiacono Cantuariensi, Guilielmo

Byronyll, cancellario nostro, decretorum et legum Doctoribus, Rogero Keys in decretis baccalaureo, Custode Collegii prædicti, et dominis Josepho Brykhed et Johanne Bold, ecclesiæ cathedralis Cicestrensis canonicis, et aliis ad hæc vocatis.

Obiit Fundator munificentissimus xii Aprilis, MCCCCXLIII.

STATUTES OF ALL SOULS COLLEGE, OXFORD.

INDEX OF SUBJECTS.

- Absence of Warden, &c., 26, 28, 43.
 Abuses, reformation of, 60.
 Accompts, household, audit of, 34.
 ——— of bailiffs, 62.
 ———, audit of, 62.
 Accusations, 64.
 Accused not to have copies of charges, 61.
 Appeals, 61.
 Arms, wearing of, 41.
 Artists, number of, 12.
 ———, qualifications of, 13.
 Bachelors, disputations of, 37.
 ———, degree of, 38.
 ——— of civil law, ordination of, 39.
 Bailiffs, accompts of, 62.
 Bible, reading of, 35.
 Books, loans of, 54.
 ——— of law, 55.
 ———, sale of, &c., 55.
 ———, taking, out of college, 55.
 ———, register of, 55.
 ———, inscription in, 55.
 ———, acknowledgment for receipt of, 55.
 ———, inspection of, 56.
 ———, elections of, 56.
 Borrowing, 51, 52.
 Boundary, 41.
 Buildings, injury of, 45.
 ———, erecting, &c., 62.
 Bulls, custody of copies of, 52, 53.
 Bursars, election and duties of, 30.
 ———, oath of, 31.
 ———, stipend of, 31.
 Butler, Under, duties of, 58.
 Canterbury, Archbishop of, 12.
 ———, nomination by, 15, 20.
 Chapel, conduct in, 48.
 Charters, custody of, 52, 53.
 Chest for loans, &c., 51, 52.
 ———, keepers of, 52.
 ——— for reserved money, 53.
 Choir, places in, 48.
 Clerk, beneficed, celebration of mass by, 48.
 Cloth, price of, &c., 42.
 ———, surplus, custody of, 43.
 College of poor Scholars, foundation of, 11.
 ———, number of members of, 12.
 Commissaries of Archbishop, 63.
 Commons, variation of, 33.
 ———, regulations respecting, 33, 34.
 ———, surplus, 34.
 Concord, 45.
 Corrodies, 57.
 Dean, discretion of, in punishments, 61.
 ———, nomination and duties of, 31.
 ———, oath of, 32.
 ———, stipend of, 32.
 Degree of Bachelor, Master, and Doctor, 38.
 ——— taken by a Fellow, 39.
 Delinquents, defending of, 61.
 Dice, 44.
 Disputations, regulations respecting, 32.
 ———, daily, of students, 36.
 ——— of Bachelors, 37.
 ——— of Jurists, 37.
 Dissensions, 45.
 ———, determination of, 46.
 ———, suits in matters of, 46.
 Doctor, degree of, 38.
 Donors, observance of wills of, 56.
 Dress of Fellows and Scholars, 40.
 ———, regulations respecting, 41.
 ———, distribution of, &c., 42.
 ———, sale of, &c., 43.
 Election, forfeiture of right of, 15, 20.
 Electors, oath of, 13, 29.
 Exequies for souls of Founders, &c., 50.
 Fellows, number of, 12.
 ———, appointment of one, as Warden, 14.
 ———, assent of, to suits, &c., 17, 26.
 ———, of Founder's kin, 19.
 ———, election of, 19, 20.
 ———, admission of, 22.
 ———, obedience of, to Warden and Vicewarden, 30.
 ———, conduct of, 60.
 ———, taking degrees by, 39.
 ———, dress of, 40, 41, 42, 47.
 ———, celebration of mass by, 47.
 ———, to be consulted, 60.
 Foundation of College of poor Scholars, 11.
 Founder, 12.
 ———, prayers for, 50.
 ———, exequies for soul of, 50.
 Founder's kin, admission of, as Fellows, 19.
 ———, preference of, 21.
 Gaming, 44.
 Graces, University, 39.
 Hall, remaining in, after meals, 35.
 ———, fire in, 36.
 Hawks, hounds, &c., 44.
 Henry V., prayers for, 11.
 Henry VI., v. Founder.
 Hours, attendance at, 47.

- Income, surplus, 30.
 Indenture of receipts and payments, 31.
 Jewels, &c., custody of, 53, 54.
 —, indenture of, 53.
 —, inspection of, 53.
 Jocalia, &c., custody of, 53, 54.
 Jurists, numbers of, 12.
 —, qualifications of, 13.
 —, disputations of, 37.
 Keys of chests, 31, 52, 53, 54.
 — of chambers, 54.
 Lands, sales and leases of, 56, 57.
 —, inspection of, 62.
 Latin, use of, 35.
 Laundress, 58.
 Library, access to, 56.
 Loans, 51.
 —, pledge for, 51.
 —, oath to be taken by recipient of, 51.
 —, register of, 52.
 —, of books, 54.
 Manciple, duties of, 58.
 Marches of Wales, lands in the, 62.
 Mass of the Holy Ghost, 13.
 —, salaries for celebrating, 40.
 —, attendance at, 47.
 —, manner of celebrating, &c., 47, 48.
 —, on festivals, 47.
 —, at Easter meeting, 59.
 Master of Arts, degree of, 38.
 —, to study theology, 39.
 —, to take holy orders, 39.
 Money reserved, 53.
 Night, passing out of College, 44.
 Oath of electors, 13–29.
 — of Warden, 16.
 — of Scholars, 23.
 — of Bursar, 31.
 — of Deans, 32.
 — of a recipient of a loan, 51.
 Officers, re-election of, 63.
 Offices, surrender of, 63.
 —, holding two, 63.
 Oxford, scholars of, *v.* Scholarships.
 Payments, 31.
 Penalties, 30, 35, 36, 38, 40, 41, 43, 44, 45, 49, 50, 53, 59.
 Pensions, 57.
 Plate, custody of, 53.
 Power, military, decay of, 11.
 Prayers, 49.
 —, for Founder, 50, 51.
 —, at Easter meeting, 59.
 Probation, year of, 21, 22.
 Progress to view lands, &c., 61.
 Punishments, 60.
 —, discretion of Warden and Dean respecting, 61.
 Receipts, 31.
 Register, &c., custody of, 52.
 Repairs, 62.
 Salaries for celebration of masses, 40.
 Scholarships, vacancies of, to be supplied from scholars of Oxford, 21.
 —, preference to, 21.
 Scholars, poor, foundation of College of, 11.
 —, number of, 12.
 —, election of, 17, 20.
 —, qualifications of, 20.
 —, probation of, 21, 22.
 —, exclusion of incompetent, 22.
 —, oath of, 23.
 —, obedience of, to Warden, &c., 30.
 —, dress of, 40.
 —, conduct of, 60.
 —, of Oxford, *v.* Scholarships.
 Scrutiny of votes, 14.
 —, of conduct of Fellows and Scholars, 60.
 Seal, common, 52.
 Seneschal of the hall, 34.
 Servants, 58.
 —, to carry books to the schools, 58.
 —, to be males, 58.
 —, one, allowed to Doctors, 59.
 Statutes, custody of, 53.
 —, reading of, 59.
 —, to be read before infliction of punishment, 60.
 Strangers, entertainment of, 28.
 —, introduction of, &c., 36.
 Students, interruptions of, 35.
 —, disputations of, 36.
 Suits, 46, 61.
 Table, places at, 32.
 Vestments, chapel, custody of, 54.
 —, register of, 55.
 —, inspection of, 56.
 Vice-warden, duties of, 28.
 —, power of, 29.
 —, stipend of, &c., 29.
 Visitors, 63.
 —, obedience to, 64.
 —, impartiality of, 64.
 Votes, scrutiny of, 14.
 Wales, lands in, 62.
 Walking alone, 41.
 Warden, 12.
 —, qualities of, 13.
 —, election of, 13.
 —, appointments of, 14.
 —, nomination of, in cases of forfeiture of right of election, 15.
 —, oath of, 16.
 —, forfeiture of right of election by, 20.
 —, to notify vacancies of scholarships, 21.
 —, power and duties of, 26.
 —, absence of, 26, 28.
 —, to be sworn, 26.
 —, salary and allowances of, 27.
 —, servants of, 27.
 —, commons of, 33.
 —, livery of, 42.
 —, celebration of mass by, 47.
 —, discretion in punishing, 61.
 —, yearly progress of, 61.
 —, charges against, 64.

INJUNCTIONS OF VISITORS.

[*De electionibus celebrandis in officia Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, vacantia ; 1445.*]

Johannes [Stafford] permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis Legatus, dilectis in Christo filiis Custodi, Sociis et Scholaribus, Collegii nostri Animarum Omnium Fidelium Defunctorum in Oxonia, salutem, gratiam et benedictionem. Cum ex fundatione, necnon statutis et ordinationibus Collegii nostri antedicti, statutorum editio, declaratio et impetratio eorundem, ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, dinoscatur notorie pertinere ; cumque Vicecustodis, bursariorum et Decanorum, officia dicti Collegii, ad tempus in dictis statutis limitatum, vacare contigerint, quomodo ad electionem eorundem procedi debeat ; necnon si electiones eorundem Vicecustodis, bursariorum et Decanorum, secundum formam statutorum et ordinationum prædictorum nequaquam contigerit celebrari, de ipsorum assumptione seu præfessione in eisdem statutis ; nullatenus sit provisum. Unde nos, volentes in præmissis paterna sollicitudine, ut tenemur, de opportuno remedio providere, volumus, statuimus, et pro futuro in perpetuum ordinamus, quod quandocunque dictorum Vicecustodis, bursariorum vel Decanorum, officium, ante tempus in dictis statutis limitatum vacare contigerit, tunc, infra trium dierum spatium proximo futurorum a tempore dictæ vacationis ibidem publicatæ, ad electionem dictorum Vicecustodis, bursariorum et Decanorum, procedetur omnino. Quod si præfatorum Vicecustodis, bursariorum et Decanorum, aut eorum alicujus, electionem infra tres dies post tempus in dictis statutis limitatum, seu dictorum trium dierum spatium, celebrari non contigerit, quod tunc ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, sede plena, ipsa vero sede vacante ad Priorem ecclesiæ nostræ Cantuariensis, vel, in ipsius absentia, ad officialem curiæ nostræ Cantuariensis, electio pertinere debeat. Mandantes quatenus vos et successores vestri huic nostræ ordinationi pareatis et pareant cum effectu. In quorum omnium et singulorum testimonium, præsentem sigillum nostrum apposuimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, nono die mensis Decembris, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo quinto, et nostræ translationis anno tertio.

Ordinatio Johannis Stafforde Cantuariensis Archiepiscopi, de electione Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum ; [1445.]

Johannes, permissione divina, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, dilectis in Christo filiis, Custodi, Sociis et scholaribus, Collegii nostri Animarum Omnium Fidelium Defunctorum in Oxonia, salutem, gratiam et benedictionem. Cum ex fundatione, necnon ex statutis et ordinationibus Collegii nostri antedicti, statutorum editio, declaratio et interpretatio eorundem, ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, dinoscantur notorie pertinere; cumque Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, officia dicti Collegii, ante tempus in dictis statutis limitatum, vacare contigerint, quomodo ad electionem eorundem procedi debeat; necnon si electionis eorundem Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, secundum formam statutorum et ordinationum prædictorum nequaquam contigerit celebrari, de eorum assumptione seu præfectione; in eisdem statutis nullatenus sit provisum. Unde nos, volentes in præmissis paterna solitudine, ut tenemur, de opportuno remedio providere, volumus, statuimus, et pro futuro in perpetuum ordinamus, quod quandocunque dictorum Vicecustodis, Bursariorum vel Decanorum, officia ante tempus in dictis statutis limitatum, vacare contigerint, quod tunc, infra trium dierum spatium proxime futurorum a tempore dictæ vacationis ibidem publicatæ, ad electionem dictorum Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, provideretur omnino. Et si præfatorum Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, vel eorum alterius, electionem, infra tres dies post tempus in dictis statutis limitatum, seu dictorum trium dierum spatium, celebrari non contigerit, quod tunc ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, sede plena, ipsa vero sede vacante ad Priorem ecclesiæ nostræ Cantuariensis, vel in ipsius absentia ad officialem curiæ nostræ Cantuariensis, ipsorum electio pertinere debet. Mandantes quatenus vos et successores vestri huic nostræ ordinationi pareatis et pareant cum effectu. In quorum omnium et singulorum testimonium, præsentibus sigillum nostrum apposuimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, nono die mensis Decembris, anno Domini 1445, et nostræ translationis anno tertio.

De dispositione camerarum.

Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod singulæ cameræ dicti Collegii nostri et studia earundem per Custodem, qui pro tempore fuerit, modis et provisionibus, quoties sibi opportunum videbitur, disponantur et assignentur infrascriptis. Videlicet, quod, post magnam cameram in angulo Orientali versus Austrum, et proximam aliam cameram ex altera parte ascensorii, quas assignamus pro Custode prædicto, quod octo digniores personæ dicti Collegii, videlicet, Doctores sacre theologiæ, juris Canonici

et civilis, ac sic de cæteris usque ad numerum supradictum, secundum discretionem et arbitrium Custodis prædicti, in octo melioribus et principalioribus cameris prædicti Collegii collocentur. Quorum quilibet tantum unum Socium, et alterius facultatis, secum habere permittimus, cameralem. Residuis vero Sociis et scholaribus dicti Collegii aliæ octo cameræ, juxta discretionem et arbitrium ipsius Custodis, assignentur; tribus vel duobus Sociis seu scholaribus in singulis earundem collocatis. Quorum omnium Sociorum et scholarium quilibet lectum suum habeat separatim, ac solus sine socio jaceat omnimodo. Præterea, ad majorem delectionem, amicitiam et caritatem, inter eosdem nutriendam et conservandam, ordinamus quod unus jurista, quamdiu numerus juristarum sufficiat, et unus vel duo artistæ, juxta discretionem Custodis, in singulis earundem octo camerarum adinvicem commorentur. Quodque in eisdem cameris sic assignatis sit unus Socius cæteris maturitate discretior et scientia provecior, qui aliis suis Sociis camerilibus superintendat, et de ipsorum moribus, conversatione, studiisque profectu, Custodem, Vicecustodem, Bursarios et Decanos, dicti Collegii, sub ipsius debito juramenti Collegio præstiti supradicti, quoties opus fuerit, veraciter certificet et informet. Cæteris vero quinque cameris dicti Collegii ad usum capellanorum, choristarum et servientium ejusdem, juxta arbitrium et discretionem præfati Custodis disponendis, reservatis.

[*De ordine observando in divinis officiis celebrandis*; 1500.]

Johannes [Morton], miseratione divina titulo Sanctæ Anastasiæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Apostolicæ sedis Legatus, dilectis nobis in Christo Custodi Collegii nostri Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia, et ejusdem loci Sociis, et scholaribus ejusdem, salutem, gratiam et benedictionem. Quoniam, ex fundatione, statutis et ordinationibus, Collegii nostri antedicti, statutorum editio, declaratio et interpretatio eorundem, ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, notorie pertinere dinoscantur; nos, igitur, animadvertentes quod omnis Christiana institutio consistat in beata vita comparanda, quæ extremum virtutis præmium et veræ Christianorum omnium merces, ab ipso Christo decernitur; considerantes, insuper quantum iis, qui in communitate vivunt, conducat ad eam consequendam suis cujusque gradus ordo, sine quo pax vera, mentis tranquillitas, sincera caritas, omnis denique beatæ vitæ actio, extirpatur, nihilque suavius, sanctius aut divinius, esse diximus quam eorum animos (qui sub nostro tutamine degunt) justo ordine adeo tranquillos, atque in perpetuum in omnibus, et maxime circa divini officiorum observationem et executionem, paratos reddere, ut nulla in pos-

terum litium aut discordiarum inter eos (favente Deo) oriatur occasio; ubicunque colitur et observatur ordo, ibi oportet ut augeat virtus, concordia et summa rerum tranquillitas; quibus sublatis, omnia pacis, concordiae, virtutis, tranquillitatis, seminaria, interire necesse est: ut, itaque, nulliter posthac discordiarum incendiis divinatorum officiorum executiones quovis pacto vel offendi vel impedire valeant, sed ut semper in choro concors quaedam et consona modulatio habeatur, qua dulciter et jucunde primum Deo laudes debite persolvant, deinde virtus et studium incrementa literarum suscipiant, finem quo perpetuo litibus et jurgiorum occasionibus imponere valeamus; statuimus, ordinamus, volumus et firmiter injungendo praecipimus, quod a die promulgationis hujus nostrae ordinationis et decreti perpetuis futuris temporibus, talis in choro ordo inviolabiliter et ab omnibus observetur. In primis, in festis principalibus; videlicet, in festivitate Natalis Domini, rectores sint Magistri seniores et baccalaurei Artium Seniores. In Martyrio Sancti Thomae, baccalaurei juris civilis et canonici seniores, cum suis scholaribus et capellanis. In festo Epiphaniae, Magistri artium, cum baccalaureis, ut supra. In festo Gregorii, baccalaurei juris, cum scholaribus, ut supra. In festo Ambrosii, Magistri artium cum baccalaureis, ut supra. In festo Paschae, baccalaurei juris, cum suis scholaribus, ut supra. In festo Pentecostes, Magistri artium, cum baccalaureis, ut supra. In festo Translationis Sancti Thomae, baccalaurei juris, cum suis scholaribus, ut supra. In festo Assumptionis Beatae Mariae, Magistri artium, cum baccalaureis, ut supra. In festo Sancti Augustini Doctoris, baccalaurei juris, cum suis scholaribus, ut supra. In festo Dedicacionis ecclesiae, Magistri artium cum baccalaureis, ut supra. In festo Sancti Hieronymi, Patroni ecclesiae, baccalaurei juris, cum scholaribus suis, ut supra. In festo Animarum Magistri artium, cum baccalaureis, ut supra. In festis majoribus duplicatis, videlicet in festo Purificationis beatae Mariae Virginis, baccalaurei juris, cum suis scholaribus. In festo Ascensionis, Magistri Artium juniores, cum baccalaureis junioribus. In festo Sanctae Trinitatis, baccalaurei juris, ut supra. In festo Corporis Christi, Magistri Artium, ut supra. In Visitatione beatae Mariae Virginis, baccalaurei juris, ut supra. In festo Reliquiarum, Magistri artium, ut supra. In festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis, baccalaurei juris, ut supra. In festo Omnium Sanctorum, Magistri artium, ut supra. In festis minoribus duplicibus, rectores erint artium baccalaurei cum suis scholaribus, vel, hujusmodi scholaribus non existentibus, baccalaurei artium cum clericis. In aliis omnibus festis duplicibus tamen vel inferioribus duplicibus, rectores sint scholares non graduati, vel capellani, cum clericis. In Dominicis diebus et aliis festis non duplicibus, clerici sint rectores: tamen in festis principalibus, quatuor primae lectiones legantur per choristas et clericos; quintam legat capellanus et scholaris non gradua-

tus; sextam baccalaureus artium; septimam baccalaureus juris senior; octavam Magister artium Senior vel baccalaureus theologiae; et nonam Custos vel Vicecustos. In majoribus duplicibus, sex lectiones primae ut supra; septimam legat baccalaureus juris junior; octavam Magister artium junior; nonam Doctor, Vicecustos, vel, eorum absentia, Custos. In minoribus duplicibus, sex primae lectiones per choristas et clericos; septimam per capellanum; octavam per baccalaureum artium; nonam per Magistrum artium. In aliis duplicibus omnibus, sex primae ut supra; septimam per capellanum; octavam per scholarem non graduatum vel capellanum; nonam per baccalaureum juris. In alijs non duplicibus, Dominicis et alijs, septimam per capellanum; octavam per scholarem non graduatum; nonam per baccalaureum artium. Volumus, praeterea, quod in tempore Paschali idem ordo de legendis lectionibus in omnibus festis observetur, quem superius de septima, octava et nona, lectione assignavimus. Item, volumus quod sub Magistris artium responsoria cantent artium baccalaurei; et sub juris baccalaureis responsoria cantent scholares non graduati vel capellani, vel capellanus cum non graduato scholari. Quem ordinem de Evangeliiis et Epistolis in missis celebrandis esse volumus omnino. Si quis hujus nostri decreti, ordinationis et provisionis, temerarius violator extiterit, pro prima vice per subtractionem communarum suarum per unam hebdomadam, secunda vero vice per quindenam, tertia autem per mensem, ipso facto eum puniri. Si autem quarto in ea parte delinquat, ex collegio memorato eum perpetuo exclusum fore, ipso facto, volumus, statuimus, decrevimus et declaramus, per praesentes. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Lambeth, xxi. die mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo, et nostrae translationis anno quarto decimo.

*De disputationibus theologorum, ac de modo et forma eligendi
Rectoris eorundem; [1519.]*

Willielmus [Warham], permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliae Primas et Apostolicae sedis Legatus, dilectis in Christo filiis Custodi, Sociis et scholaribus, Collegii nostri Animarum Omnium Fidelium Defuكتورum in Oxonia, salutem, gratiam et benedictionem. Quum ex fundatione, necnon et statutis et ordinationibus Collegii nostri antedicti, novorum statutorum editio, et ante hoc editorum declaratio interpretatioque, ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, notorie pertinere noscantur; quumque, juxta statuta et ordinationes felicitis recordationis domini Henrici Chicheley, Cantuariensis Archiepiscopi, praedecessoris nostri, Fundatoris Collegii praefati, theologi ejusdem Collegii, singulis septimanis in pleno termino, uno die,

theologicam quæstionem disputare teneantur; et nullibi in statutis dicti Collegii ordinatum est quis regere debeat ejusmodi disputationes, aut quid stipendii talis Regens a Collegio, pro suo labore, percipere debeat: nos, qui ejusmodi defectibus salubri provisione occurrere cupimus, præsertim quia sacram theologiam concernit, quæ præ cæteris coli venerarique debet, statuimus, ordinamus et volumus, quod theologi Collegii nostri antedicti, dummodo numerum quinarium attingant, quolibet die Veneris, in pleno termino, extra Quadragesimam contingente, disputationem de aliqua materia theologica habeant intra Collegium. Cui quidem disputationi omnes in theologia Doctores et Baccalaurei, necnon omnes et singuli Magistri in artibus Collegii prædicti, qui suam necessariam Regentiam compleverunt (impedimento cessante legitimo, per Custodem, et in ejus absentia per Vicecustodem, et per Rectorem ejusmodi disputationum approbando) a principio usque ad finem interesse teneantur; et singulos intra Angliam existentes (Doctoribus exceptis) suo cursu et ordine, secundum senioritatem quam habent in Collegio, disputare volumus et ordinamus. Si quis autem, absque rationabili causa per præfatos approbanda, ab ejusmodi disputationibus in toto vel in parte absens fuerit, aut præsens disputare noluerit, pœnas in statutis de disputationibus artistarum limitatas eum incurrere volumus. Quisquis suo cursu et ordine (ut prædicitur) disputare vel respondere principaliter omiserit, pro qualibet vice qua vel principaliter opponere vel respondere debuerat, præter pœnas prædictas artistarum, octo denariis mulctetur; qui octo denarii in ejus usum cedant qui pro alio sic omittente disputare respondereque voluerit. Nolumus, tamen, quin omnes prædicti theologi, qui sunt vel futuri erunt, non obstante hoc nostro statuto, singulis disputationibus artistarum, juxta formam statutorum prius editorum, interesse debeant ac etiam teneantur. Præterea, statuimus, ordinamus et volumus, quod de doctioribus et eruditioribus in theologia, qui eo anno aliud officium in Collegio memorato non gesserint, eligatur unus qui præsit disputationibus prædictis, et disputantes pro sua discretionem regat, informet et gubernet; quem Rectorem disputationum theologorum nuncupari volumus. Ad cujus electionem, eodem tempore quo Decani et bursarii eligi assueverunt, sic procedatur: videlicet, quod ille pro electo habeatur in quem Custos et major pars eorum qui, secundum formam statutorum prius editorum, in electione bursariorum interesse habuerint, consentiant. In quem si, ut præfertur, assensum non fuerit, tunc proinde, sicut quando super electione alicujus bursarii inter electores ejusdem non fuerit assensum, fiat secundum formam statutorum. Qui quidem Rector, in punitione vel correctione alicujus Socii vel scholaris, ratione istius officii nullo modo se intromittat. Pro cujus Rectoris salario, præter quod nihil prætextu istius officii in Collegio vindicet, volumus illi quotannis numerari viginti sex solidos et octo denarios de bonis communibus Collegii nostri præ-

dicti; et illius officio ultra annum minime duraturo. In cujusrei testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Otford, xxv die mensis Octobris, anno Domini MDXIX, et nostræ translationis anno sexdecimo.

Thomas, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo, Custodi, Vicecustodi, Decanis, bursariis, et universis ac singulis Sociis ac scholaribus Collegii nostri Animarum in Academia Oxoniæ, salutem, gratiam et benedictionem. Quum, ex visitatione nostra apud vos jamdudum celebrata, multa comperimus isthic enormiter ac inordinate fieri, et secus quam vel statutorum nostrorum exigentia vel bonorum morum regula vel studiorum vestrorum ratio expostulent; nos, quibus bonæ memoriæ Henricus Chicheley Fundator vester, et in ecclesia Cathedrali Cantuariensi noster prædecessor, vestri curam, custodiam, regimen, patronium ac auctoritatem, specialiter commendavit et successionis jure reliquit, pro bono pacis et studiorum vestrorum profectu, ad honorem Dei et rei vestræ communis commodum et decorem, quasdam injunctiones, statutorumque suorum declarationes et interpretationes, in forma sequenti duximus edendas; quas a vobis et successoribus vestris, sub pœnis in eisdem contentis, perpetuis futuris temporibus volumus observari.

1. In primis, quum, e prædictis statutis hujus Collegii, Custos, Vicecustos, Bursarii, Decani, et reliqui Socii et scholares ejusdem Collegii, divinis officiis, in æde sacra ejusdem Collegii celebrandis et psallendis, vacare et intendere teneantur; quod, quia exigua est pœna in statutis in delinquentes designata, qua debuerint diligentia facere hactenus neglexerint, prout in Visitatione nostra prædicta plene et manifeste detectum atque compertum est: idcirco, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod quilibet prædictorum matutinis, missis, vesperis, ac aliis divinis officiis et exequiis, omnibus diebus quibus talia ibidem per hujusmodi statuta debent celebrari, intersit, et eadem dicat et psallat ab initio usque ad finem, nisi subsit legitima causa, per Custodem, Decanos, Bursarios, aut per majorem illorum partem approbanda. Denuntiantes quod quilibet eorum intersit in initio matutinarum, aut saltem priusquam finiatur primus Psalmus; in initio altæ missæ, aut saltem priusquam finiatur Kurie eleison; in initio vesperarum, aut saltem priusquam finiatur primus Psalmus; in initio exequiorum, aut saltem priusquam incipiatur psalmus "Verba mea auribus;" sub pœna amissionis quatuor denariorum, solvendorum, ad mandatum Decani facultatis ipsius delinquentis, in manus alterius bursariorum, ad usum ejusdem Collegii, ultra pœnam per statuta in id facere omittentes limitatam. Et injungimus, insuper, quod quilibet per Decanum facultatis suæ ad solvendos dictos quatuor denarios jussus, et eosdem infra biduum

non solvens, amittat duos solidos, simili modo in manus unius Bursariorum ad mandatum Vicecustodis solvendo, ad usum Collegii prædicti. Et quod quilibet hujusmodi duos solidos sic solvere per Vicecustodem jussus, et infra biduum non solvens, amittat quatuor solidos, pari modo, ad mandatum Custodis in manus unius Bursariorum ad usum dicti Collegii solvendo; et quod quilibet Socius vel scholaris per Custodem ad sic solvendum hujusmodi quatuor solidos mulctatus, et infra hebdomadam non solvens, sit ipso facto expulsus in perpetuum ab eodem Collegio. Quodque locus ejus, ab eo die quo sic jussus hujusmodi quatuor solidos solvere, ut præmittitur, negaverit, censeatur, reputetur et sit, vacuus, ad omnem effectum, ac si ipse sic expulsus locum suum sponte resignasset, ac mortuus fuisset.

2. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod Custos personaliter resideat in dicto Collegio, et quod se non absentet in uno anno ultra spatium sexaginta dierum continue vel interpolatim, nisi in necessariis Collegii aut ex causa approbata secundum formam statutorum. Injungentes nihilominus quod Custos nullam habeat causam approbatam se absentandi a Collegio ultra spatium duorum mensium in uno anno, præter et ultra sexaginta dies et alios intuitu negotiorum Collegii sibi per statuta concessos (infirmi-tatis causa duntaxat excepta), sub pœna exclusionis ab officio in perpetuum.

3. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus, quod quilibet Sociorium et scholarium dicti Collegii obediat Custodi et aliis superioribus suis effectualiter, secundum formam et exigentiam statutorum dicti Collegii, sub pœna in eisdem statutis specificata. Stricte præcipientes et mandantes, quod Custos, Vicecustos et Decani, prout eorum cujuslibet exigit officium, statuta in ea parte edita diligenter exequi curabunt, et eorum quilibet curabit, sub pœna eorum cuilibet arbitrio nostro infligenda, quoties eorum aliquem in præmissis remissum aut negligenter fore nobis constiterit.

4. Item, præcipimus, ulterius, firmiter et stricte injungendo mandamus, quod inter Socios et scholares dicti Collegii penitus cessent omnes factiones, dissensiones, conjurationes atque conventicula; et quod mutuo amoris et pacis connexu sese colligent, ac pacem et concordiam (omnis incrementi fontem) foveant, ament et amplectentur, sub pœna statuti in contravenientes editi in eos exacte fienda.

5. Item, insuper, injungimus et stricte præcipiendo mandamus, quod Socii dicti Collegii, omnes et singuli, ab omni scandalo, offensione, jurgiis, odiis, provocationibus, rixis, contumeliis, necnon et verbis opprobriosis, in futurum se refrænent atque abstineant.

6. Item, præcipimus etiam, et firmiter injungendo mandamus, quod Socii et scholares prædicti a computationibus, ingurgitationibus, crapulis, ebrietatibus, ac aliis enormibus et excessivis com-

messionibus, sese coerceant et abstineant; pie, frugi, caste, sobrie et quiete, in hac parte, prout convenit, viventes.

7. Item, injungimus, et firmiter præcipiendo mandamus, quod quilibet Decanus in ipso Collegio, pro tempore existens, officium suum diligenter exequatur, juxta formam statutorum, et præsertim ad mandatum sive requisitionem Custodis, et eo absente Vicecustodis. Et si quando alter Decanorum, sic per Custodem ad executionem officii sui, aut in ejus absentia per Vicecustodem, requisitus, id facere recusaverit vel distulerit, tunc injungimus quod Decanus sic recusans per Custodem, et in ejus absentia per Vicecustodem, et alterum Decanum, excludatur a communibus suis per mensem. Et si denuo idem Decanus officium suum, ad mandatum sive requisitionem Custodis, et eo absente Vicecustodis, exequi distulerit, tunc injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod extunc sit ipso facto ab executione et omni commodo officii sui penitus exclusus. quodque alius per Custodem, et eo absente per Vicecustodem, cum consensu Bursariorum et alterius Decani, ad exequendum officium Decani sic suspensi, et commodum ejusdem officii percipiendum, pro illo anno deputetur.

8. Item, injungendo et firmiter præcipiendo mandamus quod quilibet Socius et scholaris dicti Collegii, ad mandatum Decani suæ facultatis, disputationes solennes diligenter in eodem Collegio, juxta formam statutorum, observet, sub pœna exclusionis a communibus dicti Collegii per unam hebdomadam. Quodque quilibet Decanus per Custodem, et eo absente Vicecustodem, ad interessendum disputationibus hujusmodi, et easdem effectualiter peragendas jussus, et id facere non curans, suspensus sit ipso facto ab executione officii sui et omni commodo ejusdem, pro illo anno: quodque alius per Custodem et eo absente per Vicecustodem, cum consensu Bursariorum et alterius Decani, ad exequendum officium Decani sic suspensi, et commodum ejusdem officii percipiendum, pro illo anno deputetur. Et quod Decanus non dissolvat disputationes in aliqua facultate ante lapsum duarum horarum ab initio earundem, nisi in Vigiliis festorum in quibus matutinæ solent statim cantari post vespas; sub pœna amissionis officii: in quam pœnam tunc statim incurret postquam per Custodem vel eo absente per Vicecustodem ex ea causa cedere officio moneatur: quodque alius per Custodem vel eo absente per Vicecustodem, ut supra, ad illum officium exquendum et commodum ejusdem percipiendum, pro illo anno deputetur.

9. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod quilibet Socius principaliter det operam ei disciplinæ sive arti, aut studio, cui admissus est; nec se aliis implicet literis, quo ejus principale studium nimium impediatur aut minuatur.

10. Item, injungimus et præcipiendo mandamus quod quilibet baccalaureus in artibus, in dicto Collegio Socius existens per annos ad assumptionem gradus Magistratus in artibus per statuta Universitatis et Collegii limitatos, et hactenus non promotus, ad

eum gradum promoveatur in proximis comitiis in Universitate Oxoniæ celebrandis, sub pœna expulsionis a communibus dicti Collegii, donec sic promoveatur: et quod deinceps quilibet baccalaureus in artibus, dicti Collegii Socius existens, annos pro assumptione gradus ex statutis prædictis limitatis non habens, et quilibet futurus Socius ejusdem Collegii existens baccalaureus in artibus, ad gradum Magistratus in artibus promoveatur infra tempus per statuta Universitatis et Collegii prædicti limitatum; sub pœnis in ejusdem statutis insertis, per Custodem, et eo absente per Vicecustodem, et Decanum suæ facultatis, infligendis.

11. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod Socii nunc existentes in dicto Collegio non graduati, gradus assumant suis facultatibus congruentes citra festum Natalis Domini proxime futurum, sub pœna exclusionis a communibus dicti Collegii donec sic promoveatur. Quodque in posterum quilibet scholaris, existens Socius dicti Collegii, gradus assumat in sua facultate, juxta formam statutorum dicti Collegii, et sub pœnis in eisdem contentis, per Custodem, et eo absente per Vicecustodem, et Decanum suæ facultatis, sibi infligendis.

12. Item, præcipimus et firmiter injungendo mandamus quod Magister Thomas Dey, Magister Thomas Key, Magister Johannes Howel, Magister Guilielmus Walber, Magister Nicolaus Alambrig, Magister Guilielmus Turnebull, Magister Ricardus Reve, Magister Arthurus Pitte et Magister Johannes Fuller, ad sacros etiam presbyteratus ordines effectualiter et re vera se promoveri faciant, et eorum quilibet se promoveri faciet, citra festum Paschæ, et ad subdiaconatus ordinem citra festum Natalis Domini proxime futurum post datum præsentium. Et si quisquam eorum id non fecerit, illum sic non promotum a festo Paschæ proximo declaramus non Socium ejusdem Collegii, ad omnem effectum ac si tunc mortuus fuisset.

13. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus Custodi, Vicecustodi et reliquis Sociis et scholaribus dicti Collegii, quod togis utentur talaribus, camisiis planis et non circa collum aut brachium collectis aut serico ornatis; reliquisque vestibus ac tonsuris utantur decentibus scholares et moribus Universitatis congruentibus, sub pœna expulsionis a communibus dicti Collegii, donec et quousque sic fecerint.

14. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod fragmenta ciborum Sociorum, scholarium ac servientium, dicti Collegii extra fores dicti Collegii, post singulas refectiones, efferrantur, et integraliter distribuantur inter pauperes. Quodque mancipium dicti Collegii, et eo absente serviens Bursarii, et eo absente lector Bibliæ, ac eo absente senior clericus dicti Collegii, id fieri sedulo curabit; sub pœna quatuor denariorum cuilibet id facere omittenti, per alterum Bursariorum infligenda, toties quoties eorum aliquem in præmissis remissum aut negligentem fore contigerit.

15. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod

omnes et singuli pueri et adolescentuli, per Custodem ad servendum in eo Collegio non admissi, per Custodem, et eo absente per Vicecustodem, et eo absente per alterum Bursariorum, penitus excludantur a dicto Collegio, citra primum diem Octobris proxime futurum. Insuper injungentes quod, si quisquam Sociorum, scholarium aut servientium, dicti Collegii, aliquem pauperem scholarem, puerum vel juvenem, vel adolescentulum, secum in camera pernoctare aut intra Collegium reliquiis aut fragmentis suis aut dicti Collegii alere, post dictum primum diem Octobris præsumpserit, quod tunc sic præsumens moneatur per Custodem, et eo absente per Vicecustodem, et in ejus absentia, per Decanum suæ facultatis, et eo absente per Bursarium suæ facultatis, uti ipsum puerum, scholarem sive adolescentulum, expellat, et penitus excludat, intra triduum a tempore monitionis hujusmodi, sub pœna exclusionis a communibus dicti Collegii per mensem; quæ pœna, immediate post triduum illud, cuius id non facienti per Custodem, et eo absente per Vicecustodis, et Decanum facultatis dicti delinquentis, imponatur. Quodque ter sic monitus et effectualiter non faciens sit ipso facto a dicto Collegio, ac omni commodo et emolumento ejusdem, ad omnem effectum exclusus, ac si delinquens hujusmodi rebus esset sublatus humanis.

16. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod nihil exigatur a scholaribus eligendis in annum probationis, vel ab eis in veros Socios admittendis, pro bibario aut prandio in communi impendendo. Nec differatur eorum admissio in communes; sed statim seu intra decem dies post eorum electionem, ad viatica in aula recipiantur, absque aliqua mora vel dilatione.

17. Item, præcipimus et firmiter injungendo mandamus ne quis Sociorum, locum suum in eodem Collegio relicturus aut resignaturus, illum cuiquam vendat, aut pro eodem aliquam pecuniam, aut aliam mercedem seu præmium, in vim pacti recipiat a successore suo, vel aliquo amicorum aut parentum ipsius.

18. Item, injungimus et stricte præcipiendo mandamus quod nemo Sociorum aut scholarium dicti Collegii quidcunque pecuniæ, aut alterius præmii vel mercedis, ab aliquo in scholarem dicti Collegii eligendo, aut ab aliquo scholare dicti Collegii in Socium ibidem admittendo, aut ab amicis ejus vel quoquam alio, recipiat aliquo modo, sub pœna ejectionis suæ a dicto Collegio ac omni commodo et emolumento ejusdem in perpetuum, quamprimum de receptione illa aliquo modo legitimo nobis vel alicui successorum nostrum, vel Custodi vel Vicecustodi, vel Decano facultatis ipsius recipientis, constiterit.

19. Item, injungendo et firmiter præcipiendo mandamus quod, si quisquam Sociorum aut scholarium dicti Collegii quicunque, pro voce sua sive concedenda sive neganda, locationem alicujus firmæ aut venditionem silvarum ad dictum Collegium pertinentis, aut præsentationem alicujus beneficii, jus patronatus dicti Collegii tangentem, acceperit aliquo modo, quod tunc ille

sic recipiens habeatur et sit non Socius dicti Collegii in perpetuum, a tempore quo de receptione illa aliquo modo legitimo nobis aut alicui successorum nostrorum, seu Custodi aut Vicecustodi et Decano facultatis dicti recipientis, constiterit.

20. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod, si quisquam Sociorum dicti Collegii, vacante aut vacatura aliqua firma ad dictum Collegium pertinente, aut vacante vel vacaturo aliquo beneficio de jure patronatus ejusdem Collegii, vocem suam aut assensum vel consensum suum ad usum sive commodum alicujus personæ, illam firmam aut illud beneficium petentis, promiserit, priusquam per Custodem, inter cæteros in ea parte vocem habentes, ad dirigendam vocem suam et concessum suum exprimendum in ea parte convocatus et requisitus fuerit, quod tunc quilibet sic promittens pro ea vice vocem suam amittat et perdat omnino, quamprimum de promissione hujusmodi Custodi, vel Vicecustodi seu Decano facultatis illius promittentis, plene vel semiplene constiterit.

21. Item, præcipimus ulterius, firmiterque et stricte injungendo mandamus, Custodi et Bursariis dicti Collegii, præsentibus et futuris, ne deinceps pro liberatura, vestibus aut vestitu, cuiquam Sociorum aliquid in pecunia numerata solvant aut solvi promittant; sed de panno pro vestitu eorundem provideant, et liberaturam cuilibet Socio in panno et non in pecunia, tradant et liberent, ac tradi et liberari facient, sub pœna pro arbitrato nostro in Custodem et Bursarios in hac parte contravenientes imponenda.

22. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod nullus Socius, scholaris aut serviens, dicti Collegii, canem intra dictum Collegium aut septa ejusdem vel nutriat vel habeat, post primum diem Octobris proximi, sub pœnis in statutis in ea parte editis sibi infligendis.

23. Item, injungimus insuper et stricte præcipiendo mandamus quod non licebit Custodi aut aliis officiariis ejusdem Collegii, post receptionem præsentium, causas absentiaë alicujus Sociorum dicti Collegii ultra duos menses, præter et ultra sexaginta dies a statuto indultos, in uno anno limitare, concedere aut elargiri, vel approbare, sub pœna pro nostro arbitrio in Custodem et alios in hac parte contravenientes imponenda. Et casu quo aliqua causa absentiaë alicujus Sociorum dicti Collegii, ultra tempus prædictum, citra visitationem nostram et ante receptionem præsentium, sit forsitan concessa et elargita, tunc illam per præsentem ad tempus prædictum restringimus et coarctamus; infirmitatis causa semper excepta.

24. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod, quoties ejusdem Collegii Socios, pro aliqua causa rem Collegii communem concernente, et in statuto illo sub rubrica illa "quod in majoribus causis," quæ in statutis dicti Collegii continetur expressa, in unum vocari contigerit; si forte major pars artistarum

et juristarum tunc præsentium, una cum Custode, in negotii tunc incumbentis expeditionem consenserit, aliquo tamen ex octo juristis senioribus adhuc reclamaute et contradicente, quod tunc Custos ab illo sic renitente causam suæ renitentia sciscitetur et exigat. Quam quidem causam, per illum allegatam, si Custos cum consensu Vicecustodis et Decani juristarum (modo Vicecustos et Decanus ille de numero dissentientium non existant) reprobaverit, et frivolum atque ineptam judicaverit, aut si nullam dissensus sui causam ille sic negans et dissentiens dicere vel allegare curaverit; et casu quo Vicecustos aut Decanus juristarum, pro tempore existens, aut eorum uterque, de numero sic dissentiente existat, et causam per aliquem tunc dissentientem allegatam per Custodem et duos seniores juristas sic consentientem reprobari contigerit, aut si nullam causam dissensus sui hujusmodi negans allegare voluerit; tunc oblectatorem illum nihilominus in sententia sua persistentem (si ita omnino persistere decreverit) Custos monebit quod personaliter compareat coram nobis, aut quocunque alio Cantuariæ Archiepiscopo pro tempore existente, intra decem dies illam monitionem immediate sequentes, sub pœna exclusionis a dicto Collegio in perpetuum, ipso facto incurrendæ, causam rationabilem redditurus, si quam habeat, quare sic negando perseverat. Et si tunc per nos vel successorem nostrum causam illam approbari contigerit, tunc negator ille ad Collegium revertat, expensas itineris sui de bonis dicti Collegii, arbitrato Bursariorum tunc ibidem pro tempore existentium taxandas, recepturus. Contra, si evenerit causam hujusmodi negationis per nos aut aliquem successorem nostrum reprobari rejicique, ac frivolum declarari, tunc negator ille, imo nugator potius, præterquam quod expensas itineris de suo sustinebit, etiam de bonis Collegii nequaquam eas recepturus, insuper communibus suis in dicto Collegio omnino privabitur, donec et quousque consensum et assensum suum, una cum Custode et reliquis prius consentientibus, in dicti negotii incumbentis expeditionem conjunxerit et concesserit. Eundemque per omnia modum atque ordinem volumus observari, si duo vel tres ex octo illis juristis senioribus a Custode et majore parte Sociorum dissentiant, ad eos compellendos ut dissensionis suæ rationem reddant, coaretandoque (si justa et probabilis dissentienti causa non appareat) ut voces et consensus suos Custodi et majori parti Sociorum aggregent. Ita, tamen, quod nullo pacto sic coaretandorum numerus ternarium excedat.

25. Item, eo quod sæpenumero locationes firmarum dicti Collegii, dum non concordant ad eas faciendas Socii quorum voces ad id necessario requiruntur, impediri contingit; ideirco, ne aliquid damnum vel detrimentum inde contingat Collegio, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus quod, quoties locationes alicujus firmæ ad illud Collegium pertinentis sic per dissensum eorum, quorum voces in ea concedenda necessario requi-

runtur, impediri in posterum contigerit, quod tunc Custos dicti Collegii, pro tempore existens, firmam illam pro uno anno integro, a tempore ultimo vacationis ejusdem incipiente, et non ultra, ad utilitatem Collegii, justa mercede locare et concedere possit et valeat. Et quod, infra annum illum, aut saltem in fine ipsius anni, Custos prædictus omnes et singulos Socios tunc infra Universitatem existentes, quum voces necessario ad concedendam et locandam firmam illam requiruntur, convocari et congregari faciet; et quod, illis vocem necessariam, ut præmittitur, habentibus denuo dissentientibus et discrepantibus, idem Custos pro tempore existens eandem firmam pro altero anno, uti supra, locare et concedere possit et valeat, et non ultra. Et quod sic faciet de anno in annum, donec omnes et singuli, quorum voces in locatione firmarum dicti Collegii necessario requiruntur, ad invicem conveniant, et in locationem ejusdem faciendam consentiant. Stricte nihilominus injungentes quod ne quisquam Custos, ibidem pro tempore existens, aliquam firmam ultra unum annum pro una vice locare præsumat; sub pœna exclusionis et privationis ab officio quod habet in dicto Collegio in perpetuum, ipso facto incurrenda.

26. Item, ut præmissa firmiter ac certius observentur, injungimus ac strictè præcipiendo mandamus quod Custos dicti Collegii, infra triduum post receptionem præsentium, convocet et convocari faciet omnes et singulos dicti Collegii Socios et scholares, tunc in Universitate præsentibus, in aula dicti Collegii; ac tunc et ibidem, in eorum tunc comparentium præsentia, tactis per eum sacrosanctis Dei Evangelii, juramentum præstet corporale, quod omnes et singulas injunctiones nostras prædictas sedulo, diligenter et accurate, pro parte sua, et quatenus illum in aliqua parte eorundem concernunt, observabit et fideliter perimplebit, et ab aliis, quantum in se erit, observari et fideliter perimpleri faciet et procurabit, aut saltem pœnas in eisdem nominatas subibit et persolvat efficaciter. Et quod deinde Vicecustodem, Bursarios et Decanos, ac reliquos ejusdem Collegii Socios et scholares tunc præsentibus, consimili onerabit juramento, quod ipsi et eorum singuli easdem injunctiones, omnes et singulas, pro parte eos et eorum quemlibet respective concernente, quantum in eis aut eorum aliquo erit, observabunt, et eorum quilibet pro parte sua fideliter et accurate observabit, aut saltem pœnas in eisdem specificatas subibit et persolvat. Quodque, præterea, Custos dicti Collegii, et eo absente Vicecustos, quemlibet tunc absentem, in ejus regressu ad illud Collegium, seu saltem infra triduum post ejus accessum, consimili juramento onerabit. Ac, insuper, injungimus, et firmiter et strictè præcipiendo mandamus, quod quilibet ibidem futurus Custos, Vicecustos, Bursarius, Decanus, Socius vel scholaris, in sua prima admissione ad officium sive Societatem in dicto Collegio, consimile præstabit juramentum. Finaliter injungentes, præcipientes, statuentes et ordinantes, quod

quilibet Sociorum vel scholarium dicti Collegii, istud juramentum præstare et effectualiter jurare recusans, extunc officio, Societate, jureque et titulo, quod sive quam habet in eodem Collegio, censeatur et sit effectualiter ad omnem effectum ipso facto privatus et expulsus per præsentem injunctionem nostram. Quarum originalia inter statuta dicti Collegii, in scrinio illo ubi originalia statuta dicti Collegii una cum sigillo communi custodiuntur, remanere et inseri; aliud vero exemplar penes Custodem dicti Collegii; et secundum exemplar in libro statutorum dicti Collegii in bibliotheca dicti Collegii remanente inseri; volumus, præcipimus, injungimus et ordinamus per præsentem. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, sigillum nostrum magnum præsentibus apposimus. Datum in manerio nostro apud Lambeth, vicesimo sexto die mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo, et regni illustrissimi et metuendissimi domini nostri Henrici octavi, Dei gratia Angliæ et Franciæ Regis, Fidei Defensoris, et Domini Hiberniæ, ac in terra Supremi Capituli ecclesiæ Anglicanæ, anno tricesimo tertio; et nostra creationis anno nono.

Ordinances of Royal Visitors, 1549.

Custodi, Sociis et scholaribus, Collegii Omnium Animarum.— Cum nulla reipublicæ vel sanctissime constitutæ pars uspiam reperiatur, quæ, sublatis legibus, non sentiat sera pericula; Rex noster non potest non videri his recte fecisse, vel quod quædam vetera vestri Collegii statuta, et superstitionis labe et idololatriæ maculis fœdata, subtulerit, vel quod, iis salubriter antiquatis, nova quæ abrogatorum vices sustineant sapienter suffecerit. Vestri Collegii Fundator hæc velut hæreditaria stadiorum viatica vobis ideo reliquit, ut bonæ literæ in vobis florerent, ut virtus quam altissimas radices apud vos ageret, ut religio et veræ pietatis studium modis omnibus promoverentur: ac ad istos fines et vestri Collegii proventus et statuta omnia sua destinavit. Proinde Majestas Regia non solum quæ in usum et rem universæ Academiæ esse possint decreta tradidit, sed etiam hanc curam nobis relictam voluit, ut post Collegii perspectos ritus, mores, statuta, inquisitis diligenter per nos omnibus omnium erroribus, toto pectore ad singulorum reformationem incumberemus. Proinde has pauculas a nobis injunctiones accipite; easque religiose observare curate. Contra qui fecerit, sentiet pro varietate criminis pœnas quoque variari posse.

1. In primis, ergo, hujus Collegii Custodem et Socios, tum etiam reliquos Scholasticos omnes, admonitos volumus hoc illis a nobis imperatum esse; ut quisque primas sacris literis, ceu dogmatum omnium Lydio lapidi, deferat, ut ad istas, tanquam rerum omnium controversarum honorarias arbitras, accedat; utque et consilia et responsa patrum in secunda classe constituat.

2. Quæ hactenus a Rege summisque regni nostri proceribus,

vel per publica comitia vel per has injunctiones sancita sunt, rata ac firma quisque habeat; hæc neque palam neque obscure oppugnent. Quisque hujus criminis condemnatus Collegii jus amittito.

3. Professores theologici in his ædibus nihil publice legant, nihil publice interpretentur, nisi sacras literas.

4. Scholasticis omnibus liberum facimus ut, quum otium est, intersint publicis lectionibus theologicis. Liceat scholasticis domi suæ habere utrumque testimonium. Nefas sit hujus Collegii Præfecto ut quemcunque a lectione sacrarum literarum vel avocet vel dehortetur. Et tamen scholasticos ita sacra legere volumus ut ne quis eorum privatas disceptationes, aliaque quotidiana id genus progymnasmata, negligat.

5. Viam ad reliquas artes liberales minuunt mathematica, nempe geometria, arithmetica, etc. Ab his auspiciam esto.

6. Minores et domi et foris majoribus obediunt.

7. Exequiis commissa dispensentur in Præfectum, Socios, Scholasticos, reliquosque, eo quo solebant modo; nihil quoque imminutum. Volumus tantum ne quæ superstitiosa gentilitas, olim justa appellabat, injuste, hodie apud vos fiant: edictum esto.

8. Neminem ad grammaticam ex bonis Collegii ali volumus: hanc qui rite didicerint, Latineque intelligant ac loquantur, in cœtum vestrum eligi fas sit.

9. Qui totos viginti annos Collegii proventus exhauserint, ad Johannis Baptistæ proximas ferias a sodalitiis jure et a Collegio abigitor. Hoc quoque in posterum sancitum esto, ne cui liceat ultra vicenos annos in hoc Collegio Socium esse, nisi ad publicum proficiendi munus merito suo vocatus fuerit.

10. Socii beneficio aliquo ecclesiastico donati biennium tantum deinceps in hoc Collegio sunt.

11. Dein præceptum esto ne quisquam, cui sacerdotium est, in hoc Collegio diu degat, nisi et diligenter literis incumbat et præscriptas in eo loco disceptationes, cæteraque omnia literaria quæ suæ classis homines obire tenentur, pro more exercent. Denique si non justos in literis progressus faciat, si non post suscepta baccalaureatus insignia ad reliquos, juxta hujus academiæ statuta, gradus in tempore non provenerit, bonas horas sic male perdere nulli licere volumus. Et quod ad ipsos diximus, omnibus hujus Collegii, cum Sociis tum scholasticis, edictum semel esto.

12. Quoniam inopum liberis Collegia omnia sunt erecta, neminem cui decem marcæ nostrates vel hæreditate obtinuerint, vel officii ejuspiani ratione suppeditentur, hoc in cœtu Socium esse permittimus.

13. In Collegiis ac etiam in aulis Anglice loquatur nemo: cæteris quidem linguis promiscue ut lubet quisque utatur, modo Latine, Græce, Hebraice loquatur.

14. Qui ex Academia discedit, vel hoc nomine ut ludum literarium pueris aperiat, vel ut laici aut ecclesiastici ministri partes

sibi desumat, si ultra sex menses abest, nulla ægritudine nec justa alioqui causa impeditus, jus omne quod hic habit illo prorsus ademptum esto.

15. Scholastici baccalaurei ac etiam primi anni Magistri, mane intra quintam et septimam horam, in templum ingrediantur, ordi- neque quisque seniorum primas præscriptarum precum partes peragant: alius alia septimana, cæteri omnes uno ore secundas absolvent. Quisque primas peragens salarium habeat, quavis hebdomada cum vices redeunt, duodecim denarios nostrates.

16. Sexta cum sonat hora, ad suas quisque primatas lectiones se conferat.

17. Ante prandium et a prandio una Deo optimo maximo omnes gratias agant, precesque ex animo potius quam de more effundant; easque perpetuo petitas a sacris literis.

18. Catechismum, quem publica regni consilia, Rex, senatus, populusque Britannicus, consenserint, juvenes omnes discant. Nemo cujuscunque Scholastici tutor sit, quin sibi imperatum sciat ut eum statim in hisce fidei præludiis exercendum instituendumque curet, postquam duos menses jam fuerit in hoc Collegio. Si qui harum rerum ignari reperientur, culpam in eos qui ista docere deberent volumus.

19. Non nisi unum altare, vel potius unam mensam Domini, in sacello esse volumus. Reliqua altaria, imagines, statuæ, tabernacula, et quæ vocant organa, cæteraque id genus superstitionis et idololatriæ monumenta, prorsus tollantur.

20. Quaque Dominica, in templo celebretur cœna Domini. Ad hanc accedant qui, cum sese exploraverint, non indigne se eo accessuros comperiunt. Si qui sunt qui id quater non in anno faciant, causa exigatur, et crimini par pœna esto.

21. Socius nullus scholasticusque hujus Collegii extra aulam communem aut prandet aut cœnet, nisi ægritudo aut aliaque justa causa absentem sic excusat. Justam appellemus quam Collegii Custos aut, eo absente, ejus Vicarius justam habet.

22. Rasas capitis rotunditates prorsus inhibemus. Qui post duos menses raso vertice est Collegium amittito.

23. Chymeros habitus prodigiosasque vestes posthac gestiet nemo.

24. Togas in antica parte consui vetamus.

25. Omnibus licere volumus ut et domi et foris tecto capite incedant; nisi cum officii ratio postulet nuda capita.

26. Domi cum sunt, omnes, ubi volunt, utantur, vel in cubiculis vel in aula interea prandii et cœnæ, vestibus quantumvis crassi et vilis pili: modo sartor nihil inusitatum assuat. Cum in publicum prodeunt, non nisi longis et talaribus togis utantur. Pileos non nisi scholasticis usitatos gestent.

27. Antiquatis jam papisticis matutinis et vespertinis officiis, cum missas quoque dimiserimus, ea sola retinenda sunt et ordine dicenda, quæ vel summis regni consiliis vel Regis edicto constituta sunt aut posthac constituentur.

28. Cum nolarum strepitus pro magna molestia studiis serio incumbentes quotidie propemodum afficere soleat; nihil habeant, cum maxime perstreperet, quod vel vivis afferat voluptatem vel vita defunctos juvare possit; volumus ut homines earum levioere tinnitu posthac ad templum vocentur. Rusticam vero musicam illam, ac velut conciviantium aut insanientium inter se voces, non ferimus, nisi tum cum flammæ aut incendia urbi excidium minantur.

29. Si quis moribundus spei jam conelamante * hoc postulat ut campanæ cujuspiam loci quodam sonitu vicini fragilitatis humanæ admoneantur, utque pro ipso Deum precentur interea, dum ille vitam jam discedentem crebro anhelitu retinere laborat, permittimus ut hic sui quasi ultimi voti compos fuit.

30. Nec Collegii Custodi nec Socio cuiquam liceat edicere obsonatori ne diebus Veneris ova, butirum, lac ac ejus generis alia, comparet. Ex eis quibuslibet quovis die quisquam pro suo arbitrio utatur; modo Regis edicto id vetitum non sit.

31. Si quod deinceps in annos certos locabitur, literarum exemplar quæ locationis pacta et conditiones testentur in commentarium referre volumus: literasque ipsas, singrapha communitas conducentis, sub tribus clavibus, una cum Collegii communi sigillo, sancte volumus servari.

32. Triplum restituat si Custos Sociusve argenteorum vasorum quippiam, quæ ad Collegii bona pertinent, vendat imminuatve: nisi Rex vel Regia auctoritate fulti id illis licere permittant.

33. Si quis falso rumores in vulgus spargat, unde plebs imperita facile ab officio discedendi occasionem accipiat; si famam cujuspiam confectis mendaciis maculet; si famosas sedulas portis, postibus aut uspiam alibi, affigat; eliminetur et extrudatur, nunquam ut Socius in hoc Collegium postea rediturus. Hoc si bis fecerit, extorris esto æternumque exulet ab Academia.

34. Qui pecunias Collegii conversant, qui a calculis sunt, expediant rationes suas bis ad minimum in anno, aut sæpius si ita leges Collegii postulent.

35. Vetera omnia statuta, et ordinationes omnes quæ nec pugnent cum Regiis decretis nec his injunctionibus adversentur, firma fixaque eo usque manere volumus donec Regiæ majestati aliter visum fuerit.

36. A publicis privatisque disceptationibus et a concionibus procul sunt clamores. Dum loquuntur homiliæ ex templo nemini discedere fas sit.

37. In templo, in prandio, in cœna, in cæteris omnibus scholasticis sive muniis sive exercitiis, omnes qui intersunt quiete sedateque se gerant.

38. Si Custos Sociorumve aliquis Regiis mandatis ab Academia ad aulam, ab otio literario ad publica regni negotia, avocatus fuerit, nolumus huic feriatiorem fraudi esse. Imo omnia ea com-

* Sic in MS.

moda, quæ alioqui præsentī et gnaviter literis operam danti debeantur, bona fide in illius usum cedere volumus.

39. Cancellariatum, Vicecancellariatum, Procuratorum omnia et præconum officia, turpiter emptis hominum suffragiis, a nemine unquam ambiri volumus. Quisquis autem ambitus postulatur, nec habet unde se crimini eximat, ab eo magistratu quem malis artibus sibi comparare studuit perpetuo arceatur.

40. Si quem Regis munificentia ad aliquod publicum prælegendi munus invitavit, hunc, ubi pertæsum est laboris, nolumus vicarium sibi constituere, ut reservata sibi magna salariæ parte Academiam deserat. Quod si facit, si quæ privata pacta de dividendo inter se stipendio inciderint, irrita esse volumus, eique universam mercedem persolvi a quo omnis in ea re labor extantatur.

41. Baccalaurei artium, cum a susceptis insigniis convivio vel sui vel alterius Collegii homines de more recipere coguntur, non ultra marcam nostratam insumant. Magistri artium, legum, sacræve theologiæ Baccalaurei, cum idem faciunt, non ultra duas marcas. Postremo Doctores, cujuscunque fuerint facultatis, non ultra quadraginta solidos expendent.

42. Unus ex Sociis perpetuo Hibernicus esto.

43. Hæc nostra decreta bis a vobis describi mandamus; unum exemplar in cista publica probe asservari, alterum in sacello (ut scholasticis omnibus facilis sit accessus) prostare, volumus.

44. Juris civilis lectorem volumus ea perlegere quæ maxima pars ejus Collegii civilistarum sibi explicari volet. In disputationibus juventutem exerceat. A prandio hora quarta repetant quæ ante prandium lecta sunt. Salarium esto quotannis quatuor libræ nostrates.

45. Profiteatur et alius, ad hanc rem idoneus, logicam et philosophiam naturalem. Quotidianæ fiant ut disputationes et repetitiones. Hunc audiat juventus, ea pars quæ artibus sua studia destinavit: ab istis vicissim exigat ille omnia scholasticorum exercitia. Salarium esto quotannis quatuor libræ.

Visitatores Regii in 1549, tertio Edwardi Sexti, erant, Johannes Dudley, Comes Warwicensis, Vicecomes Leslie, Magnus Angliæ Camerarius, Henricus Holbeach, Episcopus Lincolnien-
ensis, Nicholas Hiat, Episcopus Rochester, Gulielmus Paget, Miles, familiæ regiæ Contralotulator, Gulielmus Petre, Miles, primus Regis Secretarius, Ricardus Cox, Ædis Christi Decanus, Eleemosynarius Regiæ, Simon Haynes, Ecclesiæ Cathedralis Exoniæ Decanus, Christopherus Neveuson, LL.D., Ricardus Moryson, Armiger.

Antiquitates Oxoniæ pro anno 1549, p. 268.

[*Confirmatio decreti de communiis*; 1586.]

Johannes, providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, dilectis sibi in Christo Custodi, Vicecustodi, Sociis et Scholaribus, Collegii Omnium Animarum defunctorum in academia Oxoniensi, salutem. Quum felicitis memoriæ dominus Edmundus Grindall, tunc Archiepiscopus Cantuariensis, et immediatus prædecessor noster, tertio die Decembris, 1582, ordinaverit et decreverit verbatim, ut sequitur, videlicet, "Whereas the statutes of the House allow but sixteen pence a week, *ad omne majus*, for every Fellow and Probationer, the said allowance being too small, they now spend after the rate of two shillings and eight pence a Master, and two shillings and two pence another Fellow; the which overplus above sixteen pence runneth in decrements; it is thought good that the said Fellows shall keep the said allowance, until the improvement of corn be as much as is sufficient to bear out and discharge the aforesaid overplus of two shillings and eight pence and two shillings and two pence; and that the increase of corn afterwards growing to be put to the increase of commons in this sort; viz., that out of the increase of corn so much may be subtracted as maketh the full sum of the old rent, and employed to the common use of the College, beside commons; and the residue of the same increase to be employed for the bettering and amending of the Warden's, Master's, Fellows' and Probationers' commons, in such proportion as hath heretofore been used. And this order his Grace taketh to stand with the equity of the statute." Sciatis, igitur, quod nos, Archiepiscopus modernus, dictum prædecessoris nostri in hac parte decretum examinavimus et perpendimus, accipientes, et censentes idem decretum ad quietem et bonum publicum ejusdem Collegii plurimum conferre, auctoritate nostra approbavimus et ratum habuimus ac tenore præsentium approbamus et ratum habemus. Vobis et singulis vestris injungentes, quatenus dictum decretum inviolabiliter observetis, juxta verum ejusdem tenorem et effectum. In quorum omnium et singulorum testimonium, sigillum nostrum præsentibus apponi fecimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, sexto die mensis Junii, anno Domini 1586, et nostræ translationis anno tertio.

JO. CANTUAR.

JOH. IVEUS, Registrarius.

[*De sacris ordinibus minime assumendis a Sociis in jure civili incepturis*; 1586.]

Johannes, providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, Collegiique Omnium Animarum in Universitate Oxoniensi Patronus, et ordinarius

Visitor et statutorum interpres, dilectis nobis in Christo Custodi, Vicecustodi, Decanis, Bursariis, ac universis et singulis Sociis et scholaribus Collegii antedicti, salutem, gratiam et benedictionem. Cum, inter particularia dicti Collegii et publica Universitatis Oxoniensis statuta, non ita pridem auctoritate sufficiente edita et promulgata, ac per totam Universitatem recepta et approbata, circa exercitationes scholasticas eorum qui ex dicto Collegio in jure civili sunt incepturi, et ad Doctoratus gradum admittendi, quædam videatur esse diversitas, seu saltem ambiguitas sit orta, an hujusmodi exercitationes implere debeant juxta præscriptum particularium Collegii, vel publicorum Universitatis, statutorum, vel eorum utriusque; ad eum præsertim finem et effectum ut ad Doctoratus gradum promovendi publicis Academiæ statutis, in suis exercitiis satisfaciendo, immunitatem a sacris ordinationibus et ministerio ecclesiastico consequi debeant, etiamsi formam particulariam statutorum per omnia non impleverint: nos igitur, tam privatis Collegii quam illis publicis Academiæ statutis perpensis et consideratis, præsentium tenore statuimus et ordinamus, quod Socii quicumque dicti Collegii, in posterum in jure civili incepturi, exercitationes per publica Universitatis statuta præscriptas implendo, a necessitate ecclesiastici ministerii suscipiendi ita erunt immunes ac si Collegii statutis satisfacerent. Quia tamen, libri Institutionum juris civilis publica prælectio non potest incepturis non esse utilis et fructuosa, volumus, et per præsentis statuimus, quod omnes et singuli dicti Collegii Socii, Doctoratus gradum in jure civili suscepturi, præter illas exercitationes et lectiones per Academiæ statuta assignatas, per integrum annum librum Institutionum legent, et hujusmodi lectiones infra sex menses a suscepto Baccalaureatus gradu incipient. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, sigillum nostrum, quo in hac parte utimur, præsentibus apposimus. Datum secundo die Augusti, anno Domini 1586, et nostræ translationis anno tertio.

JOHN IVEUS, Registrarius.

1586. *As appears by Archbishop Whitgift's letter, written to the College in the Warden's custody, for avoiding corruption in resignations.*

First, that no man his resignation be offered or received within the space from the thirtieth of October until the sixth day of November next following, in any year hereafter for ever.

2. Item, if any Fellow or Probationer do resign before the thirtieth of October, either to the Warden, or to the Sub-warden in the Warden's absence, the said Warden or Subwarden shall publish the said resignation within three days next following, and forthwith put the resigner out of commons.

3. Item, that if any by corruption of money or money-worth, promised or given by himself or any other by his knowledge, happen to be chosen Probationer or Fellow, and the said corruption be at any time after proved by sufficient witnesses or otherwise, the same so come in to be deprived as simoniacs and perjurers by the Founder.

4. Item, that every Probationer elect take a corporal oath, at his admission into commons, before the Warden and Fellows, or the more part of them, that neither he nor any other for him by his consent, hath or shall give or promise, or cause to be given or promised, any money or money-worth, by way of compact or bargain, for that his election or placing.

5. Item, that every one at his election to be Fellow, do before his admission take a corporal oath, that whensoever he shall depart or leave his Fellowship, by resignation or otherwise, neither he himself nor any other for him, by his knowledge or consent, shall, by promise, contract or bargain, take any money or money-worth for that his departure or resigning, whereby any other should be elected or chosen into his place.

6. And also, that he further swear that, whensoever he do purpose to resign or leave the House, he shall not tender nor offer up by himself, or any other for him, any resignation or voluntary renunciation, nor use any other device or means to make his place void, between the thirtieth day of October and the sixth of November, next immediately following, in any year hereafter.

JO. CANTUAR. [WHITGIFT].

Interpretatio cujusdam statuti Collegii Omnium Animarum Oxoniensis, de electione Decani juristarum; per Johannem Archiepiscopum Cantuariensem; [1587-8.]

Cum nuper, in electione Decanorum ejusdem Collegii, is in Decanum juristarum de facto assumeretur et admissus esset, qui per tres juristas seniores nominatus non fuerat, prout locali Statuto ibidem diserte et liquido statuitur, licet majorem alioqui partem omnium suffragantium tulerat, mox immerito dubitaretur de vocibus hujusmodi electionis, atque idcirco dubitatio illa ad meum devenisset examen; nonnullis illius Collegii electionem illam, statuto quodam regni anno 33 H. 8. c. 27, n. 3. edito, confirmare conantibus; aliis vero statutum illud regni ad eos tantum actus gerendos, qui totius Universitatis sive Corporationis (ut loquuntur) suffragiis expediendi essent, spectare manutinentibus; atque in eum finem tam receptum aliorum Collegiorum morem in Academia Oxoniensi, in electionibus consimilibus,* quam decanionem quandam sex Judicum regni in specie non absimili allegantibus; † tandem

* Dier's Reports, anno 8° El. term. Hill., fol. 247, n. 74.

† Catlin, Bruce, Sanders, Whildon, Brown, Weston.

visum nobis est hac de re tota atque de allegationibus hinc inde propositis,* *Primum Judicem Communium Placitorum et Regiarum Causarum* † *Solicitatorem*, viros utique maturi iudicii, ac in legibus et statutis hujus regni discutiendis cum primis eruditos, consulere. Qui quidem, re tota diligenter atque exacte perpensa, literis suis scriptis et chirographorum suorum subsignatione annotatis, pro sua humanitate ingenue retulerunt, statutum illud regni ad hujusmodi electiones minutiores non extendi, atque idcirco Collegii hoc statutum statuto illo regni ea in parte nullo modo imminui aut debilitari sibi videri. Idcirco ego Joannes, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Confundator et Patronus dicti Collegii Omnium Animarum Oxoniensis, ad quem interpretationis et decretorum meliorem illius Collegii administrationem, ac statutorum priorum observationem, interponendi auctoritas per dicta Collegii statuta notorie et ex antiquo dignoscitur pertinere, hujusmodi gravium virorum iudicio prorsus et ex omnino assentiens, electionem et admissionem illam sic nuper de facto, licet non de jure, de persona cujusdam Roberti Dowe, LL.B., in Decanum juristarum, omni jam currentis tactam et celebratam, eo prætextu ac si statutum illud regni locale statutum Collegii de electione Decani juristarum ea in parte antiquaret, tanquam iniquam, et de jure prorsus nullam et invalidam, improbo, casso, et ad omnem juris et facti effectum irritum pronuntio, decerno et declaro, per præsentem. Ad quem locum Decani juristarum, jam sic de facto et de jure vacantem, et ad meam nominationem et collationem omnino jam spectantem, Thomam Edwards, in jure civili Baccalaureum, pro reliquo hujus anni nomino et assumo per præsentem, firmiter injungendo tam Custodi dicti Collegii quam cæteris omnibus, quos hoc negotium aliqua ratione attingere potest, ut eundem Thomam Edwards, sic per nos nominatum, in Decanum juristarum admittant et recipiant. In quorum testimonium, sigillum nostrum Archiepiscopale præsentibus apposui. Datum in manerio nostro de Croydon, vicesimo secundo die mensis Februarii, 1587, juxta stylum Angliæ; anno vero regni illustrissimæ in Christo Principis et dominæ nostræ dominæ Elizabethæ, Angliæ, Franciæ et Hiberniæ, Reginæ, fidei defensoris, 30.

JO. CANT.

De communiis in aula percipiendis, et puerorum famulantium numero minuendo [1592].

Johannes, divina providentia Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Collegii Omnium Animarum Fidelium Defunctorum in Universitate Oxoniensi Visitor, Patronus et Ordinarius, dilectis nobis in Christo dicti Collegii Custodi, Vicecustodi, Decanis, Bursariis, omnibusque

* Edmund Anderson.

† T. Egerton.

et singulis ejusdem Collegii Sociis et scholaribus, salutem. Cum statutis et ordinationibus ejus Collegii sit provide et salubriter cautum et provisum, ut omnes et singuli Socii et scholares ejusdem Collegii in communi aula singulas suas refectiones, in prandiis et cœnis, publice accipiant; ad nos, tamen, non sine molestia et dolore nostris, frequentibus et pene quotidianis bonorum virorum relationibus et querimoniis delatum est, Socios et scholares ejus Collegii, suorum officiorum in ea parte immemores, periculoso exemplo, et incredibili erga felicis memoriæ Fundatorem ingratitude, cujus voluntatem et dispositionem contemnunt, ac in non modicum studiorum suorum et morum dispendium, ac disciplinæ scholasticæ nocumentum, mutuæque benevolentiæ diminutionem, et variarum factionum incrementum, in cubiculo suis potius persplendida et sumptuosa convivium, quam singulas refectiones literarum studiosis dignas et convenientes, privatim tenere et quotidie pene fovere: Nos, huic incommodo mederi et consulere cupientes, et ea potestate quæ nobis a Fundatore et statutis concessa est, et a primaria Collegii fundatione perpetuo usu confirmata, statuimus et ordinamus, quod, posthac, nullus dicti Collegii Socius aut scholaris extra aulam communem, in cubiculo suo aut alieno infra ambitum Collegii, nulloque minus in oppido, prandebit aut cœnabit Collegii sumptibus et impensis; nec quotidianas et consuetas suas, quæ vocant communias, ullatenus habebunt aut recipient absque venia Custodis vel in ejus absentia Vicecustodis prius impetrata, idque infirmitatis intuitu aut alterius legitimi impedimenti occasione, Custodi seu eo absente Vicecustodi antea significati et approbati. Et, insuper, tenore præsentium, bursariis et œconomis, dicti Collegii pro tempore existentibus, statuendo interdiciamus et inhibemus, ne communias hujusmodi cuiquam absenti tradant aut tradi permittant, sub pœna amissionis et carentiæ propriæ suæ, quam vocant communiam, per spatium bidui; iique, sub eadem pœna, communias absentium in commodum et utilitatem Collegii communem convertendas reservari curabunt. Et quum, præterea, fide dignorum relatione informemur, magnum puerorum et famulorum numerum per plurimos dicti Collegii Socios et scholares, ad magnum Collegii detrimentum et gravamen, sine delectu nutrirî et continuo sustineri; statuimus ne Sociorum aut scholarium ullus in posterum (Doctoribus duntaxat exceptis) ullum puerum aut famulum in dicto Collegio accipiat, sustineat aut nutriat, sine expresso assensu Custodis ad id prius in scriptis obtento et impetrato; et quod Custos, in admissione et approbatione hujusmodi puerorum et famulorum, rationem habeat ut numerus sit moderatus, et nullo modo communem Collegii statum gravet. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, præsentibus literas nostras sigilli nostri appositione commuiri curavimus. Datum 12 Januarii, anno Domini 1592, et nostræ translationis anno decimo.

Johannes, divina providentia Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, dilectis nobis Custodi, Vicecustodi, Decanis, Bursariis, et universis et singulis Sociis et scholaribus Collegii nostri Omnium Animarum Fidelium Defunctorum de Oxonia, salutem in Eo qui est omnium vera salus. Cum, ex visitatione nostra per Danielem Dun, legum Doctorem, Decanum Decanatus nostri de Arcubus Londiniæ, et almæ curiæ Cantuariensis de Arcubus Officialem, commissarium in hac parte nostrum legitime constitutum, die Lunæ, tertio die mensis Augusti, anno Domini 1601, regni dominæ nostræ, dominæ Elizabethæ, Dei gratia Angliæ, Franciæ et Hiberniæ, Reginæ, Fidei defensoris, etc. 43^o, translationis nostræ 18^o, infra Collegium prædictum inchoata, et per diversas prorogationes de consensu nostro continuata et exercita, multa fuisset facta comperimus quæ bonorum morum normæ ac studentium rationes aliter fieri postulent: nos igitur, quos sicut alios prædecessores nostros primus Fundator vester veros patronos et protectores ejusdem Collegii, singularumque personarum, possessionum et rerum, dicti Collegii supervisores, observantiæque ordinationum et statutorum conservatores, esse voluit, et Visitatores etiam specialiter ordinavit, has injunctiones, et statutorum ac ordinationum declarationes, in forma sequente duximus edendas; quas, sub pœnis in iisdem contentis, volumus a vobis omnibus et singulis, quatenus vos concernunt, observari.

1. In Dei nomine, Amen. In primis, præcipimus et firmiter injungendo mandamus quod Custos et omnes Socii ac scholares Collegii nostri Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia, cujuscunque gradus aut conditionis existant, cæterique ministri ejusdem, singulis Dominicis, et aliis solennibus et festis diebus, atque in eorum vigiliis (impedimento cessante legitimo, per Custodem aut, Custode absente, per Vicecustodem, et unum Decanorum approbando), precibus divinis in choro capellæ Collegii psallendis et dicendis, secundum morem in Ecclesia Anglicana usitatum, superpellitiis et caputiis, secundum gradum, decenter induti, a principio usque ad finem interesse teneantur. Et, cum domus Dei domus orationis esse debeat, volumus ut ibidem præsentem omnes et singuli preces dicant et psallant; ac, insuper, quod nulli eorum liceat, dum divina in choro celebrentur, in navi capellæ vagari, murmurare, garrulare, confabulari, vel aliud quicquam facere quo exercitia divina et orationes Deo dicendæ quomodolibet impediuntur. Et si in præmissis vel eorum aliquo quemquam reum contigerit reperiri, prima vice per unum diem, pro secunda vice per duos dies, pro tertia vice per tres dies, communis suis careat, ipso facto; ac si postea in præmissis deliquerit, pœna delinquentis secundum discretionem Custodis, vel in ejus absentia Vicecustodis, et sui Decani, aggravetur. Statuimus etiam, præterea, et ordinamus, quod in omnibus aliis septimanæ feriis, die Veneris excepto, Socii et

scholares, cujuscunque facultatis, una cum capellanis, clericis, choristis, et cæteris dicti Collegii famulis et communibus servientibus (impedimento cessante legitimo), singulis diebus, mane, antequam ad alia se divertant, in capella dicti Collegii, preces matutinas simul et adinvicem, devote ac distincte, dicant et legant, sub pœna amissionis communiarum, pro die quo a divinis precibus mane abfuerint, ipso facto incurrenda, et per Custodem, seu in ejus absentia Vicecustodem, et Decanum suum, exequenda. Insuper, cum, ex statutis dicti Collegii, appareat de mente ipsius Fundatoris fuisse, ut, singulis septimanis, diebus Veneris, aut alio die convenienti, omnes Socii et scholares in dicta capella, ad officia quædam tunc temporis usitata celebranda, convenirent; aliorumque Collegiorum in dicta Universitate existentium exempla demonstrent gratam de Fundatoribus suis commemorationem facere bonis et piis nunquam displicuisse; hinc statuendum esse duximus quod, die Veneris, Custos, Vicecustos, aliique Collegii prædicti Socii et scholares, in dicta Universitate præsentés, superpellitiis et caputiis induti, in capella Collegii prædicti, inter horas sextam et septimam, congregentur; ibique preces et litaniam in Ecclesia Angliæ usitatam, una cum gratiarum actione, pro Fundatore nominatim et expresse dicant, sub pœna in statuto de suffragiis et orationibus Sociorum Collegii de mane et nocte dicendis mentionata infligenda.

2. Præterea, ad tollendum scandalum quod aliquot annis præteritis honorem Collegii multum minuerit, per famam quæ increbuit aliquorum Sociorum et scholarium dicti Collegii resignationibus pretio vel præmio, aliisque illicitis modis, factis et obtentis, et etiam ut Socii eligentes melius instruantur de habilioribus, melioribus, necnon ad studium scholasticum magis aptis, in ipsa Universitate Oxoniæ studentibus, juxta qualitates eligendorum in dictum Collegium requisitas; injungimus et volumus quod, si posthac numerus Sociorum vel scholarium minuatur, vel Socii aut scholaris locus vacans esse prætendatur, nec tamen notitia dictæ vacationis, ante crastinum Commemorationis Omnium Animarum, Custodi, vel in ejus absentia Vicecustodi, et reliquis officariis domi existentibus, per Custodem vel in ejus absentia per Vicecustodem, ad eum actum convocandis, facta fuerit, quod numeri vel loci illius suppletio in crastino Animarum, vel infra tres dies immediate tunc sequentes, non fiat, sed in electionem anni sequentis differatur. Addentes, præterea, illos scholares tantum posthac in electionibus, tanquam magis habiles, præferendos esse, qui, præter condiciones et qualitates in statutis requisitas, per tres dies profestos Commemorationem Omnium Animarum proxime præcedentes, præsentiam suam in capella dicti Collegii bis in quolibet die exhibuerint, scilicet mane ab hora nona usque ad decimam, et, post prandium, ab hora secunda ad tertiam, seque examinationi cujuscunque dicti Collegii Socii, tam quoad mores quam literas, submiserint. Injungimus, et etiam præci-

piendo mandamus, quod, si posthac aliquis Sociorum vel scholarium, vel alius dicti Collegii minister quicumque, mediator extiterit in simoniaca junctione vel pactione pro obtinendo scholaris loco in dicto Collegio, per resignationem seu alio quocunque modo vacante, atque de ea pravitate convictus fuerit probationibus ad simoniacam conveniendam de jure approbatis, ab ipso Collegio, tanquam indignus ea societate vel alio quocunque Collegii ministerio, amoveatur; et pars ipsa, cujus intuitu simonia commissa fuerit, inhabilis ad Societatem habendam reputabitur.

3. Item, ordinamus et volumus, ut singuli Socii et scholares, tam infra Collegium quam extra, decenter et modeste vestiti incedant; nec extra Collegii septa sine vestitu suis gradibus competenti infra Universitatem, præsertim in publicis consessibus, videlicet, sine pileis quadratis, togis scholasticis, caputiis furratis, sive duplicatis, vel aranularicis, secundum laudabilem consuetudinem Universitatis prædictæ, eorum gradibus convenientibus, reperiantur; non graduatos vero extra septa Collegii togis scholasticis et pileis quadratis, et non aliis, uti volumus. Si quis vero hujus, in aliqua sui particula, transgressor fuerit, eum pro prima vice a communiis dicti Collegii suspendi per septimanam, pro secunda per quindenam, pro tertia vice per mensem; et si deinceps in eodem anno deliquerit, a vestitu liberata, de bonis communibus dicti Collegii eo anno sibi assignanda, privari volumus per Custodem et Decanum facultatis suæ, aut, Custode absente, per Vicecustodem et Decanum suum prædictum. Et quo hæc commodius fiant, ordinamus et volumus ut, si annui redditus et proventus dicti Collegii (supportatis prius omnibus et singulis oneribus aliis eidem qualitercunque incumbentibus) ad hoc suppetant, ex reliquo quod supersit, portiones panni sufficientis pro liberatis Custodi et singulis Sociis, juxta ratam a nobis assignatam; videlicet, Sociis non graduatis et Baccalaureis in artibus non ultra valorem quatuor librarum; Magistris in artibus, et aliis infra Doctoratus gradum existentibus, non ultra valorem quinque librarum; Doctoribus, cujuscunque fuerint facultatis, et officariis Collegii, non ultra valorem sex librarum tredecim solidorum et quatuor denariorum; Custodi non ultra valorem tredecim librarum sex solidorum et quatuor denariorum; annuatim, ante festum Nativitatis Domini, tradantur et distribuantur.

4. Item, ordinamus et volumus quod nulli Socio, scholari, cappellano, aut alii dicti collegii ministro, extra aulam communem prandere aut cænare, in cubiculis suis vel alibi infra Collegium, de sumptibus Collegii permittatur; nisi ex justa causa, per Custodem, et in ejus absentia per Vicecustodem, et Decanum suæ facultatis, approbanda. Et si huic ordinationi quis contravenerit, ac, per causam per prædictos non approbandam, alimenta victusque in prandio vel cæna de impensis Collegii sumserit, illum pro prima vice a communiis dicti Collegii per duos dies, pro secunda per

quatuor dies, pro tertia per septimanam, privari volumus; et si pluries id fecerit, per Custodem, vel in ejus absentia Vicecustodem, Decanumque suæ facultatis, gravius punietur. Ac volumus et ordinamus quod non licebit Custodi, Vicecustodi vel Bursariis, ubi amplior summa ex dispositione statuti, in honorem majorum festorum, ministrari permittitur, aliis diebus quam ipsis festis majoribus eas summas erogare; inhibentes, præterea, Custodi et Bursariis, ne sibi ipsis quicquam nisi in eisdem festis, intuitu et prætextu dictorum festorum, allocent.

5. Item, cum nec hebdomadalis Collegii computus, neque trimestris computus quater in anno faciendus, nec computus etiam finalis, juxta statutum in sua parte editum et morem laudabilem Collegii antiquitus observari solitum, rite jam exerceantur et fiant; eaque ratione Collegii onus expensarumque quantitas nullo modo innotescat, donec serum nimis fuerit excessui remedium adhibere; ideo statuimus, ordinamus et volumus, quod posthac seneschallus aulæ, cum dispensatore sive mancipio, in cujuslibet septimanæ fine, videlicet die Veneris, nisi eodem die festum solenne contigerit, tunc proximo die feriali immediate sequente, coram Bursariis vel eorum altero, in scriptis fideliter computet de omnibus sumptionibus, provisionibus et expensis, illius septimanæ, sigillatim quolibet die factis, sub pœna amissionis communiarum ad unam septimanam, delinquenti juxta formam statutorum imponenda. Insuper, statuimus et volumus quod, quater in anno, videlicet, semel in fine cujuslibet termini, vel infra decem dies proxime sequentes, computus fiat, et particulæ omnes et singulæ tam communiarum quam etiam aliarum quarumcunque expensarum dicti Collegii, præcedente tempore trimestri factarum et expositarum, tam circa communias quam reparationes Collegii, aliasque quascunque, per Bursarios expositas, specificè et sigillatim in dictum spatium deducantur, et per Custodem, Vicecustodem et Decanos, audiantur et videantur, sub pœna amissionis communiarum per mensem, Bursariis, qui omnes expositas prædictas in trimestrem computum non deduxerint, infligenda. Et si, vel absentia Custodis, vel culpa seu negligentia alicujus computantium vel auditorum computi, finalis computus anni infra octo dies a Commemoratione Omnium Animarum non incipiatur, et infra viginti dies extunc immediate sequentes non compleatur, eum, cujus absentia, culpa vel negligentia, hæc evenerint, cujuscunque gradus, status aut conditionis extiterit, a communiis suis per duos menses privari volumus, judicio auditorum computi et reliquorum computantium, seu majoris partis eorundem non delinquentium. Custodem vero, in præmissis delinquentem, puniri volumus juxta discretionem Archiepiscopi Cantuariensis, qui pro tempore fuerit.

6. Item, statuimus, ordinamus et volumus, quod Socii, scholares et reliqui Collegii ministri, qui, in trimestri computo quater singulis annis habendo, pro batellis suis Collegio indebitati repe-

riantur, nisi infra quindecim dies proxime sequentes debitum solverint, tunc communiis suis carebunt ipso facto, quoad Collegio realiter satisfecerint.

7. Item, quo felicius et melius Collegium prædictum regatur et gubernetur, ordinamus et volumus quod, post harum injunctionum promulgationem, Custos et reliqui officarii magis quam antehac in dicto Collegio resideant officiisque intendant, nec quovis quæsito colore vel prætextu (licentiis propter servitia Regia aliasve causas necessarias, juxta statuta Collegii approbatas, exceptis) ultra lx dies in uno anno se absentent. Quod si quisquam officariorum in hac parte deliquerit, si, primitus per Custodem ad residentiam in certum diem vocatus, non paruerit cum effectu, statuimus quod ipso facto officio suo prædicto deprivatus censeretur, ac per viam novæ electionis, secundum formam statuti in ea parte editi, alius in illius locum sic vacantem infra tres dies substituatur. Custodem vero, similiter, cessantibus causis prædictis, per majorem partem omnium Sociorum dicti Collegii, tam artistarum quam juristarum tunc præsentium approbandis, ultra dies sibi datos concessos per statutum, a Collegio, videlicet, ultra lx dies se absentantem, si prius ab Archiepiscopo pro tempore existente ter monitus ter resideat, privandum esse suo officio, tanquam juramenti a se suscepti tempore initi officii immemorem et intolerabiliter negligentem, per præsentem decernimus et ordinamus. Ac, insuper, quo effectum debitum præmissa sortiantur, statuimus et volumus ut, nec Custodi nec alicui alii officariorum, Sociorum, scholarium vel ministrorum, quicquam, nomine communiarum, e promptuario vel coquina allocetur, pro illis diebus tantum quibus Collegio interfuerit et ibidem residerit personaliter.

8. Item, cum, per statuta dicti Collegii, Decani pro tempore existentes, non solum sub Custode curam et regimen Sociorum et scholarium, tanquam ejus coadjutores, habeant, sed etiam singulis disputationibus a principio usque ad finem interesse, easque regere et moderari, teneantur; injungimus et firmiter præcipiendo mandamus ut, si id per se et in suis personis, impediti morbo, vel ratione absentia, vel alia justa et approbata causa, perimplere nequeant, eorum vices per seniore Socium suæ facultatis, non officarium, et domi tunc præsentem, suppleantur; qui, pro tempore sic impediti vel absentis Decani, pro Decano, quoad omnia ejus munera reputabitur, et salarium etiam et portionem Decano debita per statuta, pro rata temporis quo officium hoc exequitur, habebit.

9. Item, cum, ex statutis dicti Collegii, omnes et singuli Socii et scholares astringantur facultatibus et scientiis quibus deputati sunt jugiter intendere, injungimus et firmiter injungendo mandamus ne posthac Socii et scholares dicti Collegii, quamdiu in dicto Collegio permanserint, in aliis scientiis quam in iis ad quas coopertati fuerint gradus suscipere, sub debito juramenti Collegio præ-

stiti, præsumant. Præcipimus, etiam, ac mandamus quod posthac omnes disputationes, suppositiones, declamationes, lecturæ, et alia quæcunque exercitia scholastica, vel statutis Collegii constituta vel alias introducta, et ex usu et consuetudine approbata, debite observentur et diligenter perimpleantur. Et si quisquam in eisdem cursum vel vices suas in propria persona (impedimento cessante legitimo, per Custodem, vel in ejus absentia Vicecustodem, et Decanum facultatis suæ, approbando) omiserit, communis suis pro prima vice per septimanam careat, et si iterum vel sæpius peccaverit, acrius et acrius judicio eorundem puniatur. Prohibentes expresse ne cuiquam posthac liceat, propter quamcunque impedimenti approbationem vel absentia licentiam, suas vices in exercitiis scholasticis sic omittere ut alium ad eadem exercitia suo nomine peragenda non substituat. Sic insuper inhibentes ne exercitia prædicta quisquam posthac ex scriptis legat.

10. Item, injungimus et firmiter præcipiendo mandamus, quod Bursarii dicti Collegii, juxta juramentum tempore assumptionis officiorum suorum præstitum, diligenter et sedulo ea curabunt et exequentur quæ ad eorum officium pertinent. Quod si in aliquo eorum, judicio Custodis, Vicecustodis et Decanorum, aut majoris partis eorundem, culpabiles reperti fuerint, et, de negligentia sua per Custodem admoniti, se effectualiter judicio majoris partis eorundem non correxerint, tunc Custos (. . . iis de quorum delicto queritur) convocet hos qui suffragia habent in electione Bursariorum; et si majori parti eorundem ita visum fuerit, Bursarios sic delinquentes, tanquam intolerabiliter negligentes, officiis suis privatos pronuntiet et decernat, ac exinde ad electionem novorum Bursariorum, unius sive plurium, juxta formam statutorum procedatur. Eundemque sic privatum decernimus deinceps ejusdem officii in dicto Collegio incapacem. Ac, præterea, quia comperimus per aliquot annos præteritos Bursarios dicti Collegii illicitas quasdam exactiones, antecessoribus inauditas, aliasque excessivas remunerationes, pro scribendis indenturis dimissionum et acquietantiis reddituum ac solutionum faciendis, cum magno damno et scandalo Collegii exercuisse, statuendum idcirco duximus, prout per præsentis statuimus et ordinamus, quod remunerationes pro singulis dimissionibus firmarum scribendis non excedant tredecim solidos et quatuor denarios, nec pro singulis acquietantiis ultra duodecim denarios dicti Bursarii ullo modo sumant; contra facientes per Custodem et Decanos, juxta mensuram delicti, puniri volumus.

11. Et, quia in statuto de Bursariorum electione, et eorum officio et juramento, inter cætera præcipitur et mandatur, ne Bursarii de majoribus negotiis dicti Collegii, aut aliis solutionibus, misis et expensis, circa hujusmodi majora negotia faciendis, se quomodolibet intromittant, sine discretione et consensu Custodis sive Vicecustodis, Custode absente, Decanorum, et majoris partis

Sociorum, tam juristarum quam artistarum; nec tamen in dicto statuto experimatur, quæ summæ pro majoribus Collegii negotiis, solutionibus et expensis reputari debeant; ut dubium et omnis controversia in posterum de hac re tollatur, hac injunctioe declarandum duximus, solutiones, expensas, et ea Collegii negotia majora æstimanda esse, prout in præsentii nos interpretamur et pronuntiamus, ubi expensæ necessariæ se extendunt ad sex libras, tredecim solidos et quatuor denarios vel ultra. Et, ulterius, inhibemus expresse ne pro non necessariis quicquam deinceps de residuo bonorum Collegii quovis prætextu allocetur; atque etiam ne, prætextu reparationum, cameræ Custodis aut Sociorum dicti Collegii opere intestino et ad parietes coassatione, vel abacu aut fulcris curiose junctis et elaboratis, ornetur, neve additionibus ædificiorum dilatentur; quia hæc utilitati studentium non conducere judicamus, et aliena etiam esse a primi Fundatoris mente ac consilio arbitramur.

12. Monemus, etiam, Custodem, Vicecustodem ac Decanos, ut majorem curam adhibeant ex executione statuti antiqui Collegii, prohibentes ludos inhonestos infra clausum Collegii vel Universitatis Oxoniæ exerceri, vel canes, nisos vel accipitres, a Sociis vel scholaribus ali, sub pœnis in statuto relatis. Intimantes, insuper, Custodi, Vicecustodi et Decanis, si hoc facere omiserint, easdem pœnas officia sua negligentibus per statutum impositas non evasuros.

13. Item, ordinamus et volumus quod omnia registra, copiarum et transcripta chartarum Regiarum et aliorum dominorum evidentiæ quarumcunque, dictum Collegium concernentium, necnon rotuli curiarum, et alia munimenta quæcunque de maneriis et possessionibus ad Collegium spectantibus, in quorumcunque manibus jam existant, ante festum Animarum proxime sequens ad Collegium deferantur, ibique, secundum formam statuti in ea parte editi, in turri securius imponantur; nec inde posthac, nisi ex necessaria causa (inventario prius de eisdem confecto, per manum eximentis subscripto, et in loco unde desumpta fuerint reposito) quovismodo extrahantur.

14. Item, ne, per dilationes et moras ulteriores, ea quæ in publicis consensibus per Custodem ac Socios mature deliberata et provide concordata sunt, ad Collegii detrimentum e memoria excidant; injungimus, et præcipiendo mandamus, quod, posthac, omnes et singuli actus Collegii, cujuscunque generis existant, per Custodem et Socios collegialiter expediti, infra tres dies immediate sequentes registrentur per seniorem juristam præsentem, sub visu et testimonio Custodis et Bursariorum; et quod earum concessionum, quibus commune sigillum apponi solet, sigillatio, ultra mensem a tempore quo super iisdem concordatum fuit, nullo modo differatur. Librum vero, in quo prædicta sic per seniorem juristam registranda sunt, penes Bursarios, qui pro tempore fuerint, in cista sua custodiri volumus; ut, quoties opus

fuerit, per eosdem in conventu quolibet Custodis et Sociorum produci poterit. Et si, culpa aut negligentia Custodis seu Bursariorum, vel alterius Socii cujuscunque, præmissorum aliquid omittatur, qui in ea parte deliquerit pœnam, in statuto de custodia communis sigilli et munimentorum ad Collegium pertinentium præscriptam, incurrere volumus ipso facto. Et ut, posthac, de absentis Sociorum vel scholarium et præsentis magis constet, nec de monitionibus et aggravationibus pœnarum dubium aliquod existat, injungimus et mandamus quod duo dehinc ad prædicta registranda alii libri compareantur; in quorum uno, per Bursarios custodiendo, dies exitus et reditus cujuscunque Socii vel scholaris per Socium sic exeuntem sive redeuntem registretur; in alio libro, quem penes Custodem vel (in ejus absentia) Vicecustodem semper remanere volumus, monitiones quæcunque Sociis vel scholaribus per Custodem aliosve officarios, juxta Collegii statuta, datæ, necnon illorum delictorum pœnæ, ubi ex iteratione aggravatio ex statuti vel injunctionis alicujus decreto imponenda est, insinuentur, et a subscriptionibus Custodis, vel in ejus absentia Vicecustodis, et alterius Decanorum, muniantur.

15. Injungimus etiam, et præcipiendo mandamus, quod dimissiones et traditiones terrarum, firmarum, tenementorum, ecclesiarum appropriatarum, maneriorumque aliorumque quorumcunque ad dictum Collegium pertinentium [fiant?] tantummodo bis in anno, videlicet, infra quatuordecim dies post festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis et Sancti Michaelis Archangeli; quæ tempora maxime opportuna expediendis hujusmodi Collegii negotiis arbitramur. Admonentes Custodem et Socios ut, in istiusmodi locationibus et dimissionibus faciendis, antiquos Collegii tenentes et firmarios cæteris petentibus et præsentantibus anteponant, præsertim illos firmarios qui familias in rectoriis, maneriis et aliis tenementis sibi dimissis, alunt; aut alios dicti Collegii fundos in manibus suis tenent, si bene se gerant erga Collegium, et parati fuerint, prout Collegii commodum postulerit, non minus quam alii, pro finibus præstare. Ac præcipientes etiam ac in Domino injungentes ne quæ ad commodum Collegii et sustentationem Sociorum et scholarium pauperum a bonæ memoriæ Fundatore comparata et relicta fuerint, vel improvidè dissipent vel gratis cuiquam concedant; sed si bene merenti reponere affectaverint et illi (vel nullo vel exiguo præstito fine) quicquam de prædictis dimittere seu locare desideraverint, hoc nequaquam faciant, inconsulto domino Archiepiscopo Cantuariensi, pro tempore existente, dicti Collegii patrono et altero Fundatore. Decernimus, insuper, et mandamus ut, ex terrarum ac prædiorum quæ ad Collegium spectant dimissionibus quæcunque pecunia, sigilli seu (ut vocant) finis nomine, fuerit percepta, illius tertiam partem habeant Custos et Socii; reliqua vero ad publicos Collegii usus convertatur, ut Collegii necessitas postulaverit, non aliam ob causam eroganda. Quam

tamen constitutionem nostram, de tertia parte inter Custodem et Socios distribuenda, non aliter perpetuam esse volumus, quam illius continue justæ et honestæ causæ exstabunt, a nobis aut successoribus nostris approbandæ, et ea ipsa Custos et Socii (nostro successorumve iudicio) non abutentur.

16. Item, ordinamus et volumus quod circuitus sive progressus ad manerium de Edgeware, posthac singulis annis, non nisi post festum Exaltationis Sanctæ Crucis, cum alia maneria, terræ et tenementa, Collegii in magno progressu visitentur, per Custodem aut Vicecustodem et alium quemcunque Socium habeatur vel fiat. Nolumus tamen hæc ita accipi ut curiæ, antehac primo Maii apud Edgeware teneri solitæ, dehinc non observentur, sed antiquus mos in iisdem tenendis per seneschallum ibidem continuetur. Et si in iisdem curiis contingat fines per alienationes vel mortem tenentium levari, de iis computus per seneschallum in progressu magno proxime sequenti Custodi vel Vicecustodi et Socio equitanti, cum nominibus tenentium noviter admissorum, et numero jugerum et qualitate agrorum alienatorum, distincte et specificè fiat. Et similiter, si, tempore progressus magni, per Custodem aut Vicecustodem et Socium ad hoc deputatum alienationes aliquæ contingant, propter quas tunc fines Collegio obvenerint, computus de iisdem distincte et specificè fiat, cum nominibus similiter novorum tenentium, et jugerum numero, necnon qualitate agrorum; et ad Collegium, una cum computo seneschalli prædicti, transmittetur; ut in finali proximo computo videri poterit quam, tam per seneschallum quam per Custodem aut Vicecustodem et Socium prædictum, in præmissis factum fuerit. Et hoc Custos sive Vicecustos et Socius prædictus facere non omittant, sub ipsorum debito Collegio præstiti juramenti. Et ne, per negligentiam supervisionis terrarum et tenementorum in Wallia existentium, Collegium damnum aliquod vel jacturam patiat, volumus et mandamus quod, omni triennio semel ad minus, vel sæpius si opus fuerit, juxta tenorem statuti in ea parte editi, Custos vel Vicecustos, cum uno aliquo Sociorum, terras prædictas infra Walliam vel marchias ejusdem sitas supervidebit et visitabit; ad quod præstandum Custodem vel Vicecustodem, sub debito juramenti tempore officii sui suscepti, astringi et obligari interpretamur et pronuntiamus.

17. Item, ut non necessariis et excessivis expensis sub titulo summæ equitantium eludetur, quas plurimum crevisse apparet, tam ex aucto numero equorum, ultra provisionem statuti in ea parte editi, quam ex non necessaria detentione eorundem Londini per plures dies, cum Custodem vel Socios ibidem ad expedienda Collegii negotia diutius permanere contigerit; nos igitur, huic malo remedium adhibere desiderantes, præcipimus et firmiter injungendo mandamus ne deinceps ultra quatuor equos Custos et Bursarii aut alii Socii ullo modo in Collegii stabulo alant vel habeant. Et cum Custos vel Socius Londinum, ad Collegii

negotia, iverint, ibique per septimanam vel diutius commorandi causam habuerint, equos ibidem non retineant, sed eosdem remittant, pabulo parato ad eorum sustentationem, in Collegii stabulo alendos. Præterea, ordinamus, et per præsentem strictim præcipimus et mandamus, ne Custos posthac aliquando Londinum aut alio, pro sectis et placitis Collegii prosequendis et confirmandis, profiscatur; nisi cum hoc necessarium visum fuerit, et commode per Socium aut alium cum minore sumptu negotia hujusmodi procurari non possunt, iudicio eorum de quorum consilio et assensu causas aut lites graves incipere aut incepta continuare per statutum (in titulo de officio Custodis) limitatur. Quod si secus fecerit, expensis suis propriis profiscatur, et nullo modo Bursarii sumptus de Collegii bonis ei refundant, sub ipsorum debito præstiti juramenti; cujus violati pœnam eos per præsentem interpretamur incursuros esse, si contra fecerint, ipso facto.

18. Item, injungimus, et firmiter præcipiendo mandamus, quod Custos, officarii et clavigeri, dicti Collegii diligentius quam antehac circa seruras arcarum in turri impositarum reserandas in personis suis intendant, sub debito juramenti, nec, nisi justo impedimento detenti, alios suo loco substituant; quo etiam casu nolumus juniores Socios, sed seniores et maturiores, ad eorum vices supplendas delegari; qui curam adhibebunt ut quæ de arcis extracta fuerint, in inventario in dictis arcis reponendo, donec iterum introducta, fideliter inscribantur.

19. Item, quia prætenditur favore vel conniventia Custodis plures antehac Socios, tempore per statutum Collegii designato, sacros presbyteratus ordines non suscepisse, indeque Fundatoris pium propositum ad promovendum clericalem statum frustratum fuisse; nos, huic malo subvenire cupientes, per præsentem præcipimus, et firmiter injungendo mandamus, quod, posthac, omnes et singuli qui (impedimento cessante legitimo, per Custodem, Decanos et Bursarios, approbando) infra tempus per Collegii statutum requisitum, ad sacerdotium se non fecerint promoveri, nisi extunc infra sex menses immediate sequentes (quos loco interpellationis sive monitionis, in statuto de tempore assumendi sacros ordines mentionatæ, interpretamur) se effectualiter correperint, et id testimonio literarum suarum ad ordines coram Custode et Decano facultatis suæ approbaverint, dictis sex mensibus elapsis, pro non Sociis dicti Collegii ipso facto habeantur.

20. Item, cum, fide dignorum relatione antehac informati, ex magno numero puerorum et adolescentulorum non de Collegio infra Collegium aliorum et nutritorum, detrimenta Collegii magna evenisse, injunximus ne ullus Sociorum et scholarium (Doctoribus duntaxat exceptis) famulum in dicto Collegio acciperet, nutrirerit aut sustentaret, sine expresso consensu Custodis ad id prius in scriptis obtento et impetrato; et monuerimus quod Custos in admissione et approbatione hujusmodi famulorum rationem haberet, ne quid inde Collegii status detrimenti caperet;

cum etiam re ipsa nunc invenerimus non ita Collegio prospectum inde fuisse, quin ex pondere Collegium plus debito adhuc gravatum et pressum existat; nos igitur, ut huic malo tandem remedium adhibeatur, injungendum duximus, prout per præsentés injungimus et firmiter injungendo mandamus, ne, posthac, aliquis puer vel serviens cujuscunque Socii aut scholaris (Doctoribus solummodo exceptis) a quocunque antehac admissus infra Collegium, post primum diem Octobris proxime futuri, quovis colore vel prætextu nutriatur vel sustentetur, vel quicquam e promptuario vel coquina recipiat vel habeat, pro sustentatione sua. Addentes et injungentes, insuper, quod si quisquam Sociorum, scholarium aut servientium, dicti Collegii, aliquem puerorum vel famulum, aliumve quemcunque, nutriat, alat vel sustentet, in dicto Collegio, post dictum primum diem Octobris, quod tunc idem Socius vel scholaris sic nutriens, alens vel sustentans, a communiis suis per mensem a tempore quo post primum Octobris diem quemquam contra formam hujus injunctionis nutrierit, vel aluerit vel sustentaverit, carebit ipso facto; quodque, si nec sic se correxerit, tam communiis quam aliis emolumentis Collegii privatus erit, donec cum effectu se ad hanc injunctionem reformaverit. Et ut contraveniendi vel contradicendi occasio posthac omnibus et singulis Sociis et scholaribus præcipiatur, volumus et mandamus ut, a primo Octobris proximo futuro, pueri illi qui Collegii sumptibus aluntur et choristarum nomine censentur, et Sociis et scholaribus antehac in mensis ministraverint, illis extunc in cameris et cum ad scholas iverint, secundum discretionem et assignationem Custodis per cameras faciendam, serviant; indeque ipsos Socios, quibus per cameras sic disponentur, curam eorundem, tam quoad moris quam scientiæ progressum, habituros confidimus.

21. Item, præcipimus et firmiter injungendo mandamus quod Socii dicti Collegii, qui posthac admissi fuerint in Advocatos vel Procuratores Curiae de Arcubus, vel alterius cujuscunque Consistorii, nisi infra Universitatem Oxonii, et ibidem per duos annos continue vel vicibus interpolatis discontinue exercentes steterint, vel Cancellariatum aut Officialitatum, Commissariatumve, ad vitæ terminum, sub aliquo Episcopo per unum annum obtinuerint (tanquam ab ipso Collegio animo deferendi studium recesserint), quo aliis in jure studere volentibus aditus pateat, jure Societatis cecidisse intelligentur; eorumque loca, ad omnem effectum ac si ipsi sponte resignassent, aut mortui fuissent, vacua reputabuntur. His vero Sociis, qui jam admissi sunt in Advocatos et Procuratores Curiae de Arcubus, permittimus, quod ipsi remaneant Socii usque ad vicesimum diem mensis Octobris proxime post harum injunctionum promulgationem sequentem, et non ulterius.

22. Item, ordinamus et volumus quod omnes servientes Collegii posthac ministeriis diligenter in personis suis, et non per

substitutos, inserviant et jugiter intendant. Quod ut commodius fiat, stricte præcipimus et mandamus quod omnes et singuli servientes et ministri dicti Collegii, posthac admittendi, sint cælibes, et in dicto Collegio pernoctari teneantur. Quod si ipsorum quisquam ad nuptias convolaverit, infra sex menses extunc proxime sequentes, locum suum amittat ipso facto, et per Custodem, vel in ejus absentia Vicecustodem, amoveatur, et alius in ejus locum substituatur. Et quoniam prætenditur detrimenta antehac in promptuario facta fuisse, tam ex culpa promi quam usu duplicis potus per Collegii Socios et servientes sumpti, quo utroque cautum existat, præcipimus et injungimus ne posthac Socii vel servientes potum (quem duplicem dicunt) de Collegii sumptibus habeant. Et si, post publicationem harum injunctionum, contigerit detrimenta in promptuario fieri, nisi promus Bursariis vel eorum uni, in hebdomadali computo, ostenderit hæc ex alio accidente et non sua culpa evenisse, non in damnum Collegii cadant, sed in caput promi dicta detrimenta per Bursarios vel eorum unum in fine cujuslibet septimanæ ponantur. Atque si in præmissis ter culpabilis repertus fuerit per Custodem, a dicto Collegio amoveatur.

23. Item, ut omnis contendendi occasio et contentionum materia pro cameris disponendis in dicto Collegio tollatur, statuimus et ordinamus quod cameræ in posterum vacuæ (quibuscunque injunctionibus in contrarium antehac editis non obstantibus) proximo seniori cameram a Custodi petenti conferantur. Ad majorem tamen amicitiam et caritatem inter eosdem Socios et scholares nutriendam et conservandam, mandamus quod unus jurista, quamdiu numerus juristarum sufficiat, et unus vel duo artistæ, in singulis earundem camerarum ad invicem collocentur. Quorum omnium Sociorum et scholarium quilibetlectum suum habeat separatim, et solus sine Socio jaceat omnimodo.

24. Item, cum Edwardus Napper, quondam Collegii nostri Socius, in testamento suo, legavit et reliquit Collegio quasdam terras et tenementa, quæ postea Willielmus Napper, filius et hæres ejus, modis legitimis dedit, concessit et confirmavit; cumque dicta tenementa et terræ sub ea conditione in testamento prædicto relicta fuerint, ut quædam portiones et pecuniarum summæ quotannis in usum trium pauperum et indigentium scholarium, ad valorem viginti sex solidorum et octo denariorum, viritim exhiberentur; quæ exhibitiones per hos plurimos annos cessarunt, nec in prædictos usus erogatæ fuerunt; nos, ut defuncti voluntas de cætero adimpleatur, et studentium necessitati succurramus, statuimus et ordinamus quod præfatæ exhibitiones deinceps per Custodem tribus pauperioribus Sociis in eodem Collegio studentibus, qui ad sacros presbyteratus ordines promoti, vel saltem promovendi sunt, infra tres annos postquam harum exhibitionum participes fuerint, conferantur; et vices eorum qui a Collegio decesserunt, toties quoties, per Custodem, infra men-

sem a tempore vacationum earundem, suppleantur. Quod si Custos infra mensem non nominaverit aliquem Sociorum dicti Collegii ad exhibitionarii sic vacantis locum, volumus et ordinamus quod tum ejus loci devolutio fiat ad nos et successores nostros, Cantuarienses Archiepiscopos, ex tempore existentes, ut de eo, secundum æquitatis rationem, disponatur.

25. Item, præcipimus et stricte injungendo mandamus, quod inter Socios et scholares dicti Collegii omnes factiones et dissensiones penitus dehinc cessent, et quod, mutuo amoris et caritatis nexu invicem obligati, pacem et concordiam foveant et amplectentur. Si quis vero posthac in dicto Collegio factuosus, susurro, discordiarum seminator, rixosus, vel manutentor fuerit, eum (cujuscunque loci aut gradus extiterit) pœnis in statuto dicti Collegii sub titulo "Quod non sint conspirationes" impositis, sine conniventia aut remissione aliqua, per Custodem et reliquos ad quos pertinet, nisi et ipsi neglecti officii per nos et successores nostros argui et de eo condemnari velint, puniri volumus et præcipimus.

26. Item, quo certior notitia præmissorum ab omnibus in Collegio degentibus habeatur, præcipimus, injungimus et mandamus, quod hæc injunctiones, ad bonum Collegii regimen per nos Johannem Archiepiscopum Cantuariensem editæ, scriptis infra mensem mandentur, et libro statutorum in bibliotheca catenato, necnon in libris Custodis et Vicecustodis dicti Collegii, inserantur. Decernentes, et expresse etiam declarantes, per præsentis, prioribus injunctionibus vel a nobis vel prædecessoribus nostris antehac editis (quatenus his repugnent) per has posteriores esse derogatum.

Datum in manerio nostro de Lambeth, undecimo die mensis Novembris, anno Domini 1602, et nostræ translationis anno vicesimo. Præsentibus tunc ex ibidem. Rob. Hovenden, S.T. Professore, dicti Collegii Custode, Roderico Lloyd Vicecustode; Thoma Edwards, Willielmo Bird, LL. Doctoribus, Thoma Frith in artibus, Bursario, dicti Collegii Sociis.

JO. CANTUARIENSIS.

To my very loving friends the Warden and Fellows of All Souls, in Oxon.—After my very hearty commendations. I am given to understand that there is some question arisen amongst you, concerning a dividend growing by the improvement of corn, which you the Fellows challenge by the Statute of 16 Eliz. c. 6, urging your Warden, with danger of deprivation upon the statute if he yield not unto you. I have, therefore, upon perusal of the said statute, thought good to signify unto you, that I do not find it any such matter of deprivation unto the Warden, so long as the said corn or money coming thereof, after a competent increase of commons, fit for the students, is employed to the common good

of a College, and not let nor sold away from the profit thereof, but converted to amendment of diet, and other necessary uses of common charge. But do rather take it to be directly against the intent of the said statute, that you should divide any part of the said corn or any money among yourselves; it being no other but a fraudulent diverting of the same from the behoof and profit of the College unto private uses, which is the point principally forbidden by the statutes. Wherefore I do require you Mr. Warden, and the rest, that no such divisions be made, but that you content yourselves with a competent augmentation of diet, so as the common and necessary charges of your House may be supported as heretofore they have been; and not, in respect of the Warden's withstanding your demands in this kind, you deny keeping of courts and necessary defence of your rights by law, in refusing to give allowance for that purpose, as I hear you have lately done in a cause of great importance, wherewith I much marvel. And so I commit you to God. At Lambeth, the 27th May, 1609.

Your very loving friend,

R. CANT. [BANCROFT.]

After my hearty commendations.—Whereas, in the injunctions made by my predecessors for your College, there is among the rest a clause to this effect; that if any of your Fellows shall for two years continue the practice of the civil law, either of Doctor or Proctor, exercent in any court without the precincts of the University, he shall thereupon lose his Fellowship. Forasmuch as I find, by conference with some of the principal Doctors of the Arches, being likewise sworn to your statutes, that the said restraint is more prejudicial to the students in the profession of your House, than I suppose was ever intended by my predecessor, I have therefore thought fit, relying upon their judgment aforesaid, hereby to suspend the said injunction, and the force and execution thereof against any of your said Fellows, until you shall receive further direction from me concerning the same: and so commit you to the tuition of God. At Lambeth, the 2nd of March, 1609.

Your very loving friend,

R. CANT.

All Soulen College.

Forasmuch as your Grace seemed willing to take my opinion in writing touching the doubts which my Fellows make in the matters following, therefore I am bold, saving your better judgment, to say as follows:—First, that every man of the faculty of Arts, when his time is come, wherein the Founder's statutes appointeth him to be present, shall be thereunto warned effectually,

such only excepted as by common order of long time used, shall be appointed and admitted to the study of physic, and therein do profit and proceed accordingly.

2. Item, forasmuch as the Founder in his statutes doth appoint in what place in the quire of the chapel a Doctor of physic shall sit, and what habits he shall wear, and also where the Bachelor of physic shall sit, therefore it hath ever seemed the first foundation be taken and understood that physicians may be in the College of the number of Fellows, and it hath not been thought reason that such should be compellable to be priests; wherefore the use hath ever been that one or two at the most of the xxiv artesters hath been by the Warden, with consent of the other officers for the time being admitted to that study, and by authority of another statute, wherein is ordained that Masters of Arts after a time shall be present, having this exception, "*nisi ex causa rationabili, approbata per Custodem,*" &c. they have been excepted and dissented withal from entering into the holy ministry. And farther, because the statute *de disputationibus* saith no more than thus, "*Theologi vero semel in hebdomada in pleno termino disputationes habeant inter se,*" therefore the physicians were never compelled to dispute in divinity, being not comprised under the name of *Theologi*. Considering, therefore, that the use ever from the beginning continued as not against the meaning of the Founder, neither yet directly against the letter, and also that the same hath wrought much worship to the college, and much good to the common weal, I think your Grace shall do best to suffer the continuance thereof.

3. Item, where the statute appointeth every student in law, being xvi in number, to be Doctor in civil law, which in the space of certain years, and for not so doing, to be accounted canonisters, and to go forward and take degree in canon law, and being once canonisters, then within a certain time to be present: therefore one of two ways your Grace may take, that is to say, either to suffer them all to remain as not compellable to the holy ministry, for that they allege for themselves, that no man now can lawfully be accounted a canonister, or take degree in canon law; or else, if your Grace like not this interpretation, then all such as have passed so many years as the Founder appointeth for a Doctor of civil law to be warned first to be Doctors within a year or two years, and if they obey not, then afterwards to be warned to the holy ministry.

But I do like the first way best, both for the worship of the College and the profit of the younger students, and also for the common weal of the realm. For if they once fear such a compulsion to the ministry, they will not abide unto such time as they may be full ripe, but fly to some other kind of life; and then shall the number be but of younglings and boys.

4. Item, because the Founder's statute willeth disputations in

every faculty to be kept of the students in the same faculties, cursorie, that is to say, of every of them in their course and turn one after another; and it chanceth oftentimes some man to be absent out of the University when his turn cometh; therefore there hath happened some discord in common disputations, and specially in divinity, because the number of divines is small, the multitude being as yet younger men.

5. Item, the Archbishop Warham made an order under seal for divinity disputations, the which order we cannot now find; before the making whereof there was no rector or moderator of those disputations. The effect thereof is well known, and is no more but to have a rector yearly chosen with a stipend of xxvi.s. viii.d., and that every Master of arts, after two years, should be bound to those disputations in his turn. Whereto would be added that all Masters of arts should be present at the least.

6. Item, it would be good that the time of two hours at the least were appointed for the continuance of every disputation: for sometimes the Deans to whom the authority therein is committed do make them over short, and as yet were but *pro forma tantum*.

These be all the doubts and disorders wherein I promised my Fellows to take your Grace's advice. It may please you therefore, if your Grace think so good, to tell me your opinion in the first, second, and third articles; and without any more trouble to your Grace, I shall see your determination to be fulfilled. The fourth article is best to be reformed by common consent; for there must be a good penalty put upon it. Wherefore I intend to call every faculty severally, the law by itself and every other by itself; and by consent of the more part in every faculty to take good order under a strong penalty; the which will less be grudged at and best be kept, whereas it is their own act. For the fifth article, it were good your Grace did direct your bare letters missive, signifying that you understand by me the aforesaid effect of Bishop Warham's order, willing it henceforth to be observed with the addition by me aforesaid put in; and also to add your Grace's opinion for the sixth article; and to say that in all the rest you have told me your mind. And this shall be sufficient, as I hope, without any more trouble to your Grace.

Georgius, providentia divina, Cantuariæ Archipiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, necnon Collegii Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia Visitator, Patronus et Ordinarius, dilectis nobis in Christo Magistro Roberto Hovenden S. T. P., dicti Collegii Custodi, omnibusque et singulis ejusdem Collegii Sociis et scholaribus, salutem et gratiam. Quum nobis literas tui antedicti Roberti Hovenden, Custodis Collegii memo-

rati, gerentes datum septimo die mensis instantis Januarii, significatum sit, quod cum statutis* dicti Collegii provisum sit sub hoc qui sequitur verborum tenore; "Et si præfatorum Vicecustodis, Bursariorum et Decanorum, vel eorum alicujus, electionem infra tres dies post tempus in dictis statutis limitatum, seu dictorum trium dierum spatium, celebrari non contigerit, quod tunc ad nos et successores nostros Cantuariæ Archiepiscopos, sede plena, ipsa vero sede vacante ad Priorem ecclesiæ nostræ Cantuariensis, vel in ipsius absentia ad Officialem curiæ nostræ Cantuariensis, ipsorum electio pertinere debet;" quodque vos, juxta statuta prædicta, ad Bursarios, Decanosque et Rectorem in theologia designandos, convenientes, sed variantibus sententiis nihil actum fuerit, nec in una persona consentire potueritis, et ob eam causam Bursariorum electio, necnon Decanorum et Rectoris in theologia, pro hac vice ad nos tanquam Patronum, Visitatorem et Ordinarium, pertinet: vobis igitur et singulis vestrum significamus, nos, cum causæ cognitione et matura deliberatione, Basilium Ward in legibus Baccalaureum in Bursarium juristarum, Ricardum Williams in artibus Magistrum in Bursarium aristarum, Authonium Davis in legibus Baccalaureum in Decanum juristarum, Jonathan Vaughan in artibus Magistrum in Decanum artistarum, et Thomam Dry in artibus Magistrum in rectorem sive moderatorem in theologia, elegisse nominasse et designasse, ac præsentium tenore eligere, nominare et designare. Vobis et vestrum singulis mandantes ut, a tempore publicationis præsentium, eosdem ad officia suprascripta respective recipiatis et admittatis, et pro dictis officariis vestris quoad omnes effectus accipiatis. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et testimonium, præsentibus literas nostras sigilli nostri Archiepiscopalis appositione communiri mandavimus et fecimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, decimo die mensis Januarii, anno Domini, juxta computationem ecclesiæ Angliæ, 1611, et nostræ translationis anno primo.

G. CANT.

Wilhelmus, providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, Angliæ Primas, et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo Custodi, Vicecustodi, Sociis et scholaribus, Collegii Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia, salutem, gratiam et benedictionem. Tenore præsentium notum vobis facimus et significamus quod, die datæ præsentium, habuimus vidimus et diligenter inspeximus registrum authenticum Georgii Abbot, bonæ memoriæ, nuper Archiepiscopi Cantuariensis et prædecessoris nostri; atque ibidem invenimus et legimus quasdam injunctiones ad vestros olim prædecessores directas et transmissas; quarum tenor sequitur in hæc ipsissima verba; videlicet,

* Ordinat. Joh. Stafford.

“Georgius, providentia divina, Cantuarensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo Custodi, Vicecustodi, Sociis et scholaribus, Collegii Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia, salutem. Cum, bonæ memoriæ, dominus Johannes Whitgift, nuper Archiepiscopus Cantuariensis, unus prædecessorum nostrorum, injunctiones quasdam fecerit et ordinaverit, pro evitandis illicitis et simoniacis contractionibus et pactionibus, in registrationibus et electionibus Sociorum et scholarium Collegii vestri. Cumque nuper nobis relatum fuerit quod, contra dictas injunctiones, quædam genera pactionum improbarum et illicitarum per quosdam Socios et scholares Collegii vestri, in resignationibus et electionibus, inventa fuerunt, de quibus satis prospectum non videtur in injunctionibus prædictis. Nos, ut pia Fundatoris vestri voluntas observetur in eligendis dignissimis et optime meritis in loco Sociorum et scholarium, absque pactione et mercede, et ad eluendum grave dedecus scandalumque Collegii vestri, ex hujusmodi simoniacis improbisque resignationibus et electionibus contractum, ad honorem Dei Omnipotentis injunctiones prædictas, quantum in nobis est, approbamus et ratificamus; et porro, injunctiones præsentis facimus et ordinamus, in hunc qui sequitur modum; videlicet,

“That every Fellow or Scholar who shall hereafter desire his resignation of his place to be admitted, shall every year before the third day of November, commonly called *crastino Animarum*, tender and present in his own person his resignation to the Warden, or in his absence to the Subwarden; and, before the said third day of November, the Warden, or in his absence the Subwarden, shall call all the Fellows then resident in the University of Oxford into the common hall of the College; and, in their presence, such person resigning shall take his corporal oath, that neither he nor any other for him, with his knowledge, privity or consent, directly or indirectly, hath received or taken, or shall receive or take, any money or moneyworth for his said resignation, or for procuring any to be chosen in his place; and that neither he nor any other for him, by his knowledge, privity or consent, directly or indirectly, hath made or received any promise, bargain or contract, for any money or moneyworth, to be received for his said resignation, or for procuring any to be chosen in his place. And, after such oath so taken, the Warden or Subwarden, before the said third day of November, in the common hall as aforesaid, shall publicly pronounce the place of such resigner void; and from that time the place of such resigner shall be void to all intents and purposes. And, from the second day of November to the sixth of November then next following, yearly, no resignation nor voluntary renunciation of any Fellow's or Scholar's place shall be hereafter taken; and that the Warden, Subwarden and Fellows, shall not proceed to the election of any place on

resignation hereafter, but such as shall be presented and admitted before the said third day of November, in such manner and form as aforesaid. That the Fellows, within seven days after the receipt of these present injunctions, in the common hall of the College, at a time appointed by the Warden, shall before him publicly each take his corporal oath, that he shall not hereafter give his suffrage, voice or consent, to the election of any such one into a Scholar's or Fellow's place, upon any resignation or voluntary renunciation, for which person he shall know or be persuaded in his conscience that there hath been heretofore any money or moneyworth given, or promised, or contracted for to be given hereafter, directly or indirectly. And the same oath shall be yearly taken by the Fellows *in crastino Animarum*, in the common hall of the College, immediately before they proceed to the election."

Vobis et singulis vestrum injungimus et mandamus, quatenus prædictas injunctiones, omnes et singulas, juxta verum tenorem et effectum earundem, inviolabiliter observetis. In quorum omnium et singulorum præmissorum fidem et testimonium, præsentibus literas nostras sigilli nostri Archiepiscopalis appensione communiri curavimus. Datum in manerio nostro de Lambeth, ultimo die mensis Octobris, anno Domini 1626; et nostræ translationis anno sexto decimo."

Quas quidem injunctiones, tam pie provisas tam firmiter munitas, tam salubriter editas, cum palam sit vos a multis retro annis vel supine neglexisse vel aperte et præfracte violasse, temere mutatis præscriptis illis et strictionibus jurandi formulis in alias multo laxiores et jamdiu antiquitatas, atque introductis in Collegium vestrum hoc modo, tanquam per apertum ostium, sordidis illicitisque commerciis et simoniacis, seu pactis et promissis, seu (quod periude est) præmiis et solutionibus: nos igitur, ut utriusque huic malo, tam per Collegii vestri quam inclyti hujus regni statuta prohibito, pariter caveamus in futurum, pro commissis nobis a Fundatore vestro, felicis memoriæ, auctoritate, districtè vobis injungimus et mandamus, ut unusquisque, locum suum in Collegio vestro per viam resignationis relicturus, priusquam resignatio ejusdem a vobis admittatur aut acceptetur, solenniter et modo supra præscripto juret in verba prioris juramenti superius recitati et injuncti. Prohibemus, autem, ne quis e numero vestro admittatur ad suffragium ferendum in electione novi scholaris aut Socii, in locum ita vacantem, nisi qui prius solenniter et modo supra præscripto juraverit in verba posterioris illius juramenti, superius etiam recitati et injuncti. Porro, autem, ut qui in ejusmodi electionibus suffragia laturi estis, de qualitatibus eligendorum per statuta vestra requisitis melius instruamini (quod quidem angusto unius aut alterius diei spatio rite fieri non potest), atque ut numerus candidatorum e tota, ut fieri solet,

Universitate ad vos convolantium major sit et plenior, ipsaque adeo electio de melioribus et habilioribus, prout debet, facilius fiat et rectius; prohibemus ne aliquam alicujus scholaris aut Socii Collegii vestri voluntariam renuntiationem, aut loci sui (ut dicitur) resignationem, ullatenus admittatis, nisi quæ ante vicesimum secundum diem Octobris vobis modo supra scripto præsentata fuerit; neque ad electionem novi Scholaris vel Socii ad suum locum, tanquam rite vacantem, eo anno ullo modo progrediamini. Præmissis autem omnibus et singulis ut fidem indubiam adhibeatis, atque hisce injunctionibus debitam præstetis obedientiam, præsens hoc scriptum appenso sigillo nostro Archiepiscopali muniendum duximus et confirmandum; hic in ædibus Lambethanis, quarto decimo die mensis Octobris, anno Domini 1680, nostræque Consecrationis tertio.

Published in the Chapel, the 18th of October, 1680.

For the Reverend Dr. Jeames, Warden of all Soulen College in Oxford.

Salutem in Christo.

Good Mr. Warden: That Dr. Michel, Warden of your College in King James's time, would have imposed a new oath upon resigners, whereby they should have been obliged never to receive any gratuity from your successors or your friends, in case it should be offered, (as you write in one of your letters to me) if you mean that he attempted this by his own authority, is most certainly a very great mistake. He neither could do it, for want of power, nor would go about it, sure, being so wise a man, for fear of incurring those dreadful penalties which follow them who impose oaths without authority. The truth is, it was his Patron and your's, your Co-founder and Visitor and interpreter of your statutes, it was Archbishop Abbot, who by his injunctions, given to your College in the year 1626, did most piously and wisely, for the restraint of simoniacal pravity and practice, which had broken through all the provisions made against it by his predecessors, impose that oath upon your resigners. And that you may no longer disgrace it, as a weak effort of one of your Wardens, I do hereby let you know, that the wise and good Archbishop framed and wrought it off upon the model of the Law of the Land, the Statute of 31 Eliz. c. 6., which, under great penalties and forfeitures, is enjoined to be read publicly by you at every election. And had you as well considered it as you have often heard it, you would have observed that there are two corrupt practices distinctly mentioned in the preamble of the act, and distinctly prohibited in the enacting part. The first is, the having, receiving or taking, any money, fee, gift, reward (and

what is this but gratuity), or any other profit, directly or indirectly, for voice or assent in elections &c., and the very title of the act is "Penalties" (not for contracting or promising but) "for taking reward for election," &c.; the second is, "the taking any promise, agreement, covenant, bond or other assurance, to receive," &c.; so that, most clearly, he that receives gifts or rewards, though he never bargains for them beforehand, offends against the plain letter of the statute and falls under the penalties. The oaths received into your modern practice, of which you sent me copies, and which provide only against that branch of simony which is committed by way of contract or bargain, were certainly framed in the Popish times, or at least before that statute of the Queen, by which many things are declared simony, which in the eye of the law were not so before. And therefore the Archbishop (I say again) most wisely and piously, by his injunctions, (which I send you herewith exemplified under my seal Archiepiscopal) endeavoured to bring up your practice to the standard of the abovementioned statute, which expressly declares, that all electors should take a corporal oath to make their elections and nominations freely, without any reward, gift or thing, given or taken for the same. How this excellent and necessary provision came to be neglected and forgotten, or rather (I fear) suppress and degraded into the weak attempt of an overbusy Warden, is easy enough to conjecture, but 'tis not to be done without much sad reflection, which I have now no leisure for. Only, I cannot omit to add my severe censure of the wicked and profane speech, (whoever he was that said it) that if this obtained they must resign to the Devil; which I the rather express my displeasure against, because I have heard it thrice mentioned by several persons of your College with seeming approbation, whether as an argument or a piece of wit, I know not. God Almighty preserve us from making a mock of sin, and deliver us from every evil work, and preserve us unto his heavenly kingdom. I am, Sir, your affectionate friend,

W. CANT.

Lambh. H. Oct. 14, 1680. *Read in the Chapel the 18th day of October, 1680.*

Wilhelmus, providentia divina Cantuarie Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, dilectis nobis in Christo Custodi, Vicecustodi, Sociis et Scholaribus, Collegii Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia, salutem et gratiam. Cum sanctuarium Dei nec jure hæreditario possideri, nec in nundinas mitti, par sit, et, juxta canones legesque, registrationes omnes puræ esse debeant et simplices, resignationes autem, quæ in favorem aut ad gratiam vocantur, jure suspectæ et odiosæ, ac,

ubicunque sanctorum viguerit disciplina, illicitæ semper habitæ fuerint, utpote quæ hæreditaria quodammodo reddant, quæ per liberam unius e multis (si fieri possit) electionem conferri debent, merasque nundinationes et sordida commercia in Academiam et Ecclesiam invehant, vel iis, ad minimum, latissimam portam aperiunt, adeoque admixtam habere videantur, implicitam saltem, simoniæ labem et pravitatem. Cunque Fundator vester, beatæ memoriæ, passim in statutis suis vestras omnium-conscientias apud Deum altius oneraverit, ut, cessantibus et postpositis amore, favore, partialitate, affectione, personarum acceptatione, atque occasione quacunque precis aut pretii, cæterisque coloribus, Scholares et Socios e tota undique Academia digniores et habiliores in loca vacantia assumendos eligatis; quæ statuta, omnia et singula in eisdem contenta, unusquisque vestrum solenniter olim juravit se per omnia inviolabiliter observaturum, atque ut ab aliis etiam observentur (quantum in se fuerit) facturum, vel alioqui pœnæ in non parentes per statuta ordinatas sine contradictione quacunque subiturum: Nos, igitur, Archiepiscopus antedictus, quem vestri Collegii Fundator ejusdem secum confundatorem, Patronum, Visitatorem, et statutorum suorum interpretem, esse voluit, pro ea quæ hac in parte fungimur auctoritate, vobis et singulis vestrum, tenore præsentium, firmiter et districte, et sub debito juramenti, Collegio præstiti, adeoque sub pœna perjurii, vel in hoc sæculo vel etiam ad tremendum olim Supremi Judicis tribunal luendi, injungimus, ne quam cujusquam, locum suum in Collegio vestro relicturi, resignationem, nisi puram et simplicem, ullo modo admittatis, sed eam tanquam irritam et omnino nullam rejiciatis. Quod si quis e numero vestro, contra tenorem præsentium, resignationem loci sui, in gratiam aut favorem certæ personæ cujuscunque, apud vos interponere aut offerre, aut successorem in locum suum vacantem aut vacaturam, eligendum aut admittendum, verbo, scripto, nutu, signo, aut alio quocunque modo, nominare aut designare præsumperit; prohibemus expresse ne talis alicujus resignatorii, seu personæ a decessore nominatæ aut quovismodo (ut supra) designatæ, ullam in electionibus vestris rationem habeatis; eumque loci quem ambit in Collegio vestro incapacem omnino esse volumus, et (quantum in nobis est et jura regni patiuntur) pronuntiamus in his scriptis. In quorum omnium fidem et testimonium, hasce conjunctiones nostras affixo sigillo nostro Archiepiscopali munendas esse duximus; hic in ædibus Lambhithanis, vicesimo quinto die Octobris, anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo; nostræ consecrationis tertio.

W. CANT.

Published in the Chapel, the twenty-ninth day of the same month, 1680.

There is also part of a letter of Archbishop Sancroft, Nov. —84, about the King's promise to send no mandamus hither for places, registered in the new Ledger book.

Wilhelmus, Providentia divina, Cantuariæ Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, eodemque jure Collegii Animarum Omnium Fidelium Defunctorum in Academia Oxoniensi pleno et perpetuo jure Patronus et Visitor, et statutorum ejusdem indubius interpres, dilectis in Christo filiis, Custodi, Sociis et Scholaribus, Collegii prædicti, benedictionem, gratiam et salutem. Cum statutorum vestrorum capite septimo cautum et provisum sit, ut eligantur vobis quotannis duo Socii aptiores et magis circumspecti (Doctoribus exceptis), unus scilicet jurista et alius artista, ad Bursariorum officium anno sequenti exercendum: de hac constitutione (habita prius matura deliberatione) nos ita censemus. Id Fundatori prudentissimo præcipue et præ omnibus in animo fuisse, ut huic muneri præficerentur aptissimi quique et maxime idonei, utpote bonorum vestrorum omnium futuri promi condi, qui proventus Collegii universos diligenter colligant et recipiant, in tuto reponant, et fideliter prudenterque dispensent. In hoc totius rei cardo vertitur, hæc anima ipsa est constitutionis, hic finis architectonicus. Quod autem eos qui laurea cohonestantur Doctorali, tanquam eximendos, huic oneri excipiat, est illud secundarium tantum et accessorium (quo testari voluit vir optimus se hominibus benemeritis prolixè admodum velle) sed non, nisi salvo principali proposito, callide nimis aut importune urgendum causandumve. Cum igitur paucos habeatis e numero vestro juristas non-Doctores huic muneri aptos, poteritis, quantum ego video, etiam juris utriusque vel cujuscunque facultatis Doctorem in hunc locum et officium cooptare; præsertim si ipse sic cooptatus hoc oneris lubens volensque suscipiat. Nam ut quilibet jure suo uti potest, ita et favori vel privilegio pro se introducto quilibet potest renuntiare, ut ipsi loquantur jureconsulti; quod quidem vos omnes quorum interesse sponte facturos nullus dubito; idque non solum quia publico non inservire, bono totius communitatis non studere aut invigilare, triste omnino est et plane pœnitendum privilegium, verum etiam multo magis, quia unusquisque vestrum in Collegium admittendus in hæc ipsissima verba solenniter juraverit; "Fidelis ero ac diligens in quocunque officio, ad quod me in eodem Collegio deputari contigerit et assumi; illudque, cum deputatus fuero, admittam, et pro posse meo fideliter adimplebo." Vos autem, filii, quorum hic res agitur, tenorem hujus juramenti, et verba efficacissima etiam atque etiam perpendite, et nolite in re sacra et seria inania circumspicere subterfugia; sed quod vobis (hoc est, viris bonis et ingenuis) dignum est, statuite tandem et constanter facite. Ita valeatis in Domino, et in omnibus prospere

agatis. Dabam in ædibus Lambhithanis, vicesimo nono die Decembris, anno Domini millesimo sexcentesimo octogesimo primo.

JO. CANT.

John, by divine providence, Lord Archbishop of Canterbury. Primate and Metropolitan of all England, and Patron and Visitor of All Souls College in Oxon, to the Warden and Fellows of the said College greeting. Whereas there are several clauses in your statutes and injunctions, which deprive those of your Fellows who are out of the kingdom or absent from the College of divers emoluments of their Fellowships; it is my opinion that such clauses are to be construed with a tacit exception for those which are abroad in his Majesty's immediate service, whose attendance upon his Majesty ought not to be to their prejudice, but they ought to be esteemed as present in the College. And, therefore, Mr. Haly and Mr. Willis having attended his Majesty as his chaplains this last campaign, I do determine that they ought to have all manner of profit belonging to their Fellowships, as if they had been actually present in the said College. And I do hereby order you to allow it them accordingly. Given at Lambeth, the 17th of November, in the year of our Lord 1694.

JO. CANT.

Thomas, permissione divina Cantuariæ Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, et Metropolitanus, Collegiique Omnium Animarum Fidelium Defunctorum de Oxonia Patronus, Ordinarius Visitor et statutorum interpres, dilectis nobis in Christo Custodi, Vicecustodi, Decanis, Bursariis, et universis et singulis Sociis et Scholaribus, Collegii antedicti, salutem, gratiam et benedictionem. Cum bonæ memoriæ Fundator Collegii Omnium Animarum Fidelium Defunctorum de Oxonia societatem suam instituit, ut alumnos ad exemplum almæ matris Academiæ in variis artibus et scientiis erudiret ac informaret, et hunc in finem alios juristas alios artistas designavit; et cum sub artistarum nomine medicinæ studiosos includi, non tantum ex generali illius proposito, sed ex pluribus locis statutorum dicti Collegii satis constat, et speciatim ex statutis de habitu Sociorum, &c., de modo et tempore devote dicendi horas canonicas, &c., ubi et quali vestitu utentur Doctores et baccalaurei in medicina, et quem ordinem in capella et processionibus tenebunt, cautum est. Cum etiam artistæ ad sacros ordines solummodo obligantur post gradum Magistralem susceptum et necessariam regentiam completam; et cum legitimum impedimentum obligationem illam suspendit, vel ab iisdem liberat et exsolvit, et sæpius ita practicatum fuit. Cum denique medicinæ dantes operam, tunc temporis cum fundaretur Collegium, et du-

centis fere annis postea, ad gradum Magistrale[m] et Regentiam in Artibus non erant astricti. Jam vero, propter diversa ab his Universitatis statuta (per quæ huic studio incumbentes in artibus incipere et regere tenentur) quædam videtur esse ambiguitas, an quidem medici statuto de sacris ordinibus sint obnoxii, an non pro legitimo impedimento habenda sit hæc professio. Nos, et privatis Collegii et publicis Academiae statutis, tam in Visitatione nostra quam per appellationes quasdam coram nobis exhibitas, perpensis et consideratis, juxta auctoritatem nobis a Fundatore commissam, statuimus, ordinamus et injungimus, quod Socii in medicina bona fide studentes, qui necessariam regentiam et duos annos ultra compleverint, a necessitate sacerdotii et ecclesiastici ministerii suscipiendi liberi sint et erunt immunes, vel saltem medicinae studium iis pro legitimo impedimento intra sensum clausulae illius in statuto de tempore assumendi sacros ordines (impedimento cessante legitimo) adjudicamus et interpretamur. Ita, tamen, quod in gradus in eadem, simili modo et forma ac in aliis facultatibus, properent et admittantur, sub poena in statuto de tempore assumendi gradus; quod si secus fecerint, a sacris ordinibus non habeantur excusati. Si quis vero, hac de causa immunitatem a sacris ordinibus consecutus, ad studia legum municipalium se emancipaverit (quod fieri intelligimus si curias judiciales in Aula Westmonasteriensi, aut alibi, adeat aut frequentet, si causis forensibus sese immisceat, vel pro tribunali placita acturus sistet) aut ad alienas artes se converterit, illum extunc privatum fore decernimus, ipso facto. Et ne plures quam æquum est ad hoc studium in posterum se conferant, numerum medicorum in dicto Collegio ad quatuor limitamus. Et, pro tollendo omni dubio, abusu et lite, de iisdem, in præsentibus, Stephanum Napleton et Philippum Code, Doctores in Medicina, et Piercium Dod et Ricardum Stephens, jam in medicina studiosos et in eadem progredi cupientes, ad eandem specialiter nominamus et assignamus. In qua quidem facultate quoties locus vacans contigerit in posterum, succedat simpliciter senior, qui re vera et bona fide se ad medicinam accinxerit et accinget. Cum tamen Petrus Prideaux artium Magister (cumque quo dispensatum fuit et est per triginta fere annos, qua medicinae studiose accingeret vigore statutorum prædictorum) jam ætate provecior et infirmus sit, et illum gradu onerare foret molestum, ideo dictum Petrum Prideaux eadem dispensatione uti, frui, permittimus, et impedimentum hoc legitimum, alias illi concessum, dicto Petro Prideaux confirmamus, ratificamus et gratiose indulgemus. In quorum omnium fidem et testimonium, hanc injunctionem nostram affixo sigillo nostro Archiepiscopali muniendum esse duximus; hic in ædibus nostris Lambethanis, duodecimo die mensis Martii, anno Domini (juxta computationem ecclesiae Angliæ) millesimo septingentesimo decimo; nostræ translationis decimo septimo.

Ordinationes Gulielmi Archiepiscopi Cantuariæ, datæ primo Martii, 1719.

Ut vero omnis deinceps controversiæ causa de camerarum dispositione tollatur, statuimus et declaramus quod, juxta injunctionem prædecessoris nostri domini Johannis Whitgift, Archiepiscopi Cantuariæ, cameræ omnes, quæ vacare contigerint, Sociis et scholaribus imprimis per Custodem assignabuntur, deinde capellanis, clericis, choristis et servientibus Collegii, juxta discretionem ejusdem Custodis, allocabuntur. Et quoniam, in visitatione nostra, nobis insinuatum est, quod nuper Vicecustos, Custode absente, cum consensu majoris partis Sociorum tunc præsentium, in jus Custodis sic absentis sese intromittere attentaverit, et cameras pro libitu suo ordinare; et ad hanc suam innovationem melius tuendam, nescio quam prætersam ordinationem de camerarum dispositionibus fabricaverit; nos omnia ad antiquam atque approbatam consuetudinem, statuto Fundatoris et Archiepiscoporum injunctionibus roboratam, revocare volentes, istam qualemcunque Vicecustodis et Sociorum ordinationem cassamus, annullamus, et cassandam penitus et annullandam fore et esse decernimus, et e Collegii registro penitus radendam; expresse prohibentes, ne quis, præter Custodem, cameras deinceps cuivis assignare præsumat. Ipse vero Custos, juxta statuta Collegii, et injunctiones domini Johannis Whitgift prædicti, prout occasio tulerit, ad maximum Sociorum et scholarium commodum, in iis conferendis, pro sua prudentia procedat.

Injunctiones Johannis Whitgift, datæ undecimo Novembris, 1602.

§ 23. Item ut omnis contendendi occasio et contentionum materia, pro cameris disponendis in dicto Collegio tollatur, statuimus et ordinamus quod cameræ in posterum vacuæ (quibuscunque injunctionibus in contrarium editis non obstantibus) proximo seniori cameram a Custode petenti conferantur. Ad majorem tamen amicitiam et caritatem inter eosdem Socios et scholares nutriendam et conservandam, mandamus quod unus jurista, quamdiu numerus juristarum sufficiat, et unus vel duo artistæ, in singulis earundem camerarum ad invicem collocentur. Quorum omnium Sociorum et scholarium quilibet lectum suum habeat separatim, et solus sine socio jaceat omnimodo.

Henry Chycheley was born in Northamptonshire in a town called Hygham Ferres, was Fellow in New College in Oxford, called in their foundation *Collegium beatæ Mariæ Wyntonæ in Oxonia*, of Bishop Wykam's foundation: and there was he made

Doctor of the Civil Law ; afterwards Archbishop of Canterbury, and Chancellor* of England in King Henry's days the Fifth, and godfather to King Henry the Sixth.

In the nineteenth year of the reign of King Henry the Sixth was All Soulen Colledge founded by his means, on this sort following. First he builded a Colledge house of free-stone quadrant-wise in the suburbs of Oxford, intending to have had that for his Colledge ; but afterward obtaining a purchase in the heart of the town, he gave his said first builded house unto the order of St. Bernard, called White Monks or Pied Monks, to the intent every house of that order might send one or more of their young monks thither to learn ; and so did they. And it was called Bernarde Colledge ; and it came to the hands of King Henry the Eighth, together with other houses in Oxford of religious scholars, as Canterbury Colledge, Durham Colledge, Gloucester Colledge, St. Mary Colledge, and Trinity Hall. This house did Sir Thomas White purchase ; and now hath he endowed it with lands by the name of St. John's Colledge. Archbishop Chycheley builded again in the place of his new purchase a fair little house, and bought for it certain temporal lands. And for the sum of a thousand pounds he bought of the king three or four little abbeys of the French order, late before suppressed by Act of Parliament. And all these lands he surrenders into the said King's hands, Henry the Sixth, praying him to give it wholly to his new House, and to erect and found thereof a Colledge in his own name. Whereupon the said King founded it, and gave it the said lands : and in respect of such cost as Bishop Chycheley had been at the King made him *co-fundatorem*, and gave to him authority to make statutes, etc., and named the Colledge in Latin, *Collegium Animarum Omnium Fidelium Defunctorum de Oxonia*. And the second Founder, Henry Chycheley, nameth it in the preface of his statutes "All Solne Colledge" in English, and willeth it so to be called. This Colledge standeth next to St. Mary's church, which is the University church, on the east part of the same church, and in the principal street of the town. The cause why it was called *Collegium Animarum*, etc. was this following, as it is rehearsed in the letters patent of the said foundation by the King himself ; that is to say, in the remembrance of, and to pray for, the souls of his father, Henry the Fifth, of Thomas, late Duke of Clarence, the Dukes, Earls, Barons, and commons, slain in the French wars in France, in his father's time and his. Furthermore, the said Archbishop Henry Chycheley founded and endowed with lands one other Colledge of priests at Higham Ferrers, where he was born ; the which was late suppressed, as other Colleges were. When King Edward the Fourth had put down Henry the Sixth, then he seized all this All Solne Colledge lands into his hands, by revoking and annulling

* He never was Chancellor.

King Henry's doings. Whereby the College was driven to take it again of him, and to purchase a pardon for taking part with Henry the Sixth. Also, the Archbishop of Canterbury succeeding Henry Chycheley, either next or shortly after, took again from the College the parsonage of Tring, in the county of Bucks, which King Henry and Henry Chycheley had impropriated to the College; but that was never again restored. No more was a lordship in the county of Bucks, called Foxcote. And these evil chances maketh the College poor and bare, and the Warden's portion and the Fellows' portions much less than they be in other Colleges.

The number of the College is of one Warden and forty Fellows, two chaplains, three clerks, certain boys under the name of quiristers, about four or five, and certain other common servants, as two in the buttery, three in the kitchen, the Warden's two servants, a porter or barber, a groom, a manciple, a gardener, etc.





Ek 20 8 63

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

**Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED**

